

Universitätsbibliothek Wuppertal

Avctores Latinae Lingvae In Vnvm redacti corpvs

Godefroy, Denis

[Genevae], 1585

Nonius Marcellus: De proprietate sermonum

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-85](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-85)



NONIVS MARCELLVS
DE PROPRIETATE
SERMONVM.

Summa capitum quæ in Nonio.

<i>De compendiosa doctrina ad filium.</i>	<i>De numeris & casibus.</i>	Cap. 9.
Cap. 1.	<i>De mutatis coniugationibus.</i>	Cap. 10.
<i>De honestis & nouè veterum dictis.</i>	<i>De indiscretis aduerbijs.</i>	Cap. 11.
Cap. 2.	<i>De doctorum indagine.</i>	Cap. 12.
<i>De indiscretis generibus.</i>	<i>De genere nauigiorum.</i>	Cap. 13.
Cap. 3.	<i>De genere vestimentorum.</i>	Cap. 14.
<i>De varia significatione sermonum.</i>	<i>De generibus vasorum & poculorum.</i>	
Cap. 4.	Cap. 15.	
<i>Differentia nonnullarum dictionum in significatione.</i>	<i>De genere vel colore vestimentorum.</i>	
Cap. 5.	Cap. 16.	
<i>De improprijs.</i>	<i>De genere ciborum & potuum.</i>	Cap. 17.
Cap. 6.	<i>De genere armorum.</i>	Cap. 18.
<i>De contrarijs generibus verborum.</i>	<i>De propinquitate.</i>	Cap. 19.
Cap. 7.		
<i>De mutata declinatione.</i>		
Cap. 8.		

NONII MARCELLI PERIPATETICI TIBVRIENSIS DE
COMPENDIOSA DOCTRINA
per litteras ad filium.

CAP. I.

SENIUM est tedium, & odium, dictum a senectute, quod senes omnibus odio sunt, & tædio. Cæcil. Ephæstione: Tum etiam in senectute hoc deputo miserimum, sentire ea ætate, esse odiosum se alteri. ¶ Nam ætatem malam, senecturem veteres dixerunt. Plaut. Menæ. Constitus sum senectute, onustum 10 gero corpus, vires reliquere, vt ætas mala est ergo merx. Accius Amphitryone: An mala ætate mauius malè multari exemplis omnibus? Turpilius Philopatro: Miserum puto, si

etiam istuc ad malam ætatem accessit mali. Pacuuius Peribæa: Parum est, quod te ætas malè habet, ni etiam hic ad malam ætatem adiungas cruciatum reticenti. Aftanius Vopisco:

Si possent homines delinimentis capi, Omnes haberent nunc amatores anus. Ætas & corpus tenerum & morigeratio. Hæc sunt venena formosarum mulierum. Mala ætas nulla delinimenta inuenit.

¶ Bonam ætatem quoque dicimus adolefcentiam, vel iuuentutem. Marcus Tullius de senectute: Quod si ipsis voluptatibus bona ætas fuitur, lubentius primum paruulis

fruitur rebus. ¶ Nam prudentissimè noster Maro dici partes primas, quasi eius aetatem puberem, *meliores* dixit nono libro. Nunc adeo melior quoniam pars acta dici est. ¶ Senium ipsum positum [*pro malo*]. Sic Titinnius Veliterna: Quot pestes, senia & iurgia se semet diebus emigrarunt. Nonius Gallinaria: Opere, quæ actor, cantor, cursor, senium fonticum. Accius, *E mi vauit iustia*: Mors amici subigit, quod mihi est senium multo acerrimum. Pomponius Præcone posterior: Calue apportas nuntium nobis disparem, diuisum, huic seni senium, & metum. Lucillius, Satyrarum lib. xv. In numero quorum nunc primus Trebellius multo Obmar cefcebat febris, senium, vomitus, pus. Turpilus Demiurgo: Quia enim odio, ac senio mihi hæ sunt nuptiæ. Pacuius Peribæa: Metus, egestas, mæror, senium, exsiliumque & senectus.

2 ¶ *Velitatio* dicitur leuis contentio, dicta ex conpressionem velitum. Plautus *Asinaria*: Verbis velitationem fieri compendio volo. Idem *Menæch*. Nescio quid vos velitati estis inter vos duo. Turpilus *Lindia*: Comperce verbis velitari, ad rem redi. Afranius *Priuigno*: Interea verba iactare, & labris inter se velitari, velificariet. Cæcilius *Paufimacho*: velitari te res tamen.

3 ¶ *Toga* dicta est à tegendo, & est toga (sicut in consuetudine habetur) vestimentum, quo in foro amicumur, cuius & Cicero meminit in *Catilinam*: Velis amictos, non togis. Titinnius *Fullonibus*: Quæ inter decem annos nequisti vnã togam detexere. ¶ Dicitur & tectum. Titin. *Gemina*: Syrus cum scorto constituit ire, claus ilico abstrudi iubeo, rustica togæ ne sit copia, id est tecti.

4 ¶ *Tollere, occidi*. Lucil. lib. xxvj. Audiui quem febris vna, atque vna *amictia*, vini in quam hiatus vnus potuit tollere. ¶ *Tollere mittere*. Virgil. *Æneid*. lib. ij. Clamores simul horrendos ad sidera tollit. ¶ *Tollere transferre*. Virgilius *Æneid*. lib. ij. Vnius in miseri exitum conuersa tulere. ¶ *Tollere inferre*. Virgil. *Georg*. lib. iij. Tollentemque minas, & sibila colla tumentem Deice. ¶ *Tollere est eleuare*. Idem in xj. Tollit se ad rectum quadrupes. Idem lib. i. Et mulcere dedit fluctus & tollere vento. Marcus Tul. *Philippicarum* lib. xi. Vel in cælum vos, si fieri potuerit, humeris nostris tollemus. Lucillius lib. xxvij. Et fœdera tollent. Marcus Tul. *Hortensio*: Nihil tamen esse, in quo se animus excellens tollat. ¶ *Tollere ostendere, erigere*. Virgil. *Æneid*. libro primo: Cui mater media sese tulit obuia sylua. Idem lib. vij. laborum Prima tulit finem. ¶ *Tollere occidere*. Var. *Sexagesi*: Num quis patrem decem an-

norum natus non modo aufert sed tollit, nisi veneno? ¶ *Tollere est & differre*. Plautus *Pœntulo*: Omneis extollo ex hoc die in alium diem. ¶ *Tollere pati, sustinere*. Virgil. *Æneid*. lib. iij. Iuuenemque superbum Seruitio enixa tulimus. & idem lib. xij. Non tulit instantem Phegeus, animisque frementem. Terentius *Phormione*: Ego te complures aduersum ingenium meum menses tuli. Marcus Tul. in *Verrem*, *Diuinatione*: Tuli grauitate, & acerbè iudices. Idem de offi. lib. ij. Nisi enim multorum impunitates scelerum tulissem.

5 ¶ *Tenacia est perseverantia & duritia*. Ennius *Hectoris lytris*: Ducet quadrupedum iugo inuitum doma in frena, & iugo valida, quorum tenacia infrenari nimis. ¶ *Tenacia parsimonia*. Afranius *Priuigno*: Vixisti durus, difficilis, tenax.

6 ¶ *Tempestas est turbo ventorum*. Virgilius *Georg*. lib. i: Quid tempestates autumnii, & sidera dicam? ¶ *Tempestas tempus*. Sallustius *Ingur*. Ea tempestate in exercitu nostro fuerit complures noui, atque ignobiles. Lucillius lib. xxvij. Iam qua tempestate viuo certo sine ad me recipio. Pacuius *Teuero*: Quam te post multis tueor tempestatibus. Marcus Tul. de *senectute*: Curfus est certus ætatis, & vna via natura, eaque simplex, sua cuique parti ætatis *tempestiuitas* est data. Varro *Eudemonibus*: Dum sermone cœnulam variamus, Interea tonuit bene tempestate serena.

7 ¶ *Trepidare, metuerè*. Virgilius lib. ix. Dum trepidant, ita hasta Tago per tempus vtrunque. Idem lib. ix. Trepidant immisso lumine manes. Lucillius lib. xxx. Sed quid ego hæc animo trepidanti dicta profundo? ¶ *Trepidare festinare*. Virgil. lib. ix. Ne trepidete meas Teucri defendere naucis. & *Geor*. lib. iij. Tum trepidæ inter se coeunt, pennisque coruscant.

8 ¶ *Tangere, ferire, commouere*. Virgilius libro nono: Nec solos tangit Atridas Iste dolor. Idem lib. xij. Miseri te si qua parentis Tangere cura potest, oro. M. Tullius *Frumetaria Verrinarum*: Nunquam tua me cura, tuarumve fortunarum cogitatio tangeret. & *Lucret*. Nec bene pro meritis capitur, nec tangitur ira. ¶ *Tangere est contingere*. *Lucretius* lib. i. Tangere enim & tangi, nisi corpus, nulla potest res. Teren. *Adelph*. Numquam dum ego adero, hic te tanget. ¶ *Tangere inspicere*. Luc. xxvj. Neque prius, quàm venas hominis tetigit, ac præcordia. ¶ *Tangere est circumuenire*. Turpil. *Demetrio*: At etiam ineptus meus mihi est iratus pater, quia se ta lento argenti tetigi, veteri exeplo amanti. Ite *Leucadia*: Hoc quaro ignoscere Istic solè necis minoris noxia Serum, si forte quasi a-

lias res vini cauo. Lucil. lib. xxx. Et Musconis manu perferbere posset Aiace. Pomponius Alconibus: At ego rusticatim tangam, vrbannatim nescio. ¶ Tangere contingere. M. Tul. in Verrem actione ij. Verres simul ac tetigit prouinciam. Virg. lib. ix. Sat. fatis, Venerique datum, tetigere quod arua Fertilis Ausoniae Troes.

9 ¶ *Triste, crudele, immitte.* Virgilius Ænei. lib. ij. Illi mea tristia fata, Degeneremque Neoptolemem narrare memento, Lucillius lib. xxx. Idque tuis scavis factis & tristibus dictis. ¶ *Triste est mastrum, aut infestum.* Virg. in Buc. Tristis ar illé tamen, cantabitis Arcades, inquit. Idem Georg. lib. Aut vnde nigerrimus auster nascitur, & pluuio contritatur puluere cælum.

10 ¶ *Phrygia vestis picta est eius artifices phrygiones appellatur.* hoc Virg. probat lib. ix. Vobis picta croco, & fulgenti murice vestis. Item eodem: O verè Phrygiæ, neque enim Phryges. Titin. Barbato: Phrygio fui primo, benèque id opus sciui, reliqui acus, acialisque hero, atque heræ nostræ. Plaut. Menæch. Pallam ad phrygionem fert confectò prandio. Varro Cosmotoryne, *ἄπει φδογας κόσμου*: Phrygio qui puluinar poterat pingere soliar de vigebar.

11 ¶ *Hostimentum est equamentum, vnde & hostes dicti sunt, qui ex æqua causa pugnam incunt.* Plautus Afin. Par pari datum hostimentum est opera pro pecunia. vnde & hostire dicitur. Idem in eadem, Quin promittito inquam hostire contra, vt merueris. id est, æqua reddere.

12 ¶ *Tolutim dicitur quasi volutim, vel volubiler.* Plautus Afin. Demam hercle iâ de ordeo, tolutim ni badizas. Nouius Gallinaria: O pestifera, Pontica, fera, trux *tolutiloquentia*. id est, volubilis locutio. Idem Macco exsule: Edixi iturum hominem in Thufcos tolutim. Item Lucil. Satyr. lib. viij. Si omne iter euadit, stadiûmque accliuè tolutim. Idem, Velle tolutim hic semper incepturus videretur. Var. Triodire triphylio, *ἄπει ἀπερῆς*: Sed vt equus, qui ad vehendum est natus, tamen hic traditur magistro, vt equiso doceat tolutim. Pomp. Decuma fallonis: Et vbi insulii in cocleatum equuleum, ibi tolutim torator. Var. Agathone: Hæc postquam dixit, cedit citus Celsus tolutim.

13 ¶ *Capulum dicitur quicquid aliquam rem intra se capit. nã sarcophagum,* id est, sepulchrum capulû veteres dici volunt, quòd corpora capiat. Plaut. Afin. dicens de sene: Perij misera, vt osculatur carnufex, capuli deus. Idem milite: Quid ais tu? Itane tibi ego video oppido Acherontius, *capularis*? Idem: Capulo proximus. Nouius Pappo: Præterito,

dum istos inuitaueris suffragatores, pate Prius in capulo, quam in curuli sella suspendit nates. Lucill. Satyr. libro ij. Quem cum vidissent Hortensius, Posthumiusque, Ceteri item in capulo hunc non esse, aliûmque cubare. Varro Cosmotoryne, *ἄπει φδογας κόσμου*: Propter cunã capulum positum nutritra dit pollinctori.

14 ¶ *Temulenta dicta est ebriosa, dicta à temeto,* quod est vinum, quod attentet mentem. Plautus Aulularia: Quia temeti nihil allatum intelligo. Idem Truculento: Siue aded caret temeto, tamen ab ingenio est improbus. M. Tul. de Republic. lib. iij. Ita magnam habet vim disciplina verecundiæ, carent temeto omnes mulieres. Varro, Eû modus matulæ, *ἄπει μῦθος*: Quis in omni vita helio *ποισιν* olfacet temetum? Idem Modio: Tremodiam, amphoramque eandem temeti ac farris modium.

15 ¶ *Cinædi dicti sunt apud veteres saltatores, vel pãtomimi* *ἄπει τῶν κινῆδων τὸ σῆμα*. Plautus Aulular. Ita fustibus sum mollior magis, quàm vllus cinædus. idè Milite: Tum ad saltandum non cinædus magis vsque saltat, quàm ego. Idem Stichò: Lepidam, & suauè cantionem aliquam occipito *cinedicam*, id est, quæ ad saltandum mouere possit. Lucillius Satyr. lib. ij. Stultè saltatum te interuenisse cinædos. Varro, *ἄπει λυγροί*. Meritò vt quietus, ac demissior probandus, *ἄπει ἄς ἡσπικῶς, ἰονκῶς, κίναδος*.

16 ¶ *Exercitum dicitur fatigatum, dictum ab exercitio.* Sallust. Iugurthino bello: Nabdalsã exercito corpore. Plautus Bacch. Quæ sodalem, atque me exercitos habet. Lucretius libro secundo: Conciliis, & diffidiis exercita crebris. Afranius Suspecta: Ita, vt huic ero adolescenti cui suspiriû tradidit, qui me estaniami exercitus. Virg. lib. iij. Nate Iliacis exercite fatis.

17 ¶ *Tenus est laqueus dictus à tendicula.* Pl. Bac. Nunc ab transfenna his turdus lumbricum petit, Pendebit hodie pulcrè, ita intendi tenus.

18 ¶ *Illicere est propriè illaqueare.* Neuius Lycor. Alis sublime alios saltus illicite, vbi Bipedes volucres lino linquant lumina.

19 ¶ *Pellices à Græco vocabulo significãtiam sapientes inflexam putat, quasi pellex,* hoc est *παρὰ πῆλιν*. quod si hoc nō est, vana cõpositio hominis videri potest.

20 ¶ *Caluitur dictum est frustratur, tractum à caluis mimis, quòd sint omnibus frustratui.* Plaut. Casina: Nam vbi domi solasum, sopor manus caluitur. Pacuuius Medo: Sentio, Pater, te vocis calui similitudine, Sed quid conspicio? nũ me lætans caluitur

Ætas? Accius Euryface: Sed memet calor, vos istum, vt iussi, ocyus Abstrahite. Lucil. Satyr. lib. xvij. Si non it, capito, inquit, eum & si caluitur ergo Fur dominum. Pacuuius Duloreste: Me caluitur suspicio, hoc est illud, quod fore occulte Ajax prædixit. Salustius historiarum libro iij. Contrà ille caluiti ratus.

21 ¶ *Frigere* est & *friguire*, & *fritinnire*, 10
subsilire cum sono, vel erigi, & excitari: quod quæcunque friguntur, vel frigent nimio calore, vel frigore, cum sono solum subsiliunt. Plautus Casina: Nam quid frigitis? quid istuc tam cupidè cupis? Var. Virgula diuina: Et pullos peperit fritinnientis. Idem *δρος λήξες*: Sæpe totius theatri ribiis crebrò flectendo, commutare mentes, *frigi* animos eorum.

22 ¶ *Destrocare* est atterere, tractum à 20
vestibus sine flacco. Plautus Casina: Perii, flacco habebit iam illic homo lumbos meos.

23 ¶ *Depexum* dictum est laceratum. Terent. Heaut. Næ (si viuo) ad eò exornatum dabo. Ad eò depexum, vsque dū viuat, meminert semper mei.

24 ¶ *Sartores* dici non solum à fariendo, verum etiam à fariendo. Plautus Captiuus: Sartor, fartoque scelerum, & messor 30
maxume. Et in subsequenti aperuit: Nō occatorem prius debebas dicere. Nam semper occant prius, quàm fariunt rustici. Varro Vinalibus, *σεί ἀπεσθίων*: Etenim sic vide utrum mercedem accipit is, qui meas venit segetes vt fariat, an ego ab illo. Sic ego centulum farto, si tu pl⁹ laboras, quàm ego do.

25 ¶ *Nautea* est aqua de coriis, vel, quod est verius, aqua de sentina, dicta à nautis. Plautus Curculione: Nam omnium vnguentum odor præ tuo nautea est. Idem Asinaria 40
Nauteam bibere malim, si necesse sit, quàm illam ofcularier.

26 ¶ *Trica* sunt impedimenta, & implicationes; (& *intricare* impedire, morari) dictæ quasi tericæ, quòd pullos gallinaceos inuoluant, & impediunt capilli pedibus implicati. Plaut. Curculione: Quod argentum tu mihi quas tricæ narras? Idem Epidico: Aliqua ope exsoluam, *extricabor* aliquâ. id est, ex impedimentis liberabor. Lucillius Satyr. lib. 50
xj. Nec mihi amatore hoc opus, nec *tricone* vadato. Turpil. Demiurgo: Iudicia, liteis, turbas, tricæ, conciones maxumas. Afranius Epipt. Ita intricauit huius hanc rem temeritas. Varro *πεσθησθιδιανόγλα*: Putas eos non citius tricæ Atellanas, quàm id extricatoros?

27 ¶ *Caperare* est rugis frontem contrahere, & asperare, tractum à caprorum frontibus crispis. Plautus Epidico. Quid illud est, quod illi caperat frons seueritudine? 60

Varro Eumenidibus: Quin mihi caperatum tuam frontem Strobile omittis?

28 ¶ *Examussim* dicitur examinatè ad regulam, vel coagmentum. est enim *amussis* regula fabrorum, quam architecti, cum opus probant, rubrica illinunt. Plautus Amphit. Si vera hæc loquitur, examussim est optima. Idem Milite: Inest in hoc emussitata sua sibi ingenua indoles. id est, examinata. Idem Menæchmis: Vt hanc rem vobis examussim disputem. Varro, *Τὸ πᾶρδ: τὸ πᾶρδ, σεί πᾶρδ ποίσις*: Quare si diu gens est, *adamussim*, per me licet assumas, tenco. Idem, *εὐάκων*: Idem Quæstionum Plaut. lib. ij. *Amussis* est æquamentum leuigatum, & est apud fabros tabula quædam, qua vtuntur ad saxa coequanda.

29 ¶ *Mutus* onomatopœa est incerta vocis, quasi mugitus. Nam mutus sonus est proprius, qui intellectum non habet. Næuius Lycur. Ducite eò cum argutis linguis mutas quadrupedes. Accius *Ἐμ γαυστ μᾶχι*: Item ad mœsticiam mutam infantium quadrupedum.

30 ¶ *Dispennere* est expandere, tractum à pennis, & volatu auium. Plautus Milite: Vbi lubet dispennite hominem diuersum, & distendite.

31 ¶ *Focula* dicta sunt nutrimenta, vnde & *foculare* dicitur, vt fouere. Plautus Persa: At edes. nam iam intus ventris fumant focula.

32 ¶ *Bardam* est vi præpostera, & ingenio tardum. Nam Græci *βάρδος* tardos dicebant. Homerus Iliados xxij. *βάρδοι οὐ γὰρ εἰ ἴσαν κῆρδ' ἵπποι. ἦ κίσις ἂν ἦν αὐτοῖς, ἐλάνυτο ἄρ' ἢ ἐσ' ἀγῶνι*. Plautus Persa: Nimis tandem me quidè pro barda, & pro rustica reor habitam esse ab te.

33 ¶ *Illex*, & *exlex* est qui sine lege viuunt. Plautus Persa: Impure, inhoneste, iniurie, illex, labes populi. Lucil. Satyr. ij. Non dico vincat licet & vagus exulet, erret Exlex. Varro *Ἐκταμᾶχ' ἢ σεί τῶρου*: Postremò quæro, parebis legibus an non? Anne exlex solus viues? Lucillius lib. xxx. Accipiunt leges populus quibus legibus exlex. Cæcilius *Ἀρπαξιδόν*: Quid narras Barbare cum indomitis moribus illiterate: illex es. Sisenna lib. iij. Armis, equis, comitatibus nos magis iuuerunt exleges, & minus honore dignos putabitis? Marcus Tul. pro Cluentio, Non quo illi, aut exlegè yllam, aut causam pecuniæ publicæ contemptam, atque obiectam putarunt.

34 ¶ *Lurcones* dicti sunt à lurcando. lurcare est cum auuiditate cibum sumere. Lucillius Satyr. lib. ij. Nam quid Mæstino, subiectòque huic opus signo, Vt lurcætur lardum, & carnaria furtim, Parum conficeret. Pomponius Syris: Lapatium nullum vescebat,

cebatur, lardum lurcabat lubens. Plautus Perfa. Perennisferue, lurco, edax, furax, fugax. Lucillius Satyrarum lib. v. Viuite lurcones, comedones, viuite ventres. Varro Eumenidibus: Contra cum pſaltria & cum Flora lurcare, adſtrepis.

35 **Toral**, & **torialum** ſtragulum eſt. Varro De vita po. Rom. lib. i. Quod frontem leſticæ ſtruebant, ex ea herba torta torum appellatum, hoc quod iniicitur, etiamnum toral dicitur: leſticam quæ inuoluebant ſegetia appellabant.

36 **Concenturiare** eſt colligere, dictum à centuriis quæ ad ſuffragia conueniebant. Plautus Pſeudolo: Concenturio in corde ſycophantias. Teren. Phor. Ego in inſidiis hinc ero ſucenturiatus, ſiquid deficiet.

37 **Finitores** dicebantur, quos nunc agrimenſores dicimus, dicti quod fines diuiderent. Plautus Pœnu. Eius nunc regiones limites, conſinia determinabo; eius rei ego ſum factus finitor.

38 **Paſſum** eſt propriè rugoſum, vel ſicum. Plautus Sticho: In portu vento ſecundo, velo paſſo peruenit. id eſt, laxo & rugoſo. vnde & *vnâ paſſa* dicta eſt, quod ſit rugis implicata. Plautus Pœn. Si qui de aſtu necum futurus pro vua paſſa penſili. Lucil. Sat. lib. 9. Rugoſi paſſique ſenes cadem omnia quærun.

39 **Exſpes** dicitur ſine ſpe. Accius Euryſace: Ille orbus, exſpes liberum. Idem Medea: Exſul, inter hoſteis exſpes, exſper, deſertus, vagus.

40 **Exſules** dicuntur extra ſolum. Virg. Georg. lib. iij. Longè que ignotis exulat oris, & in conſequentibus: Et ſtabula aſpectans regnis exceſſit auris.

41 **Veſtiſpici** appellabantur veſtium cuſtodes ſerui, quod frequenti diligentia veſtes inſpiciant. Plaut. Trinum. Nox datur, ducitur familia tota, veſtiſpici, vnctor, auri cuſtos. Afran. Vopiſco: Noui nō inſcituram ancillulam veſpere, & veſtiſpicam. Varro Pappo, aut indigitamentis: *Naſturium* nōne vides ab eo dici, quod naſum torqueat: *veſtiſpicam*, quod veſtem ſpiciat.

42 **Suppilare** eſt inuolare, vel rapere, à pilorum raptu. vnde & furtum paſſi *compilati* dicuntur. Plautus Trucul. Hæc cum video fieri, ſuſſuror, ſuppilo, de præda prædam capio. Cæcil. Nauc. Suppilatum eſſe eum, atque ornamenta omnia. Pom. Sarcularia: Alteram apportat, prodigit, patrem ſuppilat ſemper.

43 **Hauſtra** propriè dicuntur rotarum eadi, ab hauriendo, ſicuti Græcè *αὐστρά*. Lucretius lib. v. Vt ſuuios verſare rotas, atque hauſtra videmus.

44 **Veterina** animalia dicuntur omnia, 60

quæ vehere quid poſſunt. Lucretius lib. v. Et genus omne quod eſt veterino ſemine partum. Idem: Torto homine veterino ſemine equorum.

45 **Crepera** res propriè dicitur dubia. vnde & *crepuſculum* dicitur lux dubia, & ſenes *decrepiti* dicti in dubio vitæ conſtituti. *Creperum bellum*, anceps, & dubium. Lucret. lib. v. Exæquatæque ſunt creperi certamina belli. Accius Phœniſ. Quæ ego cuncta eſſe fluxa, in mea re *crepera* comperi. Idem Telepho: Nunc tu in re crepera tua quid capias conſilij vide. Lucil. Satyr. lib. v. Sanute foli mihi in magno mœrore, triſtitia in ſumma, *crepera inuentus* ſalutis. Pacu. Duloreſte: Non veter animum ægritudine in re crepera conſici. Plautus Aſinaria. Qui quidem cum filio poter vnâ, atque vnâ amicam ductitet *decrepituſ* ſenex. Varro Myſteriis: Priſca horrida ſilent *oracla*, *crepera* in nemoribus.

46 **Auernus** lacus iccirco appellatus eſt, quia eſt odor eius auibus inſeſtiſſimus. huius rei manifeſtator eſt Lucretius lib. vj. Principio quidem *auerna* vocantur: nomen id à re Impoſitumſt: quia ſunt auibus contraria cunctis. Vnde & Virgilius lib. vj. Inde vbi venere ad fauces graue olentis Auerni, Tollunt ſe celeres. Et poſtea in eo libro: 30 Quam ſuper haud vllæ poterant impunè volantes Tendere iter pennis, talis ſeſe halitus atris Fauibus effundens ſupera ad conuexa ferebat.

47 **Virulantes** veteres gaudentes dixerunt, dictum a bonæ vitæ commodo: ſicuti qui nunc eſt in ſumma lætitia viuere cum dicimus. Næu. Lycu. Vt in venatu virulantes ex ſuis locis nos mittant (pœnis) decoratos feris.

48 **Extorris** dicitur extra terram, vel extra terminos. Accius Euryſ. Nunc per terras vagus, extorris regno, exturbatus mari. Turp. Lemn. Neque durare poſſunt, ita huius inſcitia, atque dementia extorrem facit. Salluſt. Iugurthino bello: Sicuti videtur extorrem patria, domo inopeni, & cooperum miſeriis effecit. Virgilius Æneid. libro iij. Finibus extorris, complexu auulſus Iuli.

49 **Enoda** ſignificat explana, & quæ ſit proprietas manifeſtum eſt, hoc eſt, nodis exolue. Acc. Euriface: Tu autem quod quæro abs te, enoda, & qui ſis explica. Idem Alpheſ. Quid hi tam obſcurum dicunt eſſe, tamve *inenodabile*? Enn. Telepho: Verum quorum liberi leto dati ſunt in bello, non lubenter hæc enodari audiunt. Turp. Demetr. Ab initio vt res ſit geſta enoda mihi. Pacu. Peribœa: Gnato ordinem omnem vt dederit, enodat patri. M. Tull. 9 iij

de finibus bonorum & malorum libro v. Hæc igitur nobis explicanda sunt, sed si *enodatus*, vos ignoscetis eius ætati. Varro de vita populi Romani lib. i. Neque ut ita in singulis rebus diutius moremur, ut dixi, atque enodare subtilius velimus.

50 ¶ *Grumus* dicitur agger, à congerie dictus. Accius Oenomaos: Quencunq; institeram grumum, aut præcisum iugum.

51 ¶ *Torris* dicitur fax, unde & *torridare* dicitur comburere. Acc. Menal. Regina erit tempus, cum hic torris, quem amburi vides. Idem Meleag. Eum suum vitæ finem, ac facti interneccionem fore Meleagro, vbi torris esset interfectus flammeus.

52 ¶ *Expectorare* est extra pectus eicere. Accius Phœnissis: Inculant vitro, à fortuna, opibusque omnibus Desertum, abiectum, afflictum ex animo expectorant. Idem Epigr. Eloquere propere, ac pauorem hunc meum expectora. Cic. de Oratore lib. iij. Tum pauor sapientiam omnem mihi ex animo expectorat.

53 ¶ *Extispices* proprie harspices dicti sunt, quod exta spiciant. Accius Medea: Principio extispicium ex prodigiis congruens ars te arguit. Varro Serr. *ἄει ἀπ' ἄρα τῶν ἄρα*: Ait consulem mihi pilum cedere, subsilio, & hostias extispici disputanti relinquo.

54 ¶ *Lactare* est inducere, vel mulcere, vellere, decipere. Acc. Medea: Nisi ut astu ingenium, lingua laudem, & dictis lacem lenibus. Pacu. Iliona: Ne porro te error, qui nunc lactat, maceret. Cæcilius Hypobolimo. Rastraria: Quod proluuium, quæ voluptas, quæ te lactat largitas? Acc. Alcmæone: Tanta ut frustrando lactans, vanans protrahis. Varro *ἄει ἀπ' ἄρα*: Quibus suam delectet ipse amussiam, Et audivitatem speribus lactet suis. Cicero Tuscul. lib. iij. Malevolentia lactans malo alieno, delectatio, iactatio, & similia.

55 ¶ *Succussare* est sursum frequenter excutere. Acc. Philocteta: Agite, ac vulnus ne succussit gressus, cautè ingredimini. Lucillius Satyrarum libro quarto, *Succussatoris* tetti, tardique caballi. Idem libro quarto, Campanus sonipes *succussor* nullus sequetur.

56 ¶ *Strena* dicta est à strenuitate. Pompon. Pistoribus: Asside, siqua ventura est alia strenna.

57 ¶ *Adulatio* est blandimentum proprie canum, quod & ad homines tractum consuetudine est. M. Tul. lib. de natura Deorum ij. Canum verò tam fida custodia, tamque amans dominorum adulatio. Idem de off. lib. i. Cauendum est ne assentationi-

bus patefaciamus aureis, néve adulari nos sinamus. Lucet. Gannitu vocis adulat. Acc. Prometh. Sublime aduolans Pennata cauda, nostrum adular sanguinem.

58 ¶ *Manducones*, qui & *manduci* dicti sunt, & *mandones*, edaces. Pompon. Pistoribus: Magnus Camillus manducus, canterius. Lucil. Atque omnes mandonum gula. Varro Bimargo: Magna ut tremiscat Roma, ma, & magna mandonum gula.

59 ¶ *Senica* significat senex. Pompon. Pistoribus: Pappus hic medio habitat senica, non sescuncia. Idem Præcone posteriore: Sed me exercet senica nequam, neque illo quid faciam scio.

60 ¶ *Gradarius* est molli gradu, & sine succussatura nitens. Lucil. Satyr. lib. xiiij. Ipse equus non formosus, gradarius, optimus, victor. Varro Modio: An qui gradu totulili, te melius, quam tute molliter vectus, cito relinquat?

61 ¶ *Exdorsuare* dorso nudare. Plaut. Aulularia: Tu Machærio congrum, murenam exdorsua quantum potes.

62 ¶ *Delirare* est de recto recedere. *lira* autem est fossa recta, quæ contra agros tuendos ducitur, & in quam vligo terræ decurrat. Pompon. Prostibulo: Iamne abierrunt: iamne obtundunt? iamne ego sum in tuto satis? num quis hic resistit, qui nondum labeas *lirari* mihi? id est, confoderit. Lucil. lib. xxvi. Quapropter deliro, & cupidè officium fungor ruderum. Plaut. Amphit. Delirat vxor.

63 ¶ *Centuriatim* dictum est abundanter, & copiosè à centuriis, quæ suffragium in comitiis ferebant. Pomponius Prostibulo: Continuo ad te centuriatim current, qui panem petent.

64 ¶ *Rumen* dicitur locus in ventre, quo cibus sumitur, & unde redditur: unde & *ruminare* dicitur. Pomponius Prostibulo: Ego rumorem paruifacio, dum sit rumen qui impleam.

65 ¶ *Rudus* stercus, quod raditur. Lucil. Satyr. lib. xj. Viam struendum, & iaciendum huc aggerent, & id genus rudus.

66 ¶ *Rutrum* dictum est à radendo. Pompon. Pannuc. Sarculum hinc illud profectus, illum redisti rutrum. Lucillius Satyrarum lib. ix. Frumentarius est, modium hic secum atque rutellum Vnum affert. Varro Margop. *ἄει ἀπ' ἄρα*: Cui Celer die nos lemnatos legos Antipatri Stoici filius rutro caput displanat.

67 ¶ *Nebulones*, & *tenebriones* dicti sunt, quia mendacis, & astutiis suis nebulam quandam, & tenebras obiciant: aut quibus ad fugam fugitiuis, & furta hæc erant accommodata, & vilia. Pomponius Pann. Quid dedi

dedi nebuloni, quem pertesum pauperem? Lucillius Satyr. libro xiiij. Publius Pacuus mihi Turditanus quasstor, Hibera in terra fuit lucifugus nebulo, id genus sané. Idem lib. xx. Nugator quidam, ac nebulo sit maximus multo. Afranius in Epistola: Huc venit fugiens tenebrionem Tyrium. Var. Papiapapa, *αει δ' χαμλον*: Si & accusator, & reus erunt tenebriones, vterque vtrunque vituperato. Quod Homerus confirmat *Ιλιαδης γ. Εδ' ορις κερεισσι νοτοι κατεχευσι ομιχλην, Παιμισσι ουπ' φλην, κλεπειν δε τε νυκτος αμεινω*. Varro *γενην διδουσαδ. η*: Manius Curius consul in capitolio cum delectum haberet, nec ciratus in tribu cuius respondisset, vendidit tenebrionem.

68 ¶ *Trudus* veteres *Ατερεινδο*, quam nos diminutiuo *trullam* dicimus, appellari voluerunt. Pomponius, Pannuceatis: Mulier ubi aspexit tam mirifice tutulata *trua*. Titin. Setina: Sapientia gubernator torquet nauem; haud valentia, Cocus magnum ahenum quando feruit, paulla confutat *trua*.

69 ¶ *Euannetur* dictum est ventiletur, vel moueatur a vanno, in qua legitima ventilantur. Pompon. Pannuceatis: Dixi ego illud futurum, in prima valua etiam vix haeret misera, euannetur, & mea ocyus opera, vt fiat fecero. Lucil. Satyr. libro vij. Hunc molere, illam autem vt frumentum *vannere* cunais. Idem libro xi. Crisauit, vt si frumentum clunibus *vannat*. Var. de re rustica lib. i. Vt quod lenissimum est in eo, atque appellatur acus ac palea, euannatur foras extra aream.

70 ¶ *Vasrum* est callidum, & quasi valde asrum, & vrbatum. Pomp. Pracone posteriore: Tergum *varium*, linguam *vastam*. M. Tul. de Republica libro iij. Non sunt in disputando *vastri*, non veteratores, non *malitiosi*. Afranius Diuortio: Qui coner noctu clanculum brusire dotem, neremitat *vast* fer honeste vt latites, & nos laudas diutius.

71 ¶ *Particulones* dicti sunt coheredes, quod partes patrimonij sumant. Pomponius Pracone posteriore: Age modo *stagari*, *particulones* producam tibi.

72 ¶ *Clepere*, est furari, tractum a *κλεπειν* verbo Graeco. Accius Epigram. Eaue hoc causa, vt nequis nostra auribus verba cleperet. Plautus Pseud. Rape, clepe, harpaga. M. Tul. de Republica libro iij. Non modo vt Sparta rapere, vbi pueri & clepere discunt. Idem de natura deorum libro iij. Agnum inter pecudes autem clara comata. Quendam Thyesten

clepere ausum esse e regia. Pacuius Hermona: Sermonem hic nostrum ex oculo clepit, quantum intelligo. Var. Octogesi: Si qua opificio non probiter clepere.

73 ¶ *Corporare* est interficere, & quasi corpus solum sine anima relinquere. Enn. Andr. Corpus contemplatur, vnde corporaret vulnere. Acc. *σαρσασαίς*, vel Trophæo libro primo, Corporare abs tergo es ausus.

74 ¶ *Circus* dicitur omnis ambitus, vel gyrus, cuius diminutiuum est *circulus*. Acc. Andromeda: Quot luna circulos annuos institit.

75 ¶ *Medicinam* dicimus & venenum tractum a Graecis, qui venenum *φαρμακον* appellant. Accius Phoenissis: Sterilem esse illius opera *medicinam* autumans.

76 ¶ *Cernuus* dicitur proprie inclinatus, quasi quod tertant cernat. Lucil. Satyrarum libro tertio, Cernuus extemplo plantas conuestit honestas. Virgilius libro x. Eiectoque incumbit cernuus armo. Lucil. Satyrarum libro xxvij. Modò sursum, modò deorsum, tanquam collus cernui. Varro de vita populi Romani libro i. Etiam pelles bubulas oleo perfusas percurrerant, ibique *cernuabant*. Aquo ille versus vetus est in carmine, Sibi pastores ludos faciunt cernui Consualia.

77 ¶ *Stricturae* dicuntur proprie scintillae, quae de ferro feruenti exeunt, quod aut stricte emittantur: id est, celeriter, aut oculos sui fulgore prastringant. Virgilius libro viij. Stricturae chalybum, & fornacibus ignis anhelat. Lucil. Satyr. lib. iij. Crebra vt scintilla in stricturis, quod genus olim feruenti ferro.

78 ¶ *Quiritare* est clamare, tractum ab iis, qui Quirites inuocant. Lucil. Satyrarum libro vi. Hic, inquam, rudet e rostris, atque euultrabit, Concursans veluti arenarius, clareque quiritans. Nigid. Commento grammatices: Clamar quiritatum.

79 ¶ *Cariis* est vetustas, vel purilago. vnde *caricem* veteres dixerunt. Lucil. Satyrarum libro vij. Ne auriculam obsidat caries, ne vermiculique. Turp. Leucadia: Ciperi viden vt osculatur cariem? num illum illac pudet? Afran. Priuigno: Nemo illa viuut carie cariosior?

80 ¶ *Virose* mulieres dicuntur virorum appetentes, vel luxuriosae. Lucil. Satyr. lib. vij. Dixi ad principium venio, vetulam, atque virosam Vxorem caedam potius, quam eastrem egomet me. Afranius Diuortio: Vigilans, ac sollers, sicca, sana, sobria: Vinosa non sum: & si sum, non desunt mihi, Qui vltro dent: atas integra est, formae satis.

81 ¶ *Capronæ* dicuntur comæ, quæ ante frontem sunt, quasi à capite pronæ. Lucillius Satyrarum lib. vij. Aptari caput, atque comas fluitare capronas. Altas frontibus immittas, ut mos fuit illis.

82 ¶ *Cerebrofi* dicuntur ad insaniam faciles, quibus frequenter cerebrum moueatur. Lucillius Satyrarum lib. xv. Te primum cum istis insanum hominem & cerebrosum.

83 ¶ *Gliscit* est congelascit, & colligitur vel crescit vel ignescit. Turp. Phil. Cum te, saluum video, ut volui, glisco gaudio. Acc. Æneadis: Disumma tibi perduellum est, quorum, aut quibus se à partibus gliscunt. Pacuvius Peribœa: Sed nescio quidnam est: animus horrescit, gliscit gaudium. Sallustius Historiarum libro iij. Neque iam sustineri poterat immensum aucto mari, & vento gliscente. Virgil. li. xij. Haud secus accenso gliscit violentia Turno. M. Tullio Hortensio: Ad iuuenilem libidinem copia voluptatum gliscit illa, ut ignis oleo. Plautus Afinaria: Tempus est subducere hinc me, pulcrè hoc gliscit prælium.

84 ¶ *Postomis* dicitur ferrum, quod ad cohibendum equorum tenaciam naribus, vel morsui imponitur, Græcè *ἀποτὴν ἐπιματω*. Lucillius Satyrarum libro xv. Trulleus postomis huic ingens de naribus pendet.

85 ¶ *Tricones* morosi, & ad reddendum duri, Lucillius Satyrarum lib. xv. Lucius Cotia senex Crassi pater huius Panæri Magnus trico fuit numarius, oluere nulli. *Lentus*, id est, facilis.

86 ¶ *Sage* mulieres dicuntur sceminae ad libidinem viroꝝ indagatrices. vnde & *sagaces* canes dicuntur ferarum, vel animalium quæstiores. Lucillius Satyrarum libro vij. Etatem, & faciem, ut saga, & bona conciliatrix. Turpil. Boethuntibus: Non ago hoc per sagam pretio conductam, ut vulgo solent.

87 ¶ *Lapit* significat obdurefacit, & lapidem facit. Pacuvius Peribœa: Lapit cor cura, arumna corpus conficit.

88 ¶ *Munes* apud veteres dicebantur non à largitione, quæ ignota erat, sed consentientes à dea, quæ amici velint. Pacuvius Duloreste: Animum quæ tum largitio multis ignota erat, munificus nemo putabatur, nisi pariter volens. Lucillius libro xxvi. Munifici, comésque amicis nostris videamur viri.

89 ¶ *Petulantia* dicta est à petendo. M. Tull. de Republ. libro iij. Itaque à petendo petulantia, à procando, id est, poscendo *procacitas* nominata est.

90 ¶ *Calendarum* vocabulum proprium

Varro complexus est de vita populi Romani libro primo. Itaque *calabantur*, id est vocabantur, & ab eo *Calendaræ* appellatae, quod est tractum à Græcis, qui *καλεῖν* vocare dixerunt.

91 ¶ *Consulum* & pratorum proprietates, quod consulant, & præcant populis, auctoritate Varr. ostenditur de vita populi Rom. lib. ij. Quod idem dicebantur cōsules & pratores, quod prærent populo pratores: quod consulenter senatui consules.

92 ¶ *Procacitas* à *procando*, id est poscendo dicitur: vnde & *proci* dicti sunt matrimonioꝝ petitoꝝ. M. Tull. de Republ. libro iij. A *procando*, id est poscendo, *procacitas* nominata est. Terentius Hecyra, Maligna multo, & magis *procax* facta ilico est. Li. Ægistho: *Quin*, quod parere vos maifestas mea *procat*, *Toleratis*, extemploque illam deducitis.

93 ¶ *Ignominia* est nominis nota. M. Tul. de Republ. libro iij. Censoris iudicium nihil ferre damnato [offert] nisi ruborem. Itaque, ut omnis ea iudicatio versatur tantummodo in nomine, animaduersio illa in nomina dicta est. Lucill. Satyr. lib. xxix. Apollo'st nomē, qui te antiquis non finet Deliciis maculā, atque ignominia imponere.

94 ¶ *Fidei* proprietatem exemplo manifestavit M. Tul. de Republ. lib. iij. Fides enim nomē ipsum mihi videtur habere, cum sit, quod dicitur.

95 ¶ *Portitores* dicuntur telonarij, qui portum obsidentes omnia sciscitarentur, ut ex eo vectigal accipiant. M. Tul. de Republ. lib. iij. Nolo enim eundem populum imperatorem, & portitorem esse terrarum. Optimum autem & in priuatis familiis, & in Republica vectigal duco esse parsimoniam. Plautus Menæchmis: Portitorem domum duxit. Ita mihi necesse est eloqui, quidquid egi, atque ago. M. Tul. de officiis: Primum improbantur ij quæstus, qui in odia hominum incurrunt, ut portitorum, ut foeneratorum. Ter. Phormione: Sed epistolam ab eo allatam esse audiui modò, & ad portitorem esse delatam. Plaut. Afin. Ego pol istum portitorem priuabo portorio. Virg. lib. vj. Portitor ille Charon. Var. Mysteries: Æs defraudasse cauponem, bonam luto obleuisse, tum portitores æra induxere.

96 ¶ *Seditionis* proprietates à M. Tul. manifesta est lib. de Republ. vj. Eaque disensione ciuium, quod seortum eunt alij ad alios, *seditio* dicitur.

97 ¶ *Hamiotas* piscatores, ab hamis Varro Bimargo voluit appellari: Cohortes cocorum, atque hamiatarum, aucupumque.

98 ¶ *Valgum* est proprie intortum. Nou. Militibus Pomerinensibus: Valgus, veterinosus, genibus magnis, talis turgidis.

99 ¶ *Vatrax*, & *varicosus* pedibus vitiosis, Lucil. lib. xxviii. Vt si progeniem antiquam, qua est Maximus Quinctus, Qua varicosus, vatrax.

100 ¶ *Catax* dicitur, quem nunc *coxonem* vocant. Lucil. Satyrarum lib. ij. Hostilibus contra Pestem, perniciemque catax, quam & Manlius nobis.

101 ¶ *Silonis* superciliis prominentibus dicti significatione manifesta. Var. γὰρ οὐ σκαυτὸν Νόννε non vnum scribunt esse grandibus superciliis filonem quadratum, quod Silenus huiusmodi superciliis fingeretur.

102 ¶ *Bronci* sunt producto ore, & dentibus prominentibus. Lucil. Satyr. lib. iij. Broncus nouit lanius, dente aduerso eminulo, hic est Rhinoceros.

103 ¶ *Compernes* dicuntur lōgis pedib. Lucil. Sat. li. iij. Nunc cenfes κεραι τῶν λόγμων, κεραι σφραγι illam. Non licitū esse vterum atque, etiam inguina tangere mammis Comperne, aut varam fuisse Amphitryonis ἀρατῆν Alcmenam, atque alias, Ledam ipsam denique nolo Dicere, tute vide, atque dissyllabon elige quoduis, Τοὐτὸν εὐπαρῆσειον aliquam rem insignem habuisse Verucam, næuum pictum, dentem eminulum vnum.

104 ¶ *Vari* dicuntur obtortis plantis. Lucil. Satyr. lib. xvij. Comperne aut Varam fuisse Amphitryonis ἀρατῆν. Nam & *varices* inde dicuntur venæ in furis inflexæ, vel obtortæ. Var. epist. ad Varron. Nam si tuam rhedam non habuisses, haberem varices.

105 ¶ *Lingulaca* dicuntur verbosi. Var. Papiapapæ, αἰεὶ ἐγκαυμῶν: Quare residendi lingulacæ, obtretractores tui iam nunc murmurantes dicunt: μομιθονταὶ τῆς μῆδος ἢ μμιθονταί. Plaut. Casina: Lingulaca est, nam numquam tacet.

106 ¶ *Rabula* litigiosi, à rabie dicti. Var. Papiapapæ, αἰεὶ ἐγκαυμῶν: Ille ales gallus, qui suscitabat Atticarum musarum scriptores, an hic quia gregem rabularum?

107 ¶ *Ebullire* est efferuescere, dictum à bullis. Cice. Tusculanar. lib. iij. Qui si virtutes ebullire volent, & sapientias, nihil aliud dicent, nisi eam vim, qua fiant vestrae voluptates, quas supra dixi.

108 ¶ *Rapones* à rapiendo dicti. Var. Papiapapæ, αἰεὶ ἐγκαυμῶν: Prætor noster eripuit mihi pecuniam, de ea quaestum ad annum veniam ad nouum magistratum, cum hic rapo vmbra quoque spei deuorasset.

109 ¶ *Strabones* sunt, quos *strabos* nunc dicimus. Var. Flextabul. αἰεὶ ἐπαρχῶν: Multi enim, qui limina intrarunt, integris oculis strabones sunt facti. habet quiddam enim

ἐλαυσινὸν provincialis formosula vxor. Lucil. lib. xxvij. Nulli me inuidere, non strabonem fieri sapius delitiis me istorum.

110 ¶ *Exterminatum* est extra terminos missum. Lucil. lib. xxix. Non rediret ad se, atque illam exterminaret miseram. M. Tul. de officiis lib. iij. Atque hoc omne genus pestiferum, atque impium ex hominum cōmunitate exterminandum est.

111 ¶ *Exodium* est finis, à Græco tractu, quasi ἐξω τῆς ὁδοῦ, id est, extra viam. Var. ἐκατόμβη, αἰεὶ θυσιῶν: Socrates cum in vinculis publicis esset, & iam bibisset κάλειον in exodio vitæ. Idem εἰς πόντον, αἰεὶ ἄραν: Vitæ cursum vt cognoscere possem, & quæ seruitutis, & libertatis ab origine ad exodium adductæ. Idem ταρῆ μινίμου: Quod cœperas modò in via narrare, vt ad exodium ducas.

112 ¶ *Putus* dictus est à putando. Plaut. Pseudolo: Purus putus est ipse. Varro ἐκατόμβη, αἰεὶ θυσιῶν: Mea igitur hecatombe pura ac puta. Idem Prometheo: Chrysofandalos vocat sibi amiculum de lacte, & ceram tarentinam, quam apes Milesiæ coegerint ex omnibus floribus libantes sine ossè, & nervis, sine pelle, sine pilis, puram, putam, proceram, candidam, teneram, formosam. Nam & *rationes* ea causa *putari* dictæ sunt, quoties ex his fraudis, aut falsi, aut mendacij, aut iniqui aliud separatur, & ipsum nanque dubitantes cum dicimus, *puto*, significamus nos in rebus incertis, & obscuris falsis opinionibus fieri ambiguos.

113 ¶ *Compedes* non à pedibus dictæ, sed ab impedimento. Varr. Prometheo libro j. Ego infelix non queam vim propulsare, atque inimicum Ore immittere? nequicquam sæpe æratas manus compedes conor reuellerè. Idem Flextabu. αἰεὶ ἐπαρχῶν: Domo exeo, intro, & pedes corrigis compedio. Idem Parmenone: Lepusculi timentes, hoc quadrangulum. Dedit Diana rete nexile, ἀρνας, Viscum, sagenâ, lineamque cōpedem. Idem Sesiulyllæ: Quò cum ire vellemus, obuius flare vbi corpori arinas compedes impositas video.

114 ¶ *Fulgura* dicuntur conuulsiones à fulgore. Varro αἰεὶ καεχυνού: Cognitio enim tonitrum fulget, & tonitrum fulguris à flumine orta.

115 ¶ *Coagulum* à coagendo, quod est colligendo. Varro: est modus matule, αἰεὶ μίθης: Cui nihil iucundius quisquam bibit. Hoc ægritudinem ad medendam inuenerunt: Hoc hilaritatis dulce seminarium: Hoc continet coagulum conuiuia.

116 ¶ *Mulierosi* dicti sunt mulierum appetentes. Afranius Vopisco: Homo muliero-

10

20

30

40

50

60

sus confert me ilico aliò.

117 ¶ *Flagriones* dicti sunt serui, quod flagris subiecti sunt: vt *verberones* à verberibus. Afranius Vopisco: Tu flagrionibus priuigno: Iucunditatis plus inest in te mihi, Quàm cōmercatis conquisitè edulibus.

118 ¶ *Merenda* dicitur cibus, qui post meridiem datur. Afranius Fratriis: Interim Merendam, occurro cautè, cum veni iuuat.

119 ¶ *Pedetentim*, & *pedepresim* dictum est caute, quasi lenta, & tarda itione. M. Tul. de officiis lib. i. Sin minus sensim erit, pedetentimque faciendum. Idem Verrinis actione ij. Quæ tamen à me pedetentim, cautèque dicentur. Lucill. libr. xxvij. Ille contra omnia inter plures sensim, & pedetentim foris, ne quem lædat. Quadrigarius Annalibus: Exercitu instructo, pedetentim milites ducere cepit. Cælius Annalibus: Ipse cum cætera copia pedetentim sequitur.

120 ¶ *Calces* à calcando, quod est, nitendo, dictæ sunt, non à calcitrando. Nam & de omnibus pedibus, & de hominum, & vniuersum forum animantium dici potest. Nam sunt calces extrema pars pedum terræ proxima. Virgil. libr. v. Ecce volans, calcemque terit iam calce Diore. Idem libro vj. Tollit se ad rectum quadrupes, & calcibus auras. Verberat.

121 ¶ *Subligaculum* est, quo pudende partes corporis teguntur, dictum quod subtrus ligetur. M. Tul. de offi. libro j. Scænicorum quidem mos tantam habet vetere disciplina verecundiam, vt in scænam sine subligaculo prodeat nemo.

122 ¶ *Mediocritas* medium dici voluit. M. Tul. de offi. libro j. Eadem ratio est habenda vestibus, in quo, sicut in plerisque rebus, mediocritas optima est. Lucil. libro xxvij. Paulò hoc melius, quam mediocre, hoc minus malum, vt quàm pessimum. Terent. Andr. Et tamen omnia hæc mediocre. Cicero Tusc. libro iij. At hæc mihi afferentur mediocritates, quæ si naturales sunt, quid opus est consolatione?

123 ¶ *Modestiam* à modo dictam M. Tullius auctor est de offi. lib. j. Nam hanc, quam interpretamur modestiam, quo in verbo modus est.

124 ¶ *Antes* sunt quadraturæ, vnde & ante dictæ sunt quadræ columnæ. Virg. Georg. libro secundo: Iam canit effortos extremus vinitor antes.

125 ¶ *Immune* dicitur sine officio, sine munere. Virgil. Georg. libro quarto. Immunitque sedens aliena ad pabula fucus. M. Tul. Philip. libro primo. Num immunitates date?

126 ¶ *Camerum* obtortum, vnde & camera recta in curuitatem formata. Virg. Georg. 60

libro iij. Et cameris hirtæ sub cornibus aures.

127 ¶ *Dirum* est triste, infestum, & quasi Deorum ira immisum. Virgil. Georg. lib. iij. Prius, quàm Dira per incautum serpent contagia vulgus. Et Æneid. libro quarto. Vtricèque sedet in limine dira. Mar. Tul. de senectute: Intelligi potest ex his fratribus, qui in Adelphis sunt, quæta in altero diritas, in altero comitas.

128 ¶ *Exordium* est initium, vnde & vestes *ordini* dicitur, cum instituitur detexenda. Virgil. Æneid. libro quarto. Quonam reginam ambire furentem. Audeat affatu, quæ prima exordia sumat? Marc. Tul. Hortensio: Perge quæso: nec enim imperitè exorsus es. Lucillius libro xxix. Virum tristis, contorto aliquo ex Pacuiano exordio. Cicero Timæo dicit: Facillimum autem est in omni inquisitione rationis exordium. Varro 20 *diu. lib. iij.* Qui fabularum collocat exordia.

129 ¶ *Inops* dicitur sine ope, & auxilio: Virgil. libro octauo. Res inopes Euandrus habebat. Et Georg. libro primo. Atque inopi metuens formica senectæ. Terent. Adelphis: Ferte misero, atque innocenti auxilium, subuenito inopi. Marc. Tul. de offi. libro ij. Nimirum enim inops ille, etsi bonus est vir, etiam hæc referte gratiam nõ potest, habere certè potest.

130 ¶ *Defrudare* significat fructum minuire, vel per fraudem aliquid exquirere. Terent. Phor. Suum defrudans Genium comperit miser. Plaurus Afinaria: Ten' ego defrudem, cui ipsi nihil est in manu, Nisi quid tu porro vxorem defrudaueris?

131 ¶ *Sudum* dicitur quasi semiudum, vt est aer post pluias serenus & liquidus. Virg. viij. Aima inter nubes cæli regione serena. Per sudum rutilare vident. Plantus Milite: Quàm Solis olim cura sudum est solent. & Lucil. Nec vëtorum flamina stando suda succudent.

132 ¶ *Irritare* dictum est propriè prouocare, tractum à canibus, qui cum prouocantur irruunt. Lucillius Saryrarum libro primo. Irritata cane, quàm homo, quàm planius dicit. Terent. Phor. Irritor. Virgil. libro x. Irritatq; virum telis, & voce læcessit. Sallust. Historiarum libro j. Tunc verò & posci, cum ceteri eiusdem causæ & duces senatus rati, maximo gaudio bellum irritare. Lucilli. lib. xxvij. Lucilli si in amore irritare tuo. Plaut. Amphitryone. Irritabis crabrones. Varro Selsquillyse: Omnes irritans ventos, omneisque procellas.

133 ¶ *Alegare* est propriè aliò mittere, dictum à legatis qui cum legationibus mittuntur. Terent. Hecyra: Aliquò mihi est hinc ablegaudus, dum parit Philumena.

134 ¶ *Arcanum* dicitur secretum, vel absconditum, quod quæ in arcis sunt celata sunt, & abscondita. Virgil. *Æneid.* lib. iij. Solam nam perfidus ille Te colere, arcanos etiam tibi credere sensus. Et *Æneid.* libro j. Longius & voluēs fatorum arcana mouebo.

135 ¶ *Tormines* genus morbi dicti quod dolore torqueant. Cicero *Tuscul.* lib. ij. Quāuis idem forticulum se in torminibus, & in stranguria sua præbeat. Et iij. Itaque dicimus grauidinosos, quosdam, quosdam torminosos.

136 ¶ *Monimenti* proprietatem a monendo M. Tul. exprimendam putauit, ad Cæsarem epistola ij. Sed ego quæ monimenti ratio sit, nomine ipso admoneor, ad memoriā magis spectare debet posteritatis, quā ad præsentis temporis gratiam. Virgilius libro sexto: Quem candida Dido Esse sui dederat monumentum, & pignus amoris.

137 ¶ *Riuales* dicti sunt quasi in vnum [riuum] amorem deriuantes. Terentius Eunucho: Miles Thraſo Phædræ riuales.

138 ¶ *Gestire* significat lætum esse, dictū a gesticulis facilioribus. Teren. Eunu. Charrea quid est quod sic gestis? aut quid hic sibi vestitus querit? Virg. *Georg.* lib. primo, Et studio incallum videas gestire lauandi.

139 ¶ *Inuolare* est irruere, insilire, aut à volatu, aut à vola, id est media manu dictū. Ter. Eunu. Vt ego vnguibus facile illi in oculos inuolem venefico. Lucil. lib. xxx. Inde canino ritu, oculisque inuoluem.

140 ¶ *Propinare* à Græco tractum est, *propinē* post porum tradere. Teren. Eunucho: hunc vobis comedendum, & bibendum, & deridendum propino. Ennius *Satyrarum* libro tertio. Enni poeta salue, qui mortalibus Versus propinas flammeos medullitus.

141 ¶ *Infulsum* propriè fatuum; quasi sine sale. M. T. ad Cæsarem iuniorem epistola ij. Sed ita locutus infulse est, vt mirum Senatus conuiuium exceperit. & de *Oratore* lib. ij. Vt nihil aliud eorū, quā ipsa *insulſitas* rideatur.

142 ¶ *Ignauum* & legne, torpidum, effeminatum, & sine igni. Virg. *Georg.* lib. iij. Ignauum fucos pecus à præsepibus arcent. Et *Georg.* lib. iij. En age legneis rumpe moras. M. Tul. ad Cæsarem iuniorem lib. ij. In quo tua me prouocauit oratio, mea consecuta est legnis. Et de senectute: Quæ vitia sunt, non senectutis, sed certè ignauia, & somniculose senectutis.

143 ¶ *Calamitosum* dicitur malis, & calamitatibus prægrauatum. M. Tul. *Verrinarū* diuinatione: Et honoris amplissimi puto esse, & accusare improbos, & miseros, calamitosisque defendere.

144 ¶ *Serium* triste, & quasi sine risu. M. Afranius Priuigno: Non ego te noui tristem,

seruum serium? Plautus *Amphitryone*: Nūc quidem Præter nos nemo est, dic mihi verū serid.

145 ¶ *Interpolare* est immittere, & interponere, & nouā formā à veterē fingere. M. Tul. *Verr. actione* ij. Aliquid demendo, mutando, interpolando, & est tractum ab arte fullonia, qui poliendō diligenter vetera quæque, quasi in nouam speciem mutant. Plautus *Amphitryone*: Illic homo me interpolabit, meūque os finget denuo.

146 ¶ *Euericulum* genus est retis piscatorij, à verrendo dictum, vel quod trahatur, vel quod siquid fuerit piscium nactum euerat. Ad hoc M. Tul. *Verrinarum* lib. vj. de signis: Quod vnquam, Iudices, huiuscemodi euericulum vlla in prouincia fuit?

147 ¶ *Dinaricari* dictum est distendi, dictum ab his, qui vitio naturæ ita sunt pedibus discretis, vt eos in diuersum habeant separatos. M. T. de signis: Sopatum hominem summo magistratu præditum, denaricari, ac deligari iubet.

148 ¶ *Vacillare* est trepidare, vel cum lassitudine niti, à senibus, qui sint æuo defessi, atque ad sustinendam lassitudinem baculo tarditatem leuent. M. Tul. *Philip.* lib. iij. In Galliam mutilatum ducit exercitum cum vna legione, & ea vacillante.

149 ¶ *Præstringere* dictum est valde stringere, & claudere. Plaut. *Milite glorioso*: Præstringat oculorum aciem in acie hostibus. Lucil. lib. xxx. Præstringatque oculorum aciem splendore micanti. M. Tul. de senectute: Voluptas rationi inimica est, mentis (vt ita dicam) præstringit oculos, nec habet vllū cum virtute commercium. Varro *Andabatis*: Non mirum si cæcutis, aurum enim Nō minus præstringit oculos, quā *τὸ σὺν κερταῖς*. Cic. de fato, & de finibus bonorum, & malorum lib. ij. Aciem animorum nostrorum virtutis splendore præstringitis.

150 ¶ *Angina* genus morbi eo quod angat, & Græcè *συναγγη* appellatur. Lucillius lib. xxx. Insuperato abiit, quem vna angina abstulit hora.

151 ¶ *Arquatus* morbus dictus qui regius dicitur, quod arquus sit concolor de virore, vel quod ita stringat corpora, vt in arcum ducat. Lucillius, Nos esse arquatos, surgamus, agamus. Varro *Eumenidibus*: Nam vt arquatis, & veterosis, quæ lutea nō sunt, æque vt lutea videntur, sic infans sani, & furiosus videntur esse infani.

152 ¶ *Priuum* est proprium vniuscuiusque, vnde & res priuata. Lucil. libro xxx. Culcitulæ accedunt priuæ centonibus binis. Idem: Abdomina Thunni Priua dabo.

153 ¶ *Nugator* nugis turbator. Lucil. lib. xxx. Quā me hoc tempore nugator cog-

gnoscere non vis.

154 ¶ *Foramina* quasi diminutiue à foribus dicta. Cice. Tuscula lib. j. Nam nunc quidem, quanquam foramina illa, quæ parent ad animos à corpore, callidissimo artificio natura fabricata est.

155 ¶ *Discerniculum* acus, quæ capillos mulierum ante frontem diuidit, dictum à discernendo. Lucilius libro xxx. Euplocamo digitis, discerniculumque capillo.

156 ¶ *Fratrum* proprietatem Nigidius acutissime dixit. Frater est inquit, dictus quasi ferè alter.

157 ¶ *Supplātare* dictū est quasi pedē supponere. Lucil. lib. xxix. Supplantare aiunt. Greci *ὑποποιεῖν* dicunt. M. Tul. de offic. lib. iij. Contendere debet, quàm maximè potest, vt vincat, supplantare eum, qui cum certet: at manu pellere nullo modo debet.

158 ¶ *Coniungere* copulare dictum est à iungo. Lucil. lib. xxix. Qui mihi quantum est inter humanum genus rerum quod inter se coniungat, communicat.

159 ¶ *Fenestra* à græco vocabulo conuersum est in Latinum, *ὑπὸ τῆς γῆρας*. Cicero Tuscula lib. j. Non eas parteis, quæ quasi fenestræ sunt animi.

160 ¶ *Emungi* ex manifesta significatio: manat. Lucil. lib. xxix. In mellis spem esse omnem quouis possẽm emungi volo. Terentius Phormion. Emunxi argento senem.

161 ¶ *Agglomerare* est implicare, coniungere, dictum est à glomere. Vergil. Æneid. lib. secundo. Et lateri adglomerant nostro.

162 ¶ *Collare* est vinculi genus, quo collum astringitur. Lucil. lib. xxix. Cum manibus, catulo, collariq; vt fugitiuum Deportet.

163 ¶ *Depilati* dictum rarefacti. Lucil. 29. Nato quid actum est, depilati omnes sumus.

164 ¶ *Excursari*, curia excludi. Var. *ἰμπεριεῖν*. Apolloniū ideo excursant, quia nihil habebat.

165 ¶ *Pensum* significat exæquatum, quod sine inclinatione sunt, quæ penduntur. Lucil. lib. xxviii. Nihil parui, ac p̄si, vt littera doceas lutum.

166 ¶ *Aqua* intercus hydropum morbus, quasi aqua inter cutem. Lucilius lib. xxviii. Aquam te in animo habere intercutem. M. Tul. de offi. libro iij. Si quis medicamentum cuiquam dederit, ad aquam intercutem.

167 ¶ *Maltas* veteres melles appellari voluerunt à Græco, quasi *μαλακός*. Lucil. lib. xxvij. Insanum vocant, quem maltam, ac feminam dici videt.

168 ¶ *Monogrammi* dicti sunt homines matie pertennes, ac decolores: tractum à pictura, quæ prius, quàm coloribus corporatur, umbra fingitur. Lucilius libro secundo: Vix 60

viuo homini, ac monogrammo. Et xxvij. Quæ pietas? monogrammi quinque adducti pietatem vocant.

169 ¶ *Portorium* dicitur merces, quæ portitoribus datur. Lucil. lib. xxvij. Facit idem quod illi, qui inscriptum è portu exportant clanculum, ne portorium dent.

170 ¶ *Impertire* est participare, & partem dare. Lucil. lib. xxvij. Quibus potest impertit, Nouius Decuma: Si ignotis impertit fletit facilius. M. Tul. de Republ. lib. v. Quod molestis senectutis suæ vestris familiis impertire posset. Et ad Hircium lib. v. Et quoniam, vt hoc tempus est, nihil habeo patriæ quod impertiam.

171 ¶ *Sedulo* significat sine dolo. Lucil. libro xxvij. Salutem fictis versibus Lucillius, quibus potest impertit, totumque hoc studiosè & sedulo. M. Tul. de finibus bonorum, & malorum iij. Sedulo inquam faciam, sed fortuna fortis, quare conare quæso.

172 ¶ *Scripturarios*, quos nunc tabularios dicimus, dici volunt veteres, quod scripturis, & commentariis omnia, vel urbium, vel prouinciarum cõplecteretur. Lucilius lib. xxvj. Publicarum rerum assueciam, vt scripturarius.

173 ¶ *Versipelles* dicti sunt quolibet genere se commutantes. Lucil. lib. xxvj. At Libertinus Tricorius Syrus ipse ad mastigias, quicum versipellis fio, & quicum commuto omnia. Plaut. Amphyt. Versipellem se facit, quando lubet.

174 ¶ *Combibones* compotores à combibendo dicti. Lucilius lib. xxvj. Quandoquidem reperi magnis combibonum ex copiis.

175 ¶ *Capital* dictum est capitis periculū. Plaut. Menæchmis: Nunquam hercule effugiet, tametsi capital fecerit. Lucil. lib. xxvj. Facile deridemur, scim⁹ capital esse irascier.

176 ¶ *Clandestino* est absconditè. Lucil. libro xxvj. At enim dicis clãdestinò tibi quod commissum foret, neu mutires, neu mysteria efferres foras.

177 ¶ *Idiotas* à Græco tractum *ἰδιώτης*, inutiles, quasi sibi tantum, non plurimis viles. Lucilius lib. xxvj. Quidni & tu idem illitteratum me, atque idiotam dices?

178 ¶ *Exspirare* dictum est, vel ab spiritu effuso, vel à spiraminibus. Lucil. lib. tertio: Exspirans animam pulmonibus æger agebat. Idem lib. xxvj. Vt si illuuiem facere per ventrem velis curare omnibus distento corpore expiret vis.

179 ¶ *Eliminare* extra limen eicere. Pacuuius Duloreste: Vbi illic est? me miseram quoniam clam vis eliminat? Pompon. Cantabit: Istic manet. Eliminabo extra adis coniugem. Ennius Medea exsule: Antiqua, herilis fida custos corporis.

Quid

Quid sic extra ædeis exanimata eliminor?
Accius Meleagro: Tum vt eliminor clamore,
simul ac nota vox ad aures accidit.

180 ¶ *Incoxare* in coxam fidere. Pomponius Pannuceatis: Neque interim cacædi causa vnquam incoxauit nate.

181 ¶ *Condepsere* commissere, à Græco tractum ἄψω. Homerus *Odyssææ* μ. κινδρὶ ἀψήσας. Pomponius Nuptiis: Partem infipui, conclusi, condepsui.

182 ¶ *Vituperare* dictum est vitio dare tantam culpam, vel displicentiam. Terent. *Andria*: Nunc quam rem vitio dent quæso animaduertite. Et in sequentibus: Id isti vituperant factum. Lectum est autem & vitium dare, hoc est, vnicuique rei culpam ampliare. sed hoc incertæ auctoritatis scriptoribus inuenitur.

183 ¶ *Ordiri* est ponere, incipere. Accius *Amph.* Non paruum rem ordibor, ne retice, obsecro. Afranius *Suspecta*: Tamè animo ordiri me oportet paula paululum.

184 ¶ *Pilare* dictum est, vt *plumare*, pilis vestiri. Afranius *Compitalibus*: Præterea corpus meum nunc pilare primum cœpit. Nouius *Exodio*: Pati dum poterunt antè, quàm pugnam pilant.

185 ¶ *Populare* significat populæ amorem conciliare. vnde *populares* dicti de vno populo amici. Pacuuius *Chryse*: Atque, vt promeruit pater, mihi patriam populauit meam. Terent. *Phorm.* Amicus summus meus, & popularis Geta.

186 ¶ *Rabere* dictum est à rabie. Varro, *Idem Attij* quod *Titij*. Quid est? quid blateras? quid rabis? quid vis tibi? Cæcilius *Hypobolimæo*, *Rastraria*: Rabere se ait.

187 ¶ *Superfedere*, manere, perseverare, quasi in voluntate, & consilio fidere. Turpil. *Pedio*: Vt ille hac sese abstineret, ego superfederem nuptiis. *Plant. Epidico*: Superfedere istis rebus: item tu ipse vbi lubet finem face. *Sisænaa Histor. lib. iij.* De virtute eorum accusanda proloqui superfederunt.

188 ¶ *Tintinnire* dicitur sonare, vnde & *tintinnabula* sunt appellata. Afr. *Vopisco*: Tintinnire ianitoris impedimenta audio. *Nigidius lib. xvij.* Itaque ex ære in saliatibus *Altanus* tintinnat: id est, sonat.

189 ¶ *Verminari* positum torqueri à veribus, quod facillè se torqueant. Pomponius *hirnea Pappi* decimus mensis est, cum factum est ita fit: ita semper solet: decimo mense demum turgens verminatur, parturit.

190 ¶ *Canatim, suatim, bouatim* canum, & suum, & bouum genere. *Nigidius Commento grammatico*: Sunt etiam assimilanter dicta hæc, canatim, suatim, bouatim, quæ ab animalibus sumuntur.

191 ¶ *Cossim* dictum quasi *coxim*. *Pomp. Porcaria*: Sciunt hoc omnes, quantum est, qui

coxim cacat.

192 ¶ *Infabre* fœdè, vt est *affabre* pulcrè. *Pacu. Nypris*: Barbaricam pestem nauibus nostris obtulit. Noua figura factam, commissam infabre.

193 ¶ *Sepiunt* significat tenent, impediunt, dictum à *sepibus*, quæ obiectæ iter claudunt: vnde & *circumseptum* dicitur. *Afranius Materteris*: *Perij*, lacrymæ linguam *sepiunt*.

194 ¶ *Stigmatas* veteres punctos in notis dici voluerunt. *M. Tul. de off. lib. ij.* O miserum, qui fideliorum, & barbarum, & stigmatiam putaret.

195 ¶ *Referare* aperire, à sera dictum, quia remota valvæ patefiunt. *Marc. Tul. de off. lib. secundo*. Nec ita claudenda est res familiaris, vt eam benignitas aperire non possit: nec ita referanda, vt pateat omnibus. *Virgil. libro octauo*. Non secus, ac si qua penitus vi terra dehiscens *Infernas* releret sedes.

196 ¶ *Abundare* supra modum aliquid esse. *Virgilius libro quarto*: Ergo apibus fœtis idem, atque examine multo *Primus* abundare tractum ex amnibus, qui quoties augentur imbribus maioribus, & crebris vndis eriguntur. *Virgil. Georg. libro primo*: Præsertim incertis si mensibus annis abundans *Exit*.

197 ¶ *Tergiuersari* fallere, & dicta mutare, & est quasi tergum vertere, vt ait *Plautus Amphitr.* Versipellem se facit, quando lubet. *Marc. Tul. de off. lib. tertio*. Tribus generibus, quomodo possunt, non incalidè tergiuersantur. *Varro*: Itaque illa tergiuersari non sinent, secumque rapiunt.

198 ¶ *Prudentiam* à prouidendo dictam, dilucidè ostendit *Marc. Tullius Hortensio*: Id enim est sapientis prouidere, ex quo sapientia est appellata prudentia. Idem de senectute: Quid multa? sic mihi persuasi, sic sentio, cum tanta celeritas animorum sit, tanta memoria præteritorum, futurorumque prudentia. Et de *republica* libro sexto: Totam igitur expectas prudentiam huius rectoris, quæ ipsum nomen hoc nata est, ex prouidendo.

199 ¶ *Appendix* dicitur quod alij est adiunctum, quasi ex alio pendeat. *Marc. Tullius Hortensio*: Vidit enim quod videndum fuit, appendix animi esse corpus, nihilque esse in eo magnum.

200 ¶ *Conuiuij* proprietatem *M. Tul. de senectute* demonstrat: Bene enim maiores acubationem epularem amicorum, quia vitæ coniunctionem haberet, conuiuium nominauerunt.

201 ¶ *Occationem* ab obsecratis feminibus, quæ id efficitur, dicit *Mar. Tul. voluit de sene-*

ctute: Sparsum semē, cohibet primum id ob-
eratum: ex quo occatio, quæ hoc efficit, no-
minata est.

202 § *Coagmenta* dicta sunt coniunctio-
nes arctæ, & compares, à cogendo, id est strin-
gendo; vnde & *coagulum* dicitur. Mar. Tullius
de senectute: Viuendi est finis optimus, cum
integra mente, certisque sensibus opus ipsa
suum eadem, quæ coagmentauit, natura dis-
soluit.

203 § *Vernaliter* pro adulatoriè, à vernis,
quibus hæc viuendi ars est. Cæcilius Venato-
re: Credo, nimis tandem hoc fit vernaliter.

204 § *Pecuniosorum*, & *locupletum* proprie-
tatem aperuit M. Tul. de repu. lib. ij. à pecore
pecuniosos, & à possessionibus locorum *locuple-*
tes appellatos esse asserens, multaque ditio-
ne ouium, & bouum. quod tunc erat res in peco-
re, & locorū possessionibus, ex quo pecunio-
si, & locupletes vocabantur.

205 § *Viritim* dictum est separatim, & per
singulos viros. M. Tul. de repu. lib. ij. Ac pri-
mus agros, quos bello Romulus ceperat, di-
uisit viritim ciuibus. Plaut. Aulul. aliter, sub
hac tamen significantia, diuidere argenti di-
xit numos in viros. Varro de vita populi
Rom. lib. j. Extra urbem in regiones xxvj. a-
gros viritim liberis attribuit.

206 § *Vernas* veteres appellabant, qui ve-
re sacro fuerant nati; & habebatur nomē hoc
pro vitabili, & maledicto. Plaut. Amph. Hic,
qui verna natus est, queritur. Lucil. Verna a-
eer cupit hæc. Plaut. Amph. Cum cruciati tuo
istæc hodie verna verba funditas.

207 § *Concinnare* est facere, vt Plaut. Amp.
Iacrymantem ex habitu concinnas tu tuam
vxorem. Sed proprietates verbi hæc est, quod
apud veteres *cinna* potionis genus ex multis
liquoribus confectum dici solet. Rectè au-
tem concinnare & cōsentire intelligi potest,
& quasi concinere, vt multis diuersè canenti-
bus vnus efficitur modus. Plaut. Asinaria: Au-
ceps, quando concinnauit aream, offundit ci-
bum. M. Tul. de finibus bonorum & malorū
lib. iij. Cum iis, cū quibus re concinnabatur,
verbis discrepare. Itē Academicis lib. ij. Quæ
cum similitudine verbi concinnare maxime
sibi videretur.

208 § *Paupertas* dicta est à pecunia parua.
Varro de vita pop. Rom. lib. j. Pecunia quæ e-
rat parua, ab ea paupertas dicta, cuius pauper
tatis magnum testimonium est.

209 § *Pandere* Varro existimat ea causa
dici, quod, qui ope indigerent, & ad asylum
Cereris confugissent, panis daretur. Pandere
ergo quasi panē dare, quod nūquā fanum ta-
libus clauderetur. Idem de vita pop. Rom. li.
j. Hanc eam melius putat esse Cererem, sed
quod in asylum, qui confugissent panis da-
retur, esse nomen fictum à pane dando pan-

dere, hoc est aperire.

210 § *Blatis*, & *blateras* confingis, aut in-
conditè, & inaniter loqueris. Plaut. Amph.
Qui, malum, intelligere, quisquam potis est,
ita nugas blatis. Idem Aulul. Vbi tu es, quæ
deblaterasti iam vicinis omnibus?

211 § *Percontari* diligenter inquirerer. Plaut.
Amph. Qui istuc in mente est tibi, ex me, mi
vir, percontarier? Et est proprietates verbi ab eo
tracta, quæ vada in fluminibus cōtis exquirūt.

212 § *Prodigia* dicta sunt porrò adigenda.
Plaut. Amphitryone: Sed mulier, Postquæ ex-
perfecta es, prodigiali Ioui aut mola falla
hodie, aut thure comprecata oportuit.

213 § *Ceriti*, & *laruati* malè sani, aut Cere-
ris ira, aut laruarum incurfatione animo ve-
xati. Plaut. Amphit. Laruatus a depol homi-
nem miserum medicum queritat. Idem qui
suprà: Quasi adueniente morbo medicati iu-
uenē, tu certè aut laruatus es, aut ceritus.

214 § *Calcitrone* qui infestant calcibus.
Plaut. Asinaria: Clamat procul si quem vider
iæ ad se calcitrone. Varro: Sesequilyss. Ita-
que tum equum mordacem calcitrone hor-
ridum miles, ac vir non vitabat.

215 § *Votiti* veteres religione aliqua pro-
hibitum vel interdictū dici voluerunt. Plau-
tus Asinaria: Nolo illam habere causam, &
votitam dicere.

216 § *Verberare* non solum à verberibus
dictum, sed & à verbis. Plaut. Aulula. Nā cur
me miseram verberas?

217 § *Cassum* veteres imane posuerunt, &
arbitrandum est eius verbi proprietatem ma-
gis ab aranearum cassibus dictam, quod snt
leuis, ac nullius ponderis; nō, vt quibusdā vi-
deretur, quasi quassum. Plaut. Aulularia: Virgi-
nē habeo grandē, dote cassam, atq; illocabilē.

218 § *Crocitum* propriam coruorum vocē
veteres voluerūt. Plaut. Aulularia: Simul ra-
debat pedibus terram, & voce crocibat sua.

219 § *Subleuit* significat illuſit, & pro ridi-
culo habuit, tractum à genere ludi, quo dor-
mientibus ora pinguntur. Plaut. Aulularia:
Fidei censebam maximam. multo fidē esse,
ea subleuit os mihi penissumē.

220 § *Inuestes* dicūtur impuberes, quibus
propter tenerā aetate nulla pars corporis pi-
lar. Hoc & *Encl*. lib. v. videtur sensisse Virg.
Aurea cæsaries ollis, atq; aurea vestis. Sed me-
lius intelligi potest inuestes appellatos, quasi
in *Vesta*, id est, in pudicitia, & in castitate.

221 § *Inferum* ab imo dictum. vnde *inferi*,
quibus inferius nihil. vnde inferum rectè po-
test dici quicquid desuper mittatur. Var. Mar-
cipore: Nubes aquali frigido velo leues, Cæli
cauernas aureas subduxerant, Aquam vomē-
tes inferam mortalibus.

222 § *Syrus* à Græco magis tractū est, dicitur
quæ est in *Syrus*. Has nos scopas iustici eo nomine

vros vocant. Var. Marcipore: Ventique frigidus se ab axe eruperant Phrenetici septentrionum filij, Secum ferentes tegulas, ramos, lyros.

223 ¶ *Euirare* dicitur virilitatem amittere, & effeminari. Var. Marcipore: Spatulæ euiravit omnes Veneriuga pueros.

224 ¶ *Ludibria* proprietatem trahunt à leui ac sine pondere, & contemnendo; aut, quod magis verum est à ludicro. Virg. lib. vj. 10 Foliis tantum ne nomina manda, Nec turbata volent rapidis ludibria ventis.

225 ¶ *Febris* proprietatem habet à feritate morbi, vel mali, vt à calendo *calorem*, vel candorem. Var. Andabaris: Aperiendam putat, idque alterum appellamus à calēdo *calorem*, alterum à feruore *febrim*.

226 ¶ *Vulpinari* dictum est fraudibus, & mendacijs vera peruertere, vel effingere, dictum ab inrecto, seu intorto vulpium cursu. 20 Var. Mysterijs: Vulpinare modò & concursa quā libet, erras.

227 ¶ *Sufflatum* dicitur propriè tumidū & reatum, & quasi vento quodam elatus factum. Var. Agathone: Neque auro, aut genere, aut multiplici scientia. Sufflatus quærit Socratis vestigia.

228 ¶ *Vespertilio* animal volucre bifforme, dictum quod vespere se ad volatum preparat noctis. Var. Agathone: Quid multa? factus sum vespertilio, neque In muribus plane, neque in volucris sum.

229 *Exporrectum* extentum: porrectum est enim tentum, id est porrò iactum. Var. Eudæmonibus: Quæ res in somnum recideris, & ἀλλ' οὐδέποτε eis iterum exporrectus.

230 ¶ *Iugatum* coniunctum, à iugo dictū. Cic. Tusculanarum lib. iij. Hoc quidem est commune virtutum. omnes enim inter se iugata sunt.

231 *Prodius* dictum est interius longius, à prodeundo, quasi porrò eundo. Var. Virg. diuina: Primum venit in urbem, atque intra muros, deinde accedit prodius, atque introit domum. id est, intra priuatos muros.

232 ¶ *Granaria* loca in horreis seruandis feminum granis. Var. γεγραυτοδιδασκαλῶ: Vel decem Mensis, vbi vna sepian granaria.

233 ¶ *Torculum*, quod vsu torcular dicitur, quod intortum laticem vitis, vel oleæ exprimat. Var. γεγραυτοδιδασκαλῶ: Vincis ibi ampla cella torculum reponant.

234 ¶ *Cingulum* à cingendo, quod *incingulum* plerumque dicitur. Var. γεγραυτοδιδασκαλῶ. Nouus maritus taciturnus taximulos is soluebat cingulum.

235 ¶ *Silicernium* pessimè intelligentes, ita posuisse Terent. putant, quod incuriuitate silices cernat senex. *silicernium* est propriè conuiuium funebre, quod senibus exhibetur. 60

Var. Meleagris: Funus exequiati laude ad sepulcrum antiquo more silicernium conficimus. Idem *silicibus*. Non quo pransi discedentes dicimus alius alij, vale.

236 ¶ *Suffundatum* dictum est subiectum, dictum à fundamentis. Var. τρωπῶν μυλιαστων: vt antiqui nostri in domibus lateritijs paululum modò lapidibus suffundatis, vt humorem effugerent, habitabant.

237 *Edones*, & *phagones* ab edacitate, vnum Latinum, alterum Graecum. Var. τρωπῶν ἐδωνῶν ἢ ἀφαιτῶν: Edones Romam vt turba, intendat annona: sed propter phagones scudulam pinguem, aut turdum nisi volantem non video.

238 *Elixum* quicquid ex aqua mollitur, vel decoquitur. nam *lixam* aquam veteres esse dixerunt. vnde & *lixæ* dicti, qui militibus aquam ad castra, vel ad tentoria solent ferre.

20 Var. τρωπῶν ἐδωνῶν: In pavimento non audes, 2, facere lacunam; at in humu calceos facis elixos.

239 ¶ *Parochos* à Græco tractum est nomen, quod vehiculo præbeat. hoc schemate enim Græcè Latinè vehicula appellantur; & est officij genus, quod administrantibus parret. Var. Sefquiulyse: Hic enim omnia erat: idem sacerdos, prætor, *parochos*, denique idem senatus, idem populi caput.

240 ¶ *Trossuli* dicti sunt torosuli. Varr. Sefquiulyse: Nunc emunt trossuli nardo nitidi vulgò Attico talento equum.

241 ¶ *Proboseus* Græcum nomen est, dictū quod ante depascat; & est porrecta corporis pars inhaerens naribus, quæ excepto homine in alijs animalibus inuenitur. Var. Sexagesi: Inuenisse se, cum dormire cœpisset tam glaber, quàm Socrates, caluum esse factum ericium è pilis albis cum proboscide.

40 242 ¶ *Tutanus* deus à tutando. Var. ἡγεμῶν. Tuam fidem. Noctu Annibalis cum fugauit exercitum, Tutanus, hoc Tutanus Romæ nuncupor, Hac propter omnes, qui laborant, inuocant.

243 ¶ *Tutilina* dea est à tuendo dicta. var. ἡγεμῶν: Tuam fieri non Tutilinam, quam ego ipse inuoco, quod meæ aures abs te obfidentur.

244 ¶ *Cetarij* genus est piscatorum, quod maiores pisces capit, dictum ab eo, quod cete in mari maiora sunt pisciū genera: quod Virgil. Immania cete. Var. γεγραυτοδιδασκαλῶ: Non animaduertis cetarios, cum videre volunt in mari thunnos, adscendere in malum altè, vt penitus per aquam perspiciant pisces?

245 ¶ *Tonimus* positum sonamus cum modo, à tono. Var. Eumenidibus, Tibi tympana nō inani sonitu matris deum tonimus.

246 ¶ *Tibinos* à tibiis modos. Var. Eumenidib. Apage in directum à domo nostra

istam insanitatem.

247 ¶ *Præsepia* non tantum, quibus aut cantheria, aut iumentata cætera, aut vetera animalia pabulantur, sed & omnia loca clausa, & ruta, dicta præsepia. Virg. *Æneid.* lib. j. aut agmine facto ignauum fucos pecus à præsepibus arcent. Var. *de re rustica*: Siquis melodinis tonos lyras præsentibus se retineat forensibus.

248 ¶ *Subrigere* significat sursum erigere. quo verbo rustici vultur, cum tritæ fruges ad ventilandum in arcis eriguntur. Virg. *Æneid.* lib. iij. Tot lingue, totidem ora sonant, tot surrigit aureis.

249 ¶ *Lingulacæ* locutuleiæ; à procacitate lingue, & loquendi proprietatem trahit. Plaut. *Casina*: Lingulacæ est, nam nunquam tacet.

250 ¶ *Fures* significantiam habent à *furio*, quod Romani veteres atrum appellauerunt: eò quòd per obscuras, atque atras noctes oportuna sit eius mali effectio, eos dictos fures. Var. *rerum diuinarum* lib. xiiij. Furem ex eo dictum, quòd *furium* atrum appellauerint: & fures per obscuras noctes, atque atras faciliùs furentur. Homerus: *καλέσθη δὲ τὸν φῶτος ἀμύθηον.*

251 ¶ *Ventorum* proprietates & vocabulorum significaciones in tractatibus nobilium philosophorum quaesitas, has apertissimas potuimus inuenire. ¶ *Eurum* dictum *ἔπειτα* est à *ἔπειτα*, quòd flatus eius ab oriente sit hyemali. ¶ *Austrum*, qui Græcè *νότος*, dictum ab humore & nebula, quòd *νότιος* Græcè humor Latina interpretatione dicatur, ac sit is ventus sudoris effector, vt est Homer. *κατὰ δὲ νότον πρὸν ἰδρύε.* ¶ *Circium* à turbine, ac vertigine. ¶ *Borream*, hoc est, aquilonem *ὑπὸ τῆς βοῆς* quòd sonorus sit, & procellosus. Hom. *καὶ βοῆς ἀβροχῆς τῆς μίγ᾽ αὐμὰ κολίδησιν.* In alio loco: *οὐτὲ θαλάσσης κῦμα ποσειδέαυ ἀπρηχῆσαν Πάριον ἐκρυβῆσιν πτόλιν βορρῆν ἀλεγάειν.*

252 ¶ *Pietatem* docti veteres hanc esse voluerunt, quòd quæ in ea sunt, quasi penitus, & in penetralibus recondantur. hoc & in antiquis libris, & philosophorum tractatibus inuenitur.

253 ¶ *Leuum* significari veteres putant, quasi à leuando. Virg. quoque sub hac ostensione posuisse voluerunt, Georg. lib. iij. si quem Numina læua sinunt, audistque vocatus Apollo. Ennius *Annalium* lib. iij. Olim de cælo leuum dedit inclutus signum.

254 ¶ *Rudentes* ea causa sapientissimi dictos volunt, quòd funes, cum vento verberentur, rudere existimentur, atque hunc sonum proprium fugium, non asinorum putant.

255 ¶ *Infesti* proprietatem hanc esse Nig.

voluit, quasi nimium festinantis ad scelus, vel ad fraudem.

256 ¶ *Maturare* non vti consuetudo est, properare dicendum est, sed cum modo studium adhibere festinum: à maturitate dictum, quæ ratione naturæ modificatione quadam, nec præcipitatur, ne præcox quid fiat, neq; differtur, ne senio dissoluatur. Virg. *Geor.* 4. Frigidus agricolam si quando continet imber, Multa forent, quæ mox cælo properanda sereno Maturare datur.

257 ¶ *Lictoris* proprietatē à ligando dictam vestitas putat. ita enim carnificis officium antiquius fungebatur. Mar. Tul. pro *Rabirio*: Lictor, inquit, colliga manus.

258 ¶ *Sororis* appellationem veteres elegantè interpretatione posuerunt: itaque maximi iuris scriptores exprimentam putauerunt. Antist. Labeo: Soror, inquit, appellata est, quòd quasi seorsum nascitur, separatique ab ea domo, in qua nata est.

259 ¶ *Lues* à rebus soluendis proposita. Licin. Maec. *Annalibus* lib. ij. Nequaquam sui lauandi relictæ arma lue.

260 ¶ *Humanitatem* non solum, vti nunc consuetudine persuasum est, de benevolentia, dextertateque & comitate veteres dicendum putauerunt, & quam Græci *φιλανθρωπία* vocant, sed honestorum studiorum & artium appetitum, quòd nulli animantium generi, præterquam hominibus concessa sit. Var. *Rerum humanarum* lib. j. Praxiteles, qui propter artificium egregium, nemini est paulum modò humaniori ignotus.

261 ¶ *Ador* frumenti genus, quòd epulis, & immolationibus sacris pium putatur. unde & *adorare* propitiare religiones, potest dictum videri. Var. de re rustica lib. j. In loco humidiorè *far adorem* potius serunt, quam triticum. Virg. lib. vij. Et adorea liba per herbam Subiiciunt epulis.

262 *Faciem* totius corporis formam, *πρόσωπον*, id est, os posuit antiquitas prudens, vt ab aspectu *species*, & à fingendo *figura*; ita à factura corporis *facies*. Plaut. *Pœnulo*: Sed earum nutrit quæ sit facie mihi expedi: Statura non magna, corpore aquilo ipsa est. Pacuu. *Nypris*: Ætate integra, Feroci ingenio, facie procerâ virum. Sallu. *Historiar.* li. ij. Sardinia in Africo mari facie vestigij humani [prominet] in occidentem, quàm in orientem latior.

263 ¶ *Vestibula* quidam putant sub ea proprietate distincta, quòd in primis ingressibus, & in spatii domorum *Veste*, hoc est ara, ac foci soleant haberi. Sed siue sic intelligi debeant, nõ abhorret à vocabuli proprio. ¶ Inuenit etiã apud veteres doctos vestibula ob eam significantiã dicta, quæ in his locis, ad salutandos dominos domorum quicunq; venissent, stare

stare soleant, cum introendi daretur copias; atque ob hanc cognitionem, & quasi stabulationem primos ingressus domorum vestibula nominatos. Cicero Oratore: Vestibula nimirum honesta, adiutisque ad causam facient illustres.

264 ¶ *Bidentes* qui aestimant ob eam causam oues à Virg. dictas, quod duos dentes habeant, pessime ac vitiose intelligunt. Nam nec duos dentes habent, & hoc quidem & genus monstrum est, & melius intelligi potest, si bienis dixerit auctoritate Pompon. Attellana: Mars tibi voueo facturum, si inquam redierit, bidenti verre. Lab. Paupert. Vilis hac nocte bidentes propter viam facere. Et Nigid. Figulus dicit *bidental* vocari, quod bimæ pedes immolentur.

265 ¶ *Iugeri* proprietatem Varro designat de re rustica lib. 1. Apud nos in agro Rom. ac Latino metiuntur iugeri, iugum vocant, quod iuncti boues vno die exarare possunt.

266 ¶ *Fenus* ab eo dictum est, quod pecuniam pariat incrementi tempore, quasi fetus, aut fetura. Nam & Græcè *παις* dicitur *παι τοῦ πατρὸς*, quod est parere. Varro lib. iij. de Latino serm. Fenus autem dictum à fetu, & quasi fetura quadam pecunia. Nam & Catonem, & ceteros antiquiores sine o littera fenus pronuntiasse contendit, vt fetus, & fecunditas.

267 ¶ *Receptitium* seruum quidam ab ea proprietate dictum volunt, vt si nequam, & nihili sit, qui venundatus ob aliquod vitium aut malefactum ab aliquo districtiore recipiatur. Sed vera est hæc eius nominis interpretatio, quem in data dote, aut donatione quis exceperit, quod est proprie receperit. Plautus Trinūmo: Posticulum hoc recepit, cum ædes vendidit. Cato: Mulier & magnam dotem dat, & magnam pecuniam retinet. ex ea igitur re familiari, ex qua sibi dote data retinuit pecuniam, à viro forte irata repetere instituit. Apponit ei flagitatorum receptitium, hoc est, proprium seruum, quem reliqua pecunia receperat, nec dederat dotis, & exceperat. Cicero de Oratore libro secundo: Sed dicis te cum ædeis venderes, ne in tuis quidem & cæsis solū tibi paternū recepisse.

268 ¶ *Siticines*, vt *liticines* à lituo, vt *tubicines* à tuba, ita *siticines*, qui apud funeratos [vel vita functos] & sepultos, hoc est, iam sitos canere soliti erant, honoris causa, cantus lamentabiles. hoc in libris Coniectancis Atrei Capitonis inuenitur, & Cato id vocabulum indubitanter apposuit.

269 ¶ *Iumentum* à iungendo veteres dictum putant, & littera in eo nomine attrita. Nam & vectabulum dicunt, quod nunc vehiculum dicitur.

270 ¶ *Arcera* plaustrum est rusticam re-

ctum vndique quasi arca. Hoc vocabulum & apud Varronem, & M. Tullium inuenitur. Hoc autem vehiculi genere senes, & ægroti vectari solent. Varro *ἄερον διδοσκέλο*: Vehabatur cum vxore vehiculo semel aut bis anno cum arcera: si non vellet, non sterneret.

271 ¶ *Tropæi* significantiam propriam Var. Bimargo ostendit: Ideo fuga hostium Græcè vocatur *τροπαι*. hinc spolia capta, fixa in stipitibus appellantur *τροπαι*.

272 ¶ *Luxum*, id est, vultum, & loco motum, quod nunc *luxari* ignari Latine dicimus. Inde *luxuria*, quia à recta viuendi via sit exclusa, & eiecta.

273 ¶ *Culinam* veteres coquinam dixerunt, non vt nunc vulgus putat. Var. Modio: Et hoc interest inter Epicurum, & ganeones nostros, quibus modulus est vitæ colina. Plaut. Mustellaria: Exi è colina, sis, foras, mastigia, Qui mihi inter patinas exhibes argutias. Varro de vita populi Romani libro primo: Quam finis it, antica, & postica. in postica parte erat *culina*, dicta ab eo, quod ibi colebant ignem: locupletiorum domus quam fuerint angustiis paupertinis coacta, ipsa nomina declarant.

274 ¶ *Modestum* à modico, hoc est, moderato positum. Varro Modio: Non eos optime vixisse, qui diutissime vixerint, sed qui modestissime, id est, modice.

275 ¶ *Infans* à non fando dictus est. Cic. Oratore: Nam & infantes actionis sæpe fructum tulerunt. Et est, quod aut dici non debeat, aut fari non possit. Nam & infantes vique eò appellandi sunt, donec ceperint fari. Curius lib. xix. Vt pueri infantes faciunt mulierulam honestam. & xv. Vt pueri infantes credunt signa omnia æna viuere, & esse homines. Virg. Æneid. lib. ij. Infandum regina iubes renouare dolorem. Varro *εἰς λέξας*: Voces Amphionem tragædum, iubeas Amphionis agere parteis infantiorum, quam meus est mulio. Acc. Athamante: Prius quam infans esses, facinus oculi vescuntur tui. Var. Eumenid. Postremo nemo ægrotus quicquam somniat. Tam infandum, quod non aliquis dicat philosophus. Cicero de Oratore lib. iij. Modo hoc constat, neque infantiam eius, qui rem non uerit, sed eam explicare dicendo non queat: neque scientiam illius, cui res non suppetit, ac verba non desint, esse laudandam.

276 ¶ *Sarcinatricis*, non (vt quidam volunt) sarcitricis, quasi à sarciendo; sed magis à sarcinis, quod plurimum vestium fumant. Varro *ἀγροὺς λέρας*: Homines rusticos in vindemia incondita cantare, sarcinatricis in machinis.

277 ¶ *Petaristæ* à veteribus dicebantur, qui saltibus, vel schænis leuioribus mouerentur: & hæc proprietas à Græca nominat.

tione descendit, *Varro* epist. ad *Cæsarem*: Conuocat *Ptolemaum* *cinadon*, *Laconicon* *petauristæ*, *Diona* *auis* *uoluit*. Idem de vita populi Romani libro ij. Nec minus alio in genere sunt ludi velitis Galli, Germani petaurista.

278 ¶ *Curiam* à cura dictam. *Varro* designat, de vita populi libro secundo: Itaque propter curam locus quoque, quo suam quisque Senator confert, curiam appellat.

279 ¶ *Legionum* proprietatem à delectu militum *Varro* de vita populi Romani libro iij. dictam interpretatur: Tum appellatus est delectus, & ab electione legio, ab hac superuacaneorum consuetudine adscribuntur.

280 ¶ *Assis* nutrices difficilis multi existimant intellectus. At verò acri intentione potuimus indagare ob eam proprietatem officij eo nomine nuncupari, quòd assint iis, quos nutriant, nec vel exiguo diuellantur. vnde *assectus* ab eo, quòd assint, & omnibus iustis dominorum præstò sint, esse vocitatos.

281 ¶ *Enixa* dicuntur feminae nitendi, hoc est, conandi, & dolendi labore perfunctæ, nitix, quæ religionum genera parientibus præfunt: sed elegantior intellectus, vt ex hoc dictæ esse credantur enixæ, quòd vinculis quibusdã periculi, quibus implicarentur, fuerint exsolutæ. *Nexum* enim dicimus arcum & colligatum. *Plaut.* *Amphit.* id probat dicens: Vno vt labore exsolueret ærumnas duas.

282 ¶ *Remulcare* dictum est quasi molli & leni tractu ad progressum mulcere. *Sisenna* *Hist.* lib. ij. Si quæ celeriter solui poterat, in altum remulcare trahit.

283 ¶ *Congenulare* est genu replicato cadere. *Sisenna* *Historiarum* lib. iij. Multi plagis aduersis [icti] & congenulati, Romanis præcipitatis ipsi supra voluit in caput.

284 ¶ *Agilem*, celerem ab agendo. *Sisenna* *Hist.* lib. iij. Agilem dari, facilemque victoriam, neque fossas, aut bellum remoratum.

285 ¶ *Expediti*, & *impediti* ex vna proprietate habent vocabuli causam, aut ex solutis pedibus, aut illigatis. *Sisen.* *Hist.* lib. iij. *Inermos* amat, *impeditos* *expediti* sine villo suorum vulnere cunctos interficiunt.

286 ¶ *Testudines* sunt loca in ædificiis camerata ad similitudinem aquatilium testudinum, quæ duris tergoribus sunt, & incuruis. *Virgil.* *Æneid.* lib. i. In foribus *Diuæ* media testudine templi. *Sisen.* *Hist.* lib. iij. *C. Tinnius* quidam, cui minus proprietates metus ab natura tradita videretur, primò ante testudinem constitit: deinde apud consule causam, atque excusationem præferre cepit.

287 ¶ *Insinuari* est immitti, quasi sinu accipi. *Sisen.* *Hist.* lib. iij. *Agmen* perturbatum *pedites* *insinuant*, ac loco commouent.

288 ¶ *Adolere* verbum propriè sacra reddentium, quòd significat votis, ac supplicationibus numen auctius facere: vt est in iudæ, maçte esto. & intelligi debet ab eo, quòd est *adoleuit*, id est, creuit, & *adultum*, quòd est auctum, & aucta ætate, vt aliqua causa maius solito factum, ducere proprietatem. *Virgil.* *Æneid.* lib. i. Cura penum struere, & flammis adolere *Penates*. Idem lib. vij. *Adolere* que altaria tedis. Et in *Bucolicis*: *Verbenas* que adole pingues, & mascula thura. quòd est, adde, cumula. Et *Georg.* lib. iij. *Panchæis* adolefcunt ignibus aræ.

289 ¶ *Accensi* genus militiæ est administrantibus proximam. *Var.* *Rhetoricorum* lib. xx. Vt consules, ac prætores, qui sequuntur in castra, *accensi* dicti, quòd ad necessarias res sæpius acciantur, veluti *accensiti*.

290 ¶ *Nesarij* proprietatem lib. i. de vita populi Romani *Var.* patefcit, à farre, quòd adorem est, quo scelerati vti non debeant, non triticum, sed far: hoc quoque idem adsignificat, quòd qui indigni sunt qui viuant, *nesarij* vocantur.

291 ¶ *Adorem* quoque dictum ab eo putat, quòd cibi ora, id est, principium sit far.

292 ¶ *Propitium* dicitur proorsus pium; aut propriè pium, vt apud *Terentium* *Adelph.* Quam ea quæ parètes *propitij*: aut certe porrò pium, quòd est vehementer, & valde. Apud eundem in prologo *Andriæ*: Dehinc vt quiescant porrò moneo, vt desinant *Maledicere*, *malefacta* ne noscant sua.

293 ¶ *Impancrare* est inuadere. verbū à *Græco* tractum, quasi *πας κπίας* consumere. *Var.* *Ecclesiam* in regiam arcam *impancrarunt*.

294 ¶ *Manfuctum* dictum est, quasi manu assuetum, quòd omnia quæ sunt natura fera, manuum permulsiōne mitefcant. Vnde *Virgilius* *Georgic.* lib. iij. Et *plausæ* sonitum ceruicis amare. Et *Æneid.* lib. vij. Ille manū patiens. Quoniam supra dixerat: *Pectebat* que ferum, purò que in fonte lauabat.

295 ¶ *Cinnus* est commistio plurimorum: vnde & *concinare* dicitur. *Cicero* *Oratore*: Est autem quidam interiectus inter hos medius, & quasi temperatus, nec acumine posteriorum, nec flumine vtens superiorum, vt *cinnus* amborum neutro excellens, vt *triul* que particeps, vel vt *iufque*, si verum querimus potius *expers*.

296 ¶ *Enucleate* dicitur purgatè, exquisitè, & sine asperitate, aut duritia, ab eo quòd nucibus separatis, id est, testis, nucleorum vtillis vsus habeatur. *Cicero* *Oratore*: Modò id eleganter, *enucleatè* que faciat, eū solum *Atticè* dicere. Idem *Tusc.* lib. iij. *Habes* eam, quæ de perturbationibus *enucleatè* disputat.

297 ¶ *Rotundum* a rota dictum, vel rota à rotun-

rotundo. & est rotundum collectum, & per omnem circuitum sine offensione asperi, aut anguli leue: quam significantiam Cic. Oratore, etiam ad humani ingenij transtulit formam: Theodectes autem præfractor, nec satis (vt ita dicam) rotundus, primus instituit dilatare verbis.

298 ¶ *Rabula* a rabie dictus est, quem nunc aduocatum, vel caularum patronum dicimus. Cic. Oratore: Non enim declamatorem aliquem de ludo, aut rabulam de foro, sed doctissimum, & perfectissimum querimus. Inde & Sallust. canina (vt ait Appius) facundia exercebatur.

299 ¶ *Meridies* manifestè medius dies. Cic. Oratore: Ipsum meridiem, cur non medidicem?

300 ¶ *Inepti* proprietatè. Cic. de Oratore lib. ij. patefecit: Quem enim nos ineptum vocamus, is mihi videtur ab hoc nomen habere ductum, quod non sit aptus.

301 ¶ *Diuersoria* dicta sunt hospitia à diuertendo. Cic. de Oratore lib. ij. Quiescam in Cæsaris sermone, quasi in aliquo opportuno diuersorio.

302 ¶ *Sanniones* dicuntur a sannis, qui sunt in dictis farui, & in motibus, & in scænis, quos *μαργυς* vocant Græci. Ter. Eunuch: Solus Sannio seruat domi. Cicero de Oratore lib. ij. Quid porro tam ridiculum, quam Sannio est? qui ore, vultu, imitandis moribus, voce, denique corpore ridetur ipso.

303 ¶ *Hæredij* proprietatem indicat Varro de re rustica lib. j. Bina iugera, quod à Romulo primum diuisa dicebatur viritum, quæ quod hæredem sequerentur, hæredium appellarunt.

304 ¶ *Legumina* Varro de re rustica lib. j. dicta existimat, non quod secentur, sed quod vellantur à terra, quæ quod ita leguntur legumina dicta.

305 ¶ *Porca* in agris quam dicimus significantiã Varro designat de re rustica lib. j. Quæ aratrum vomere lacunam istriam fecit, *sulcus* vocatur: quod est inter duos sulcos elata terra dicitur *porca*, quod ea seges frumentum porrigit. Accius Parergorū lib. j. Bene proficillas colligerare ordine porcas, bidenti ferro, rectas deuere. Porca sunt signa sulcorum, quæ ultra se iaci semina prohibeant. *porcere* enim prohibere sapius legimus.

306 ¶ *Occationis* proprietates his iudiciis aperitur. Varro de re rustica lib. i. Et postea occare, id est comminuere ne sit gleba, quod ita occidunt occare dicunt. Serenus: Occatio occatio est.

307 ¶ *Poinorum* à Varrone proprietates explanata est de re rust. lib. j. Aquam addi quo-

tidie vesperi, à quo quod indigent potu, potina dicta esse possunt.

308 ¶ *Fractessere* tanquam friari, & putrefieri vetustate. Var. de re rust. lib. j. Hæc, de qua fit oleum, congeri solet aceruatim per dies singulos in tabulata, vt ibi mediocriter fractessat.

309 ¶ *Lixurum* proprietates hæc est, quod officium sustineant militibus aquæ vehendæ. *lixam* namque aquam veteres vocauerunt. Vnde *elixum* dicimus aqua coctum. *Lix* etiã cinis dicitur, vel humor cineri mistus. Nam etiam nunc id genus *lixurium* vocatur. Varro de vita populi Romani, lib. i. Proinde & *elixum* panem ex farre, & aqua frigida fingeant.

310 ¶ *Calorum* quoque proprietates hæc habet ut, quod ligna militibus subministrat. *καλα* enim Græci ligna dicunt, vt Homerus: *πολλὰ τε ξύλα ἐμίδειρο*.

311 ¶ *Confluges*, loca in quæ riuus diuersi confluant. Liuius Andromeda: Confluges vbi conuentum campum totum inhumigant.

312 ¶ *Confedo* à confedendo, vt *assedo*, vel *assessor*. C. Hemina Annal. lib. iiii. Nemo vitinus confedo.

313 ¶ *Conticinium*, noctis primum tempus, quo omnia quiescendi gratia conticescunt. Auctores multi sunt mii, sed auctoritate deficiunt.

314 ¶ *Delibratum* decoratum; vt *deartuatum* per artus discissum. Vir. Georg. lib. ij. Vdòque docent inolescere libro.

315 ¶ *Extrebrare* est vi aliquid extorquere, & scrutari, aut curiosus querere. Plautus Astraba: Cum incuriosum locaretur, terebratum quidem perundis.

316 ¶ *Grumæ* sunt loca media, in quæ directæ quatuor congregantur, & conueniunt viæ. Est autem grumia mensura quadam qua flexæ viæ ad lineam diriguntur, vt est argimensorum, & talium. Ennius lib. xviii. Grumam dirigere dixit, *degrumari ferrum*. Lucilius lib. ij. Viãque Vis degrumari, vt castris mensur facit olim.

317 ¶ *Luculentum*, pulcrum, & bonum, & perspicuum, dictum à luce. Licinius Macer Annal. lib. j. Auspicia pulchra, & luculenta commemorat. Plaut. Cornicu. Pulcrum & luculentum hodie evenit prælium.

318 ¶ *Logi* à Cræco *λογος* sermones, vel dicta ridicula, & contumenda. Cicero pro Gallio: Ego te certè scio omnes logos, qui illis dicti sunt, animaduertisse. Turpil. Canephoro: Testamentum ergo celabis? logi.

319 ¶ *Fulguratoris*, vt *extispicis*, & *haruspicis*, ita hi fulgurum inspectores. Cato de moribus Claudij Neronis: Haruspice fulguratorem si quis adducat.

320 ¶ *Moletina* à moiendo, quòd pistinum dicimus: vt *feratina*, vt *setulina*. Cato in *Thermum*: Neruo, carcere, moletina.

321 ¶ *Panis* ptoprietatem à pascendo putant veteres existimandam. Varro de vita populi Romani lib. j. Pastillos, & panes, hæc vocabula pastus, quod esset pascere, dicebant.

322 ¶ *Mustulentum*, & vinolentū, vt feculentum. Plaut. *Cistella*. Nam ita mustulentus æstus nares attingit, Vt sit odor musti, aut musto oblitus ac madens.

323 ¶ *Coniutium* dictum est quasi è vitii locum, qui secundum ignobilitatē loci maledictis, & dictis turpibus cauilletur.

324 ¶ *Prolubium* est patēre amicitiam & fidem. Accius *Andromeda*: Muliebri ingenium, prolubium, occasio. Nouius *Colace*: Et volo, & vereor, & facere in prolubio est. *Laberius Compitalibus*: Quòd quidem me à matronali pudore prolubium meretricis progreddi coegit? Varro de lingua Latina lib. v. *Prolubium*, & *prolubidinem* dici ab eo quod lubeat. Vnde etiam *lucus Veneri Lubentina* dicatur.

325 ¶ *Pedato* positum pro repetitu, vel accessu quasi per pedem, sicuti nunc vulgò dicitur tertio pedato. Cato *Originum* lib. j. Igitur tertio pedato bellum nobis facere. Idem *Dissuasiōe de fœneratione*: Tertio autem pedato, item ex fœnore discordia excrecebat.

326 ¶ *Praclauium* pars vestis, quæ ante clauum textitur. *Afranius Homine*: Tertium diem praclauium vnum texere. Idem *Fratriis*: Mea nutrix surge, si vis, profer purpurā, Praclauium, contextus.

327 ¶ *Propages* est series, & affixio continua, vel longè ducta. *pagesenim* compactio, vnde *compages*, & *propagare*, id est, genus iuge longè mittere. *Pacuius Antiope*: Saluete gemini mea propages sanguinis. *Ennius Nonis*: Vnde florent fructus, vitæque propagationem.

328 ¶ *Prægradat*, prægreditur, anteuenit, dictum à gradu. *Pacu. Atalanta*: Extremum intra canterem ipsum prægradat *Parthenorem*.

329 ¶ *Promicare*, extendere, & porrò iacere. Vnde *emicare*. *Neuius*. Siquidem loqui vis, non perdocere, multa longè promicanda oratio est.

330 ¶ *Præuius* dictus est antecedens. *Cicero*: *Alcion* genuit *claris* delapsus ab astris, *Præuius auroræ Solis*, noctisque satelles.

331 ¶ *Digladiaui* dictum est dissentire, & dissidere dictum à gladiis. *Cicero Academicorum* lib. j. Quid autem stomachatur *Musareus*? quid *Antipater* digladietur cum *Carneade* tot voluminibus? Idem *iiij. Digla-*

diari autem semper & depugnare cum *facinorosis*, & *audacibus*, quis non cum *miserimum*, tum etiam *stultissimum* dixerit?

332 ¶ *Æquor* ab æquo, & plano. *Cicero Academicorum* lib. ij. vocabulum accepisse confirmat. Quid tam planum videtur, quàm mare? ex quo etiam æquor illud poetæ vocant. *Lucret. lib. iij. Voluitur*, & *plani raptim* petit æquora campi.

333 ¶ *Meniana* ab inuentore eorum *Menio* dicta sunt. Vnde & *columna Meniana*. *Cicero Academicorum* lib. iij. Interim ille cum æstuarer, veterum vt *Menianorum*, sic *Academicorum* viam secutus est.

334 ¶ *Natricæ* dicuntur angues natantes. *Cicero Academicorum* lib. iij. Sic enim vultis, tantam vim *natricum*, *viperarum*que fecerit? *Lucillius Satyrarum* lib. ij. *Natibus natricem* impressit *crassam*, & *capitatam*.

335 ¶ *Exsultare* dictum est exsilire. *Cicero Academicorum* lib. iij. Et vt nos nunc sedemus ad *Lucrinum*, *pisciculòs*que *exsultantes* videmus. *Virg. Æneid. lib. iij. Exsultant*que vada, atque æstu miscentur arenæ.

336 ¶ *Excordes, concordēs*que ex corde significantiam ducunt. *Cic. Tusc. lib. j. Aut* vnde magna dissensio est. Aliis cor ipsum animus videtur, ex quo *excordes*, *vecordes*, *concordēs*que dicuntur.

337 ¶ *Manum* dicitur clarum: vnde etiam *manè* post tenebras noctis diei pars prima: inde *Matuta*, quæ Græcè *λευκὸς δειξ*. Nam inde volunt etiam *Deos Manes* appellari, id est bonos, ac prosperos, quod melior mors sapientioribus, quàm vita probetur. *Cic. Tusc. lib. j. Quid* *Ino Cadmi filia*? nōne *λευκὸς δειξ* nominata à Græcis, *Matuta* habetur à nostris? Inde *immanes* non boni, vt saepe.

338 ¶ *Fodicare* est fodere, à fodiendo dictum. *Cicero Tusc. lib. iij. Non* est enim in nostra potestate, *fodicantibus* iis rebus, quas malas opinemur, *dissimulatio*, vel *obliuio*.

339 ¶ *Politiones* agrorum cultus diligentes, vt *polita* omnia dicimus *exculca*, & ad nitorem *deducta*. *Ennius Satyrarum* libro iij. *Testes* sunt lati campi, quos gerit *Africa* terra *politos*. Idem *Annalium* libro viij. *Rastro* dente *fabres* capsit *caussa* *poliendi Agri*. *Varro*: Quid mirum [si] *lex* *agri* *depolitionibus* *eiiciuntur*, hic in *cœnaculo* *polito* *recipiuntur*.

340 ¶ *Præfica* dicebantur apud veteres, quæ adhiberi solent funeri mercede conductæ, vt & *serent* & *fortia* facta laudarent. *Plaut. Friuola*. *Superabò*que omnes argutando *præficas*. Idè *Trucul*. *Argutū* *ciuem* *mihi* *habebā* *pro præfica*. Quæ alios collaudat, ea se verò

se vero non potest. Lucillius xxij. Mercede quæ Conductæ stent alieno in funere præficæ. Multo ; & capillos scindunt , & clamant magis. Varro de vita pop. Rom. Deinde nãm cantari solitam ad tibias & fides, eorùmque ludistrucas cursitassent. Hæc mulier vocitata olim præfica vsque ad Punicum bellum.

341 ¶ *Parectati* hi, qui de pueritia veniunt ad pubertatem , à Græco vocabulum sumptum. Lucillius lib. viij. Inde parectato chlamydes, ac barbula prima. Idem lib. xx. Tum ephebum quendam, quem vocant parectaton. Varro de compositione Satyrarum : Parectatæ adsunt , mulierque mulier Venus caput.

342 ¶ *Proletarij* dicti sunt plebei , qui nihil reipub. exhibeant , sed tantum prolem sufficiant. Cato de tribunis militum : Expe-

dito pauperem plebeium, atque proletariũ. Cassius Hemina Annalib. lib. ij. Tunc Marcus præco primum proletarios armauit. Varro de vita populi Rom lib. i. Quibus erant pecuniæ satis locupletes, assiduos, cõtrarios, proletarios. Idem: Assiduo neminẽ, vindicem voluerunt locupleti.

343 ¶ *Profopias* generis longitudo, dicta à profupando, aut proferendo. Cato originum lib. j. Veteres profopias, & multa alia apud multos.

344 ¶ *Options* in cohortibus, qui sunt honesti gradus, vt optatos, quod est electos : & adoptatos, quod adscitos. Var. de vita populi Rom. lib. iij. existimat appellatos. Referentibus centurionibus adoptati, in cohortes subibant, vt semper plenæ essent legiones : à quo options in turmis decurionum , & in cohortibus centurionum appellati.

NONIVS MARCELLVS DE HONESTIS ET NOVE VETERVM DICTIS PER LITTERAS.

C A P. I I.

A.

¶ *Apv* n iuxta. Sifen. Historiarum libro 20
iij. Dum pristinum vitium apud ignẽ per sudorem corpore exhauserunt. M. Tul. de offi. Cuius focum mirari solitus Cato, apud quem ille sedens Sannitum quondam hostium, iam clientium suorum munera repudiauerat. Et de orat. lib. ij. Cùm etiam tum in lecto Crassus esset, & apud eum Sulpitius sederet.

2 ¶ *Apisci*, inuenire. Sifenna Hist. lib. iij. Itaque postero deligato signinum redeuntis apiscitur. 30

3 ¶ *Abstemijs*, qui vino abstinet. Apul. In te fuisti quondam Athenis parcus, atque abstemijs. In lib. Ludicrorum. Abstemijs est, imò scit quo rete leporem tenebat, lupum nõ tenere. Lucil. Satyr. lib. vj. Thaumomeno inquit, valua sororem Lanificam dici siccam, atq; abstemiam vbi audit. Varro de vita pop. Rom. lib. j. Quantopere abstemias mulieres voluerint esse, vel ex vno exemplo potest 40 viderier.

4 ¶ *Adipatum* veteres honestè pro pingui & succulento , & opimo posuerunt. Cicero de Orat. Adscuerunt suis artibus opimum quoddam, & tâquã adipatæ dictionis genus.

5 ¶ *Adhamare*, obligare. ab hamo tractũ. Cicero Academic. lib. ij. Qui enim seriũs honores *adhamauerunt*, vix admittuntur ad eos, nec satis commendati multitudini possunt esse. 50

6 ¶ *Adstipulari* positum est assentiri. Cicero Academicis lib. iij. Falsum esse Stoici dicunt, & eorum adstipulator Antiochus.

7 ¶ *Addictum* est quasi deuotum , vel obnoxium. Cicero Tusc. lib. ij. Qui certis quibusdam, destinatisque sententiis quasi addicti, & consecrati sunt.

8 ¶ *Aquilex*, aquã colligens. Varro Quinquatribus: An hoc præstat hero filius Diogenis, quòd ille è ventre aquam mittit? an hoc te iactas? at hoc pacto vt ilior te Tuscus aquilex.

9 ¶ *Aequimentum* positum est non æquamentum, quasi parem vicem; sed *merces pro eo quod dicitur admissum*. Var. Sexage. An si equam emissiles quadrupedem, vt meo asino Reatino admitteres, quantum poposcissem, dedisses æquimenti?

10 ¶ *Aerificium* dictum, quod sit ex ære. Varro *πῦρ ἐν αἰθέρι*: Nihil sunt Musæ politis, quasi aerificiæ dixi.

11 ¶ *Apludas* frumenti surfures dicunt rustici veteres. hoc in antiquis inuenitur, quorum in dubio est auctoritas: quanquam & Plaut. in Astraba fabula ita dixerit; cuius incertum est, an sit eius comœdia: atque id eo versus eosdem ponere superfedimus.

12 ¶ *Adulterionem* pro adultero. Laberius in primo, quem si quis legere voluerit, ibi inueniet, & fidem nostram suã diligentia adiuuabit.

13 *Anticipare* posuerunt veteres præuenire, hoc est antè capere. Varro Bimargopolis: Sensistis dicite labdea: & viuos contemnite viui. Anticipate, atque addite calcar, saltos contemnite docti.

14 *Aurigatur* honestè positim pro moderatur, ac regit. Varro Modio. Ad se vnum esse pulmentarium secundas, quo natura aurigatur, non necessitudo.

15 *Architectari, componere*. Cicero de Finibus bonorum & malorum libro ij. Cur tandem sapientia tantopere laudatur? An quòd ita callida est, vt optimè possit architectari voluptates.

16 *Aiat* quod est dicat. Cic. de finibus bonorum & malorum. Et Marcus: Quasi ego id curem, quòd ille aiat, aut neget.

17 *Anellus*. M. Tul. de finibus bonorum & malorum lib. v. Nec tamen Epicurum licet obliuisci, si cuius: cuius imaginem nõ solum in tabulis nostri familiares, sed etiam in poculis, & in anellis habebant.

18 *Amatio*. Plautus Rudente: Nimis penè inepta, atque odiosa eius amatio est.

19 *Adesum* consumptum. Sisenna Histor. lib. iij. Iisdem temporibus Æternini duplici fossa, vallòque circumdati, frumèto adeo, quod ex arcis in oppidum portatum est.

20 *Attendere* pro intendere, cogitare. Cic. Orat. Nihilne vobis in mentem venit, quod præterea à Crasso requiratis? Idè Hercules ipsum, inquit, attendo.

21 *Accommodat* adiungit, applicat. Cicero de Orat. lib. ij. Africano illi superiori coronam sibi in conuiuio ad caput accommodanti. Virgil. Æneid. lib. ij. Laterique Argiuù accommodat ensem.

22 *Autumnitas* pro autumno. Var. Serrano: *ἄει ἀρχαίων*: Retinet viatorem meridie prætereuntem fontem: quod autumnitas inani terra ordo mensè præterierat. Idem Quinquatribus: Cape hanc caducam Liberi molem, depède frondem Bromij autumnitatis. vbi olim neutro. Varro Ephemeride: Nauali Etesia diutius, & vberius flauerant, & autumnum ventosum fuerat.

23 *Aritudinem* pro ariditate. Varro Prometheo lib. j. Humanam quandam gentem stirpis, inquit frigus, calore, atque humore aritudinem miscet.

24 *Aboriat* pro aboriat. Varro pro Callio, vel Fundanio de admirandis rebus: Vinum quod ibi natum sit in quodam loco si prægnans biberit, fieri vt aboriat.

25 *Adolescentiarius* pro luxuriaris. Varro, *ἔπι τῆς ποικίλης καὶ ἐπιδεδωρημένης*: Tum quidem vt faciat censeo, quoniam tu quoque adhuc adolescentiarius.

26 *Ancillantur* pro seruiunt. Titinnius Prælia: Verùm enim dotibus deliniri, vltro

etiam vxoribus ancillantur. Accius Meleagro: Quam inuita ancillans, dicto obediens viri.

27 *Absonum* sine sono. Cicero Oratore: Sed sunt quidam, aut ita lingua hæstantes, aut ita voce absoni.

28 *Algu* pro algore. Accius Andromeda: Misera obualla saxo, senio, pædore, alguque, & fame. Varro, *ἄλγος*, ἢ *ἄλγος*: Leges ruina ne iacentem subdealbet algu danti frigore, Lucillius: Nam tam algu, atque nigrore maius. Lucretius lib. iij. Morbis, algoque, fameque.

29 *Ætatem* positum pro sæpe, ac diu. Plaut. Afin. Adeo vt ætatem ambo ambobus nobis sint obnoxij. Idem eadem: Ætatem velim seruire, Libanum vt conueniam modo.

30 *Atile* non solum pingue ab alendo, verùm etiam opulentum. Plautus Cistellaria: Prohibet diuitiis maximis, dote atili, atque opima.

31 *Assulatim*, vt minutatim. Plaut. Captiuus: Priusquam pulsando assulatim foribus exitum dabo. Næuius Pullis escam: Hic iure inops paulld da adsimile, simul assulatim vis aias, sumit cibù. Plaut. Menæch. Nisi dedolabo assulatim viscera.

32 *Anxitudo*. Accius Eurysace: Persuasit mæror, anxitudo, error, dolor. Idem Armorum iudicio: Vbi cura est, ibi anxitudo: acerba ibi cuncta consiliorum ratio, & fortunæ. Sic M. Tul. de repub. lib. ij. Quartaque anxitudo prona ad luctum, & mærens, semperque ipsa se sollicitans. Pacuius Hermiona: Tristitia, atq; animi intoleranda anxitudine.

33 *Albitudinem* pro albore. Plaut. Trinummo: Vbi habitet & item alterum ad istanc capitis albitudinem.

34 *Adhæsum* à cohærendo dixit Lucret. lib. iij. Nam neque pulueris interdum sentimus adhæsum. Itè lib. iij. Tenue locis, quia non potis est affigere adhæsum.

35 *Amolimini* est recedite, vel tollite. Terent. Andria: Proinde hinc vos amolimini, Nam mihi impedimèto estis. Pacuius Hermio. Non tute hinc è conspectu amolire? Idem Antiopa: Nonne hinc vos properè stabulis amolimini? Sisenna Histor. lib. iij. Impedimentum omne de cunctis itineribus amoliuntur.

36 *Acrimonia* est animi viuacitas. Næuius Lycurgo: Ne ille mei feri ingenij, atque animi acrem acrimoniam. Accius Neoptolemo: Vim, ferociam, animum, atrocitatem, iram, acrimoniam.

37 *Abingat*, separat, alienat. Pacuius Medo: Quæ res te ab stabulis abingat, certù est loqui.

38 *Angustitatem*. Accius Oenomao: Saxù id facit angustitatem, & sub eo saxo exuberans

berans scatebra fluvia eradit rupem. Angustiam dictum pro angustia. Accius Alpheibœa. Sed angustiam inclusam, ac saxis squalidam.

39 ¶ *Adsestrix* femininum est ab eo, quod est assessor. Afranius Fratriis: Dimittit adsestrixem, me ad sese vocat.

40 ¶ *Atti* dies dicuntur, quos nunc nefastos, vel posteros vocant. Afranius Fratriis: Septembris heri kalendæ, hodie atti dies.

41 ¶ *Aiutamini* pro aiutate. Pacuius Chryse: Aiutamini, & defendite.

42 ¶ *Aera* numeri nota. Lucil. lib. xxix. Hæc est ratio peruersa æra summa, & subducta improbè.

43 ¶ *Appetones* ab appetendo dicti. Laberius Virgine: Alienum appetonibus viæ perditæ diuerticula sequi.

44 ¶ *Aduocasse* prouocasse. Lucil. lib. xxix. Amicos hodie cum improbo illo audiuius Lucilio aduocasse.

45 ¶ *Armillum*. Lucil. lib. xxvii. Hinc ad me, hinc licet anus rursus ad armillum.

46 ¶ *Adolescenturire*. Laberius: Incipio adolescenturire, & nescio quid nugarum facere.

47 ¶ *Auxiliatum*, vt *suppetiatum*. Lucret. lib. v. Alituum porro genus alis omne videmus Fidere, & à pennis tremulum petere auxiliatum.

48 ¶ *Ardum* pro aridum. Lucil. li. xxvij. Ardum miserimum, atque infelix lignum sambucum vocant.

49 ¶ *Aduerruncare*, auertere. Lucil. lib. 26. Dij maluerint meliora, atque amentiam auerruncassint tuam. Pacuius Medo: Possum ego istam capite cladè auerruncassare. M. Tull. de finibus bonorum, & malorum: Dij maluerint meliora, atque amentiam auerruncassint meam.

50 ¶ *Apisci*, adipisci. Lucil. lib. xxvj. Vt ego effutiam, quod ego te in primis cupere apisci intelligo.

51 ¶ *Accepso* accipio. Pacuius Teucro: Haud finam quicquam profari, prius quam accepso, quod peto.

52 ¶ *Adauctauit* auxit. Accius Æneadis: Quibus rem summam, & patriam nostram quondam adauctauit pater.

53 ¶ *Adaxint* adigant. Plautus Aulularia: Vtinam me diui adaxint ad suspendium.

54 ¶ *Affectare* afficere. Plaut. Bacch. Tua flagitia, aut damna, aut dispoliabula, quibus patrem, & me, teque, amicis que omne affectas tuos.

55 ¶ *Adiungere*, adiungere. Pacuius Chryse: Mater est terra, ea parit corpus, anima mater adiugat. Idem Iliona: Blandam hortatricem adiugat voluntatem.

56 ¶ *Aedituor*, id est, aedem tuor. Pompo-

nus Aeditio: Qui postquam tibi appareo, atque aedituor in templo tuo nec mortalibus, nec mortalium vllum in terra miserius est.

57 ¶ *Aeternare*. Varro Rerum humanarum lib. ij. Litteris que, ac laudibus aeternare.

58 ¶ *Albicatur*, candidatur, exalbescit. Varro, Caue canem: Vbi riuus præcipitatur in nemore, deorsum rapitur, atque offensus aliquo à scopulo lapidoso albicatur.

59 ¶ *Abcondit* pro abscondidit. Cæcil. Exsule: Nam hic in tenebris intus sese abscondidit. Pomponius Maccis geminis: Perij, non puellulâ est, nunquid abscondisti inter nates?

60 ¶ *Attigit*, contingit. Turpil. Leucadia: Ne me attigas, atque aufer manû. eia quam ferocula est. Accius Erigonis: Age age amolare, amitte, caue vestem attigas. Plaut. Bacchidibus: Ne attigas puerum ista causa, quando fecit strenuè.

61 ¶ *Augiscat*, auget. Ennius Andromach. Quid sit seditio, tabesne, an numeros augiscat suos;

62 ¶ *Atrox* crudum. Næuius Belli Pœnic. lib. ij. Simul atrocia porricerent exta ministratores.

63 ¶ *Adquo* pro inquantum. Afranius Promo: Vt scire possis adquo te expediat loqui. Idem Priuigno: Ni tantum amarem talem tam merito patrem, Miratus essem adquo licere.

64 ¶ *Alternatim* per vices. Quadrig. Annal. lib. 3. Item gaudium, atque ægritudinem alternatim sequi.

65 ¶ *Apricari* in aprico esse. Var. Mysterioris: Licet videre multos quotidie hyeme in sole apricari.

66 ¶ *Absente* nobis, & *presente* nobis pro presentibus, & absentibus nobis. Plaut. Amphit. Nec nobis presente aliquis quisquam nisi seruus. Afran. Auctione. Ades, Si hæc absente nobis venerit puer.

67 ¶ *Antiquari*, obsolescere, & è memoria tolli. M. Tul. de offic. lib. ij. Perniciosè enim Philippus in tribunatu, cum legem agrariam ferret, quam tamen antiquari facile passus est, in eo vehementer se moderatum præbuit.

68 ¶ *Allectat*, illicit, delectat. M. Tull. de senect. Ad quem fruendum non modò non retardat, verum etiam inuitat, atque allectat senectus.

69 ¶ *Abusa* vtendo, vel in vsum consumpta. Plaut. Afn. Vbi illa, quæ dedi ante: abusa sunt. nam si ea durarent mihi mulier mitteretur ad te, nec te quicquam poscerem.

70 ¶ *Assa* voce sola, linguæ tantummodo, aut vocis humanæ, non admittis aliis vocibus esse voluerunt. Varro de vita pop.

Romani libro ij. In conuiujs pueri modesti, vt cantarent carmina antiqua, in quibus laudes erant maiorum, & alla voce, & cū tibicine. Idem Cato, vel de liberis educandis: Melos alterum in cantibus est bipartitum, vnum, quod est in alla voce, alterum quod vocant organicon. ¶ Allum autem existimandum est, vt in obsonijs sine pigmento sa poris alieni, quemadmodum merum dicitur solum.

71 ¶ *Arce*. Varro de vita pop. Rom. lib. iij. Eoque pecuniam magnam consumpsisset, quod arce, quos sum moperere fecerat, fessi pōdere diu facti, celeriter corruissent.

72 ¶ *Adminiculau* positum pro adiuui. Varro Cato, vel de liberis educandis: Quod petisti, vt eius educationis fierem tibi focus, quoad potui adminiculau tuam voluntatē scribendo.

B

73 ¶ *Betere* est ire. Varr. Assanos multos, quod parere ea non poterat mulier foras betere iussit. Pacuuius Nypris: Vos betite defensum patriam in pugnā. Idem Hedo: Bibite si resto, pergitur, iam si ire conor, prohibere betere.

74 ¶ *Bellioris* est melioris. Varro Testamento, *βελτιορ*: Venio nunc ad alterum genus testamenti, quod dicitur physicon, in quo Graeci belliores, quā Romani nostri.

75 ¶ *Brutum* dicitur hebes, & obtusum. Lucr. lib. iij. An contracta suis ē partibus obrutescat. Pac. Hermiona: Et obnoxium esse, aut brutum, aut elinguem putes.

76 ¶ *Bulga* est folliculus omnis, quam & crumenam veteres appellarunt: & est sacculus ad brachium pendens. Lucil. Satyr. lib. vi. Cui neque iumentum est, nec seruus, nec comes vllus, Bulgam, & quicquid habet nummorum, secum habet ipse. Cum bulga cenat, dormit, lauit: omnis in vna Spes hominis bulga, hac deuincta est cetera vita. Var. Ologeli, *βουλγα*: In quo nobilius est philippeum, quod accipimus, quā quod bimus, cū alterum addamus in bulgam, alterum in vesicam. Luc. lib. xxvi. Ita vt quisque nostrum ē bulga est matris in lucem editus.

77 ¶ *Bacillum* M. Tull. de supplicijs: Denique proximus lictori Sextius, de quo saepe iam dixi, conuerso bacillo oculos misero tundere vehementissimē cepit. Afran. Homine: Bacillum deligatum corneolum poscit. Cic. de Finib. bonor. & malor. lib. ij. Vt bacillū aliud est inflexum, & incuruatū, aliud ita natum.

78 ¶ *Bacchari* veteres non solum Bacchi numine furere dici voluerunt, verū etiam loca, in quibus sit debacchatum, *bacchata* dixerunt. Virg. Georg. libro ij. O vbi campi,

Sperchiūsque, & virginibus bacchata Lacenis Taygeta? Nam & quicquid vehementius commouetur, bacchari voluerunt. Sanctra Nūntijs Bacchis: Ita obsoletum sono furenter, ab omni parte bacchatur nemo.

79 ¶ *Blaterare* est confingere per mendacia. Afran. Augure: Quid est istuc te blaterare, atque obloqui. Idem Incend. Illud memento, nequid in primis blateres. Cæcilius Hymnide: Sine blaterare, nihil agit in amore inermus.

80 ¶ *Bount* dictum à boum mugitibus. Pacu. Medea: Clamore & sonitu colles resonantes bount. Virg. Georg. lib. iij. Reboant siluæque, & magnus olympus. Var. Parmen. Exeunt citi, strepunt, bount.

81 ¶ *Baiulare*, ferre. Plaut. Asinaria: Ego baiulabo, tu, vt decet dominum, ante me ito inanis.

82 ¶ *Bipennis* manifestū est id dici, quod ex vtraque parte sit acutum. Nam nonnulli gubernaculorum partes tenuiores ad hanc similitudinem pinnas vocant eleganter. Varr. Marcipore: Delime bipennis, vt leuis passerulus. Idem eodem: Annos caduci naufragij it. Cicero: Nec quarum bipennis plumas vapor. Perurfit altē moesti in terram cecidimus. Idem Parmenone: Ferens ferreā humero bipennem securin.

83 ¶ *Biuiuas* quas vsus viduas appellat. Varr. Lege Menia: Ad biuiram venio, cū vellem ostendere quid vellem, Metamelos inconstantia filius me reprehendit.

84 ¶ *Bouinatos*, quos nunc malitiosos & tergiversatores dicimus. Lucillius lib. xi. Hic strigofus, bouinatōrque, ore improbus duro.

85 ¶ *Bubulcitare*. Varro Manio: Vini- cius meus, quod apud Plocium rhetorem bubulcitaret, alteri in dolore non defuit.

86 ¶ *Bases*. Varro *βασεις*: Primum eā esse physicon, quid si item phyton, vt ipsa vox basis eius.

87 ¶ *Badius*. Varr. *βασις*: Equi colore dispares, ita nati: hic badius, iste giluis, ille murinus.

88 ¶ *Binum* millium numero, pro binis millibus. Sisen. Histor. lib. iij. Ad binū millium numero saucius vtrinq; factis.

89 ¶ *Balbe*, obscurē. Varr. Rerum humanarum lib. xx. Præterquam duobus in primis est scriptum balbē spectare vel it potius, quā voluntatem debeam non datum dicere magistratum.

90 ¶ *Baiulum*. Cic. de Oratore lib. iij. Remigem aliquem, aut baiulum nobis oratorē descripsis.

91 ¶ *Balbutire* est cum quadam linguae hesitatione, & confusione trepidare. Cic. Academicorum libro. iij. Planē vt supra dictus

dictus Stoicus perpauca balbutiens. Et Tusc. lib. v. Me quidem auctore etiam Peripatetici, veteresque Academici balbutire aliquando desinant.

92 § *Bura* dicitur pars aratri posterior decurata. Virg. Georg. lib. j. Continuo in siluis magna vi inflexa domatur. In burim. Varr. de re rust. lib. j. Et saepe fracta bura relinquit vomerem in aruo. Hac Virg. burim vocavit.

93 § *Blitea* inutilis, à blito herba nullius usus. Plaut. Trucul. Blitea & lutea est meretrix. Laber. Tufco: Bipedem, bliteam, belluam.

94 § *Buceras* bouum greges. Lucr. lib. ij. Lanigeræ pecudes, & equorum duellica proles, Buceraeque greges.

95 § *Baubare*, latrare, à canum voce. Lucr. lib. v. Et cum deserti baubantur in ædibus.

96 § *Bellosum*, bellicosum Cælius: Tantum bellum suscitare conari aduersarios contra bellosum genus.

97 § *Buas* potionem positam paruulorū. Var. Cato, vel de liberis educandis: Cum cibū, ac potionem buas, ac papas docēt, & matrem mammam, patrem ratam. Lucil. lib. viij. Cum vinulenta diceret, vini buas designauit.

C

98 § *Comest* pro comedit. Varr. Margopoli, *comest* dicitur: Natura humanis omnia sūt paria: Qui te plus, vrget, pisces vt saepe minutos Magnus comest, vt aucis enecat accipiter. Titinnius Gemina: Libram aiebant latis Esse ambobus farris nutrire. plus comest Sola vxor. Idem Fullonibus: Ego me mandatam meo viro malè arbitror, Qui rem disperdit, & meam dorem comest. Afranius Æqualibus: Iste, vt tu rem narras, comest hic quotidie. Plautus Mustellaria: Sine modò venire saluum, quem absentem comest. Idem Trinimmo: Quod & bibit, quod comest, quod facit sumpti. Pompon. Pistore: Decipit Vicinos. quod molendum conduxit, comest. Nouius Fullonibus feriatis: Vortit se in omnes bestias, comest quicquid tetigit tantum. Idem Agric. Æpol paternam qui comest pecuniam. Lucilius Satyrarum libro iij. Commanducatur. totum complexa comestque. Et xxx. Conficit ipse, comestque. Marc. Tullius Hortensio: Se ad extremum pollicetur prolaturum, qui se ipse comest, quod efficit dialecticorum ratio.

99 § *Cuia* pro cuius. Lucil. lib. xxx. Cuia opera troginus calix per castra cluebat.

100 § *Contollere*, contra tollere. Plaut. Aul. Contollam gradum.

101 § *Claritudo* pro claritas. Sallu. Iugurt. Cum præsertim tam multæ variæque sint artes animi, quibus summa claritudo paratur. Sisen. Histor. lib. iij. Quod fortasse an ex voluntate sua summa cum claritudine celeriter confecisset.

102 § *Colluio* labes ex imfundiria. Marc. Tull. de senect. Cùmque ex hac turba & colluione discedam.

103 § *Commalaxare* est exercere, ac mature facere. Varr. Flexa. *Commalaxar*: Nec dolorem adiaphorò esse, quod philosophia commalaxarem ea patrem, neque irato mihi habenas dedi vnquã, neque cupiditas mihi imposuit frenos.

104 § *Cetra* [obstaculum, scutum] Varr. Væ victis, *commalaxar*: Quis rotundam facere cetram nequeat?

105 § *Coracem* nouè positum pro coruo. Cicer. de Orat. lib. iij. Quare coracem istum vestrum patiamur nos quidem pullos suos excludere?

106 § *Canitudinem* pro canicie. Varr. Abo rig. *commalaxar*: Sed neque vetulus canterius quàm nouellus melior, nec canitudo in comes virtus.

107 § *Condocefacere*. Cicer. Tusculanar. libro v. Nemo est enim, qui eorum bonorum animum putet esse iudicem, eumque condocefaciatur, vt ea, quæ bona, malæ videantur, possit contemner.

108 § *Conscribillauit* pro conscripsi. Varr. Columna Herculis, *commalaxar*: Itaque eas in ceram conscribillauit Herculis ad litem. Idè Marcip. Astrologi non sunt, qui conscribillarunt pingentes cælum.

109 § *Commictilis* [compositi] Pomponius Præcone posteriore: Si sciam quid velis, quasi serui comici commictilis.

110 § *Contente* parcè, & continenter. Plaut. Asina. Quanquam illum mater arcè contentèque habet.

111 § *Caries* est vetustas. Var. Cosmotoryna, *commalaxar*: Singulos lectos stratos vbi habuimus, amissimus propter cariem, & tineam. Lucil. lib. xxx. Planta vna est pedibus cariōsis mentulibano.

112 § *Cortes* sunt villarum intra maceriam spatia. Var. Papiapap. *commalaxar*: Dum vixi, promiscaris meis in cortibus pauic. Idem de re rustica libro j. Nec minus & à pabulo cum redierint anseres, fues, porci, in corte exteriore. Idem de vita populi Rom. libro j. Ad focum hyeme, ac frigoribus canitabant: æstiuo tempore in propatulo; rure in corte; in vrbe, in tabulino, quod Mœnianum possumus intelligere tabulis fabricatum.

113 § *Cupas*. Var. Est modus matulæ, *commalaxar*: Cupas vinarias sursare noli, adde cyathum vini in vxorcule opicillum. Idem Siquilyse: Alteram viam deformasse Carneadem virtutis se cupis acris aceri.

114 § *Comedim* pro comedam. Plautus Bacchidibus: Quod dem scortis, quodque in lustris comedim, congreget pater. Cicer. ad Varr. epistola petisset: Cura si me amas,

vt valeas, ne ego te iacente bona tua comedim. Statui enim tibi ne agroro quidem parere. Pompon. Prostibulo: Ego quaro quod edim; has querere quod cacent, contra ius est.

115 ¶ *Commemoramentum*. Cæcil. Plocio: Pudebat, credo, commemoramentum stupri.

116 ¶ *Conspicilium* vnde conspicere possis. Plaut. Medico: In conspicilio adseruabā, pallium obseruabam.

117 ¶ *Colustra* lac nouum in mammis. Lucil. libro viij. Hiberam insulam fomento omni colore colustra. Laberius Virgine: Siquidem mea colustra fretus terris studere fecisset sumere aquam ex fonte.

118 ¶ *Conquiniscere*, & *ocquiniscere* inclinari significat. Plautus Cistell. Faciundum est puerile officium, conquiniscam ad cistulam. Idem: & dolosi, idem conquinisce, sis, istic cœneto simul.

119 ¶ *Copi* pro copioso. Plautus Pseudulo: Atque ego nunc me vt gloriosum faciam, & copi pectore. Turpil. Epiclero: Te quidem omnium iam pater copem causa rem facit. Pacu. Peribœa: O multimodis variè dubiū, & prosperum copem diem.

120 ¶ *Collurules* significat dedecoret. Plautus Trinūmo: Hæc famigeratio te honestet, me collurulet, etsi sine dote duxeris.

121 ¶ *Congener* at est adiungit, associat. Accius Fidicinis: Quam vehat grato tibi congenerat gentium, aut generum affinitas.

122 ¶ *Cette* significat dicite, vel date, ab eo quod cedo. Næuius Lycurgo: Pro industria ne te regem prognatum patrem Lycurgum cete. Ennius Medea: Saluete optima corpora, cete manus vestras, measque accipite. Accius Menalippo: Æneum aliquis cete in conspectum, aut nos vbi est ducite ad eum. Pacu. Atalanta: Is vestrorū vter sit, cui signū datum est cete.

123 ¶ *Cuppedia*, cupiditas. Cic. Tuscul. lib. iij. Ambitio, mulierofitas, peruicacia, ligurritio, vinolentia, cuppedia.

124 ¶ *Castitudinē* pro castitate. Acc. Phœnif. Ibi fas, ibi cunctam antiquam castitudinem.

125 ¶ *Comitasset* pro cubuisset. Acc. Erigona: Tum autem Ægisthus si me esse eodem lecto comitasset patri.

126 ¶ *Cituma* sunt proxima celo millia. Marc. Tullius de Repub. libro vj. Ex quibus erat ea minima, quæ vltima celo, cituma terris luce lucebat aliena. Et libro j. Quare si placet, deduc orationem tuam de eo loco ad hæc cituma.

127 ¶ *Claret*, clara est, vel clareat. Turp. Peditio: Cuius aduentu insula hodie claret Cypros. Enn. Tela. Nā ita mihi Telamonis patris, atque facies proauis Iouis gratia ea est, at-

que hoc lumen candidum claret mihi.

128 ¶ *Casteria* locus, vbi cum nauigatio cōquiescit, remi, & gubernacula conquiescunt: Plaut. A sinar. Quin pol si reposui remum, sola ego in caisteria: vbi quiesco, omnis familiae causa consistit tibi.

129 ¶ *Coquinatum* ad coquendum. Plautus Aulularia: Neque ego vnquam, nisi hodie, ad Bacchas veni in bacchanal coquinatum.

130 ¶ *Curio* curiosus. Plaut. Aulul. Volo scire ego ex te, qui sit agnus curio.

131 ¶ *Culcita* Var. Quinquatrib. Quam in testudineo lecto, culcita plumea, in diē dormire. Idem de vita populi. Rom. lib. j. Qui primus vxorem ducebat duabus culcitis, ac duobus toris plagulis cum strasset.

132 ¶ *Citrus* Var. γερτροδιδουκάλω: In quibus Libya citrus fasce cingit fores.

133 ¶ *Cæcutium*. Var. γερτροδιδουκάλω: Vtrū oculi mihi cæcutiunt, an ego vidi seruos in armis contra dominos?

134 ¶ *Caballus*. Lucil. lib. ij. Succussatoris tetri, tardique caballi. Var. Parmeno: Alius caballum arbori ramo in humili alligatum relinquit. Idem Sesiulyllis: In castris permāsī, inde caballum reduxi ad censorem.

135 ¶ *Coda*. Var. τωφ μαιετρον: Sed vt canis sine coda.

136 ¶ *Carnales*, sedules. Var. Sexagesi: Vix & fatus erat, cum more maiorum vltro carnales arripiunt, de pōte in Tiberim deturbāt.

137 ¶ *Crassum* positum pro hebeti, & stulto. Var. Sexag. Senibus crassis humili non vidimus quid fiat.

138 ¶ *Canum* vetus, antiquum. Virg. lib. j. Cana fides, & Vestra. Var. Eumenidib. Et ecce de improviso ad nos accedit cana veritas Atticæ philosophiæ alumna.

139 ¶ *Cisium* vehiculi biroti genus. M. Tul. Philipp. lib. ij. Delituit in quadam caupona, atque ibi se occultans perpotauit ad vesperū: inde cisio celeriter ad urbem adductus domū venit.

140 ¶ *Celeratim*, celeriter. Sifen. Histor. li. v. Quo magis celeratim poterant, in insidiis suos disponit.

141 ¶ *Copiantur* à copia honestè positum, vt lignantur, & pabulantur, & aquantur. Cælius lib. j. Armis & magno commeatu, prædæque ingenti copiantur. Virgil. Georg. lib. iij. Sub mœnibus vrbis aquantur.

142 ¶ *Confutare* est confundere, vel cōmittere. Var. Manio: Harum ædiū summa atria confutabant architecti omnes. Titinnius Sertin. Cocus magnum ahenum quando feruit, paulla confutat trua.

143 ¶ *Compluries*, frequenter. Cato Suasione in legem populi: Quod cōpluries vsu venit, omni tēpore anteuētū est, remp. reddimus. Idem Orig. lib. iij. Compluries eorum milites mercena-

mercenarij inter se multi alteri alteros castris occidere. Plaut. Perfa: *Quid meruis: metuo hercle verò, fensi ego complurics.*

144 § *Cognomen* est eiusdem nominis. Afranius Diuort. Letium genus cognominacionis morborum cognominis.

145 § *Clypeat*. Pacu. Hermiona: *Currum liquit, chlamide contra astu clypeat brachiū. ita & galeare. Cynna Epigrammatis: Miseras audet galeare puellas.*

146 § *Comasare* dicitur furto omnia colligere. Terentius Phormione: *Aliquid conuasassem, atque hinc me ego conicerem protinus in pedes.*

147 § *Cluet*, nominatur. Lucil. lib. xxx. Cui opera Trogin⁹ calix per castra cluebat, Enn. Ambrac. Per quem esse cluebat omnium miserrimus. Pacu. Iliona: *Sed hæc cluentur hospitem infidelissimi.* Var. *dyo: xij. g. c.* Pacuuius discipulis dicitur porro is fuit Ennius, Musarum Pompilius clueor.

148 § *Cibicidas*. Lucil. lib. xxvij. Viginti domi, an triginta: vel centum cibicidas alas.

149 § *Contenturum*. Lucil. lib. xxvij. Tu Lucillum credis contenturum, cum me rupe rint, summa omnia fecerim? Var. Cato, vel de liberis educandis: *Vel maximè illic didici & sitienti videri aquam mulsam, esurienti panem cibarium filigineum, & exercitato somnam suauem.*

150 § *Canicas* veteres fures esse voluerunt. Lucil. lib. xxvij. *Quanti vellet, quam canicas à pulre, & maconis manu.*

151 § *Concorditas* pro concordia. Pacu. Hermiona: *Concorditatem hospitio adiunctam perpetem probitatem conserueris.*

152 § *Commentum* pro communitum. Plau. Amphitryon. *Faciam Amphitryonem aduenientem ab ædibus, vt abeat quouis pacto, fac commentus fies.*

153 § *Cribrum*. Lucil. lib. xxxvj. Cribrum, incerniculum, lucernam in laterem, in telam licium.

154 § *Contemnificum*. Lucil. lib. xxxvj. Ego enim contemnificus fieri & fastidire Agamemnonis.

155 § *Cordi est*, honestè dictum animo sedet. Lucillius lib. xxvj. *Et quod tibi magno pere cordi est, mihi vehementer displicet. Idem: Si tibi porro istæ res iccirco est cordi, quod rere vtilem.*

156 § *Congemulare* est flecti genibus. Cælius Annal. lib. vj. *Ipse regis eminus equo ferit pectus auorsum congenualat, percussus deiecit dominum.*

157 § *Causari*, causam dicere, vel defendere. Accius Medea: *Qui potis est repelli quiquam, vbi nullus est causandi locus? Afran. Emancip. Vide vt facundè contrà causaris patrem. Pacu. Armorum iudicio: Qui*

sese ad finem esse, ad causandum volunt, de virtute is ego cernundi do potestatem omnibus.

158 § *Celebrescat*, celebris fiat. Acc. Diomede: *Et qualis fuerit fama celebrescat tua.*

159 § *Cæpere*, incipere. Cæcil. Peribæa, rastro: *Aere obscuro, hercle desinam, manè cœpiam.* Plat. Mænechmis: *Neque ego infanio, neque pugnas, nec lites cœpio. Idè Truculentio: Dum abeam quòdam; & vbi nih i cœpiam.*

160 § *Certissant* certa fiant. Pacu. Chryse: *Aquæ eccos vnde certissent.*

161 § *Celebre* non solum frequens, sed etiam velox. Accius Ægitho: *Celebri gradu gressum accelerasse decet.*

162 § *Calliscerunt* pro occalluerunt. Cato de bello Carthaginiensi: *Aures nobis calliscerunt ad iniurias.*

163 § *Commetare* commeare. Nouius Bubulco cerdone: *Cum ad lupam Nostram tã multi crebrò commetant lupi. Afran. Virgin. Quò tu commetas? vbi confixus desides?*

164 § *Concalluit*. M. Tul. lib. iij. ad Atticū: *Locus ille animi nostri, stomachus vbi habitat, olim concalluit. Et de Deorum natura li. iij. Quorum tanquam manus opere, sic animus vlu concalluit.*

165 § *Conciere*, cum perturbatione commouere. Accius Medea: *Nisi quas terrestres pontus strages conciet: Afranius Deposito: Dij sunt irati tibi, Qui conciere cogites tantum mali. Ennius Duloreste: Exemplo egisti fidem nuncupantes cõciebant populū.*

166 § *Conglomerare*, inuoluere, superaddere. Enn. Thyeste: *Heu mea fortuna, vt omnia in me conglomeras mala.*

167 § *Congerमानescere*, coalescere, coniungi vel confociari. Quadrigarius Annal. *Facite exempla eorum, vt vos cum illis congerमानescere sciatur.* Var. *Rerum humanarum li. iij. Postèa cum his vna remp. coniuncti, & congerminati tenuere.*

168 § *Collabella*, adiunge labra. Laber. Annalium. *Peranna, collabella osculum.*

169 § *Cymbalissare*, cymbala quatere. Cassius Hemina lib. iij. *Mulier cantabat tibiis Phrygiis, & altera cymbalissabat.*

170 § *Concinnare*, conficere, vel colligere. Næu. belli Pœnici li. iij. *Transit Melitam Rom. exercitus, insulam integram vrit, populatur, vastat, rem hostium concinnat.*

171 § *Catullire*, esurire, vel libidinari. Laber. Lacu Auerno: *Scinde vnam exoleto impatienti catullientem lupam.*

172 § *Caduciter*, præcipitanter. Var. Etratione: *At frigidus nimbros aqua ista caduciter ruentes Pertimuerint aquatiles queredulæ natantes.*

173 § *Cupienter*, cupidissimè. Acc. Philo-

cteta: Cui potestas detur, tua Cupient emalis
mebra diserepat suis. Ennius Phœnice: Stul-
tus est, qui cupida cupiens cupienter cupit.

174 § *Comemorare*, cōmonstrare in memo-
riā reducere. M. T. de senectū. Pyth. agoreūq;
more, exercenda memoriā gratia quid quo-
die dixerim, audiuerim, egerim, commemo-
ro vesperi. Idem de finibus bonorum, & ma-
lorum lib. j. Sed à te oportune mentio facta
est. Sed etenim me vis audire Cicero, quan-
fit istius veteris, quam commemoras Acade-
micorum de finibus bonorum, Periparetico-
rumque sententia.

175 § *Coniectarium* efficax, perfectum. M.
Tul. de finib. bonorum & malorum lib. iiii.
Illud verò minimè coniectarium, sed in pri-
mis hebes illorum. *Concubia* nocte primi
somnia. Sisen. Hist. lib. iiii. Ipsi legati concubia
nocte oppido digressi iam supra hostium
munitionem succedunt.

176 § *Cista*. Sisen. Hist. lib. iiii. Cistaque,
quæ erat legum ferendarum gratia parata,
defecerant.

177 § *Centones*, & cilicia. Sisen. Hist. lib. iiii.
Puppe aceto madefactis centonibus inte-
guntur, quos supra perpetua classi suspensa
cilicia obtunduntur.

178 § *Crebritudinem* pro crebritate. Sisen-
na Historiarum libro quarto: Nam clande-
stina celeriter transigi apud notos cogitata
dici decet, non explanari.

179 § *Cementa* lapides non magni modis,
quibus ædificia confurgunt. Sisen. Hist. lib.
iij. Formidine oppressus, quod humilem cæ-
mentis instructum oppidi murum sciebat.
Var. Bimargo: Non te pudet, Mani, cum do-
mi tuæ vides commilitonum tuorum cohortes
seruis tuis ministrare cæmenta?

180 § *Cis* positum pro ultra. Sallust. Cis
Rhenum, atque inter mare nostrum, & Oc-
ceanum, nisi quæ fuit paludibus inuisa, perdo-
mita. Var. Rhetoricorum lib. xx. Eo die cis
Tiberim redeundum est, quod de caelo auspi-
carii ius nemini sit præter magistratum.

181 § *Quadrifariam*. Varr. Rhetoricor. lib. a.
xx. Et ea, quæ ad mortales pertinent, quadri-
fariam dispartierim, in homines, in loca, in
tempora, in res.

182 § *Concalfacere*, exercitare, vel incende-
re, vel hortari. Cic. de deorum natura lib. iij.
Et ait idem, cum brachium concalfecerit, tū
se solere pugnare. Idem ad Pansam lib. iij.
Nos Ventidians tumoribus concalfecimus.

183 § *Caullantur*, vt iocantur. Cic. de Orato-
re lib. iij. Caullantur, aut aliquid de orato-
ris arte paucis præcipiunt libellis.

184 § *Catus* pro sapiente. Cic. Tuscul. lib.
ij. Sed homo catus nunquam terminat, nec
magnitudinis, nec diuturnitatis modum.

185 § *Contrahi* dictum est honestè quadā

tristitia liberari, & sollicitudine, aut mœrore.
Cic. Tusculan. lib. iij. Hoc detracto, quod to-
tum est voluntarium, ægritudo erit sublatā
illa mœrens, morsus, tamen & contractiun-
culæ quædam animi relinquuntur. Et lib. iij.
Itaque hæc prima definitio est, vt ægritudo
sit animi aduersante ratione contractio.

186 § *Ciceres*. Cic. Tusc. lib. v. Partim soli-
uagas, partim congregatas, immanes alias,
quasdam autem cicures, nonnullas abditas,
terræque tectas.

187 § *Cuias*, vnde. Cicero Tuscul. lib. v. So-
crates quidem, cum rogaretur cuiatem se se-
se diceret, mundanum inquit.

188 § *Cibarium*, quod nunc aut de pane for-
dido, aut de alio indigno dicatur. Varro Mo-
dio: In cubiculo dormire mallem, scilicet po-
tius vinum meum cibarium, quam ego do-
minus cubarem. Idem *de re rustica*: Tuus autem
ipse frater cibarius fuit Aristoxenus. Cicero
Tusc. lib. v. Cui cum peregrinanti Ægyptum
comitibus non consecutus, cibarius in casa
panis datus esset, nihil visum illo pane iu-
cundius.

189 § *Comedones* ab edendo. Varr. Modios
Purat fore hoc, quod hic comedonibus con-
uenit vsu, quibus nota voluntate comedunt,
duntaxat gula gaudet.

190 § *Caulem* vitis robur. Varr. de re rust.
lib. j. Quem dicimus caulem, vt virgil. lib. xij.
Puberibus caulem foliis. Varr. Ex fermen-
to caules qui nati sunt de ijs plurimum valēt
primum, ac secundum, nonnunquam etiam
tertium relinquere, reliquos decerpere.

191 § *Continuare*, conuenire, concurrere.
Sisenna historia. libro vj. Marius ostio Liris
euehitus, atque Anariam suos continuare.

192 § *Cinefactum*, in cinerem dissolutum;
figuratio, vt tepesfactū & labesfactū. Lucr. li. 2.
At nos honorifico cinefactū te prope busto,

193 § *Coxendicas* coxas. Lucr. Caput col-
lo sustentatur, truncus sustentetur à coxendi-
cibus. Varr. de re rustica lib. j. Lata fronte,
natis simis, lato pectore, crassis coxendi-
cibus.

194 § *Conditaneum*, quod condi, vel condi-
ri potest, rectè dici. Varr. de re rustica lib. j.
In agro crasso, & calido oleam conditaneā,
radium maiorem, Salentinam orchitem, pau-
siam Serginam, colmineam albicerem.

195 § *Cenatus* vt pransus, vt potus, vt lo-
tus, id est confecta cena. Varr. de vita po-
puli Ro. lib. iij. Vnde eius conuiuium, qui tri-
pharet in capitolio, videtur esse proprium, vt
ipse potius domum reduceretur cenatus à
conuiuio.

196 § *Cirros*, capitis crines. Varr. Cato, vel
de liberis educandis: Itaque Ambracia pri-
mum capillum puerilem demptum, item cir-
ros ad Apollinem ponere solent.

197 § *Catellus*. Var. Cato, vel de liberis educandis: Quare meliuscula [curæ] consuetudines pueriles illorum, qui suis catellis ministrant, quod edent.

D

198 § *Dextima* pro dextra. Varro *ἀριστερά*: Porro inde ab vno quoque compito ternæ viæ oriuntur, è quibus singulæ extumæ exitum ad cælos habent proprium: A primo compito dextimam viam munit Epicurus.

199 § *Desueui* illum pro desuefeci illum, id est, consuetudinem ei abstuli. Titinnius Gemina: Parasitos amoui, lenonem ædibus absternui, Desueui, ne quò ad cenam exiret extra consilium meum.

200 § *Dapalis cena* est anaplis dapibus plena. Titinnius, Varo: Toto fit in foco de lignis mihi dapalis cena.

201 § *Diuitant* pro diuites faciunt. Accius Atyanaæte: Nihil credo auguribus, qui aures verbis diuitant Alienas, suas vt auro locupletent domos. Turpilius Thrasyleonte: Dij me diuitant.

202 § *Desquamare*, squamis exspoliare. Plau. Aul. Dromo desquama pisceis. tu Machærio Gongrum, murænam exdorsua quantū potes. Lucillius Satyrarum lib. vij. Sador, subellor, desquamor, punnicor, ornor, Expilor, pingor.

203 § *Deartuare* est quasi per artus concidere. Plautus Captiuus: Tum igitur ego deum etus, deartuatus sum miser. Idem eadem: Dilacerauisti, deartuasti, atque opes confecisti.

204 § *Demoliri*, diruere. Sallustius Historiarum libro quarto: Pluteos rescindit, ac mutationes demolitur, locòque summo potitur.

205 § *Diuidos*, separatos. Accius Andromeda: Nòsque vt seorsum diuidos leto offerres.

206 § *Dispuluerare* est dissoluere. Næu. 40 Gymnastico: Saxa, siluas, lapides, mōtes diuicis, dispulueras.

207 § *Differitas* pro differentia. Lucre. li. iij. Tantaque in his rebus distantia, differentiaque est.

208 § *Debilo*, debilis. Ennius li. viij. debilo homo.

209 § *Domutionem*. Pacuuius Hermonia: Nam solus Danaus hic domutionem dedit. Lucillius lib. xxvj. Domutionis cupidi, impetium regis penè imminuimus.

210 § *Designare* cum nota, & ignominia aliquid facere. Terentius Adelph. Illa, quæ ante facta sunt, Omitto. modò quid designauit?

211 § *Deblaterare* est obloqui, confingere. Lucillius lib. xxx. Deblaterat, plenus bonus rusticus concinit vnà.

212 § *Deleat*, nò quod deleatur, sed quod deleat. Varro Modio: Si displicebit, tam tibi

latum mare Partis, quantam spongiam delectem.

213 § *Datatim*, id est, iniucem dando. Plau. Curculione: Tum isti, qui ludunt serui scurrarum datatim in via. Afranius Homine: Datatim vxorem vt ludas. Pomponius Adelph. Quod ille dicit cum datatim in lecto tecum lusi. Nouius Exodio: In molis nò ludunt rapitum pila datatim morfo.

214 § *Diuidia* est tædium. Acci. Armorum iudicio: Huius me diuidia cogit plus, quam est par, loqui. Turpilius Epiclero: Sperabam consilia mea diuidia tibi, cum atas accesset, non fore.

215 § *Dulcitas* dulcitus, pro dulcedo. Accius Tereo: O suauem linguæ sonitū, ò dulcitas conspirantis animæ. Cæcil. Syracul. Tanta huic inuastit in corda indulcitas. Cicero de deorum natura lib. iij. Quin etiam gustatus qui est sensus ex omnibus maximè voluptarius, quique dulcedine præter cæteros sensus commouetur.

216 § *Discorditas* pro discordia. Pacu. Hermonia: Quantamque ex discorditate cladem importem familia.

217 § *Deletio*. Lucil. lib. xxix. Deletionem nostri ad vnum exercitus.

218 § *Depeculassere*, ac deargentassere, & decalanticare. Lucil. lib. xxvj. Depeculassere aliqua sperans me, ac deargentassere, decalanticare eburneo speculo depeculassere.

219 § *Disflare* est statu disturbare. Plautus: Cuius tu legiones disflauisti spiritu. Lucil. li. xxvj. Pars disflatur vento, pars autem obriegescit frigore.

220 § *Danunt*, dant. Pacuuius Iliona: Dij me, & si perdunt, tamen esse ad vitam expectunt. Quod priusquam intereo, spatium vicifcendi danunt. Plautus Pseudolo: Cui seruitutem dij danunt lenoniam. Næuius Belli Pœnici lib. iij. Eam carnem victoribus danunt. Cæcilius Plocio: Patere quod datur, quando optata non danunt.

221 § *Deamare* vehementiùs amare. Afranius Vopilco: Voluptatem capio maximam, cruciari tua te culpa, qui det, & de illa pessuma, quam deamas, promerere.

222 § *Decollare*, collo deponere. Cæcilius, Notonificationi habes vide, tibi tradidi, in tuo collo est, decolles caue.

223 § *Degulasse*, est gulæ dedisse. Afran. Brundisinis: Imò iam dudum occubuisse, degulasse oportuit.

224 § *Delectare*, illicere, attrahere. Enn. Thyeste: Et me Apollo ipse delectat, ductat Delphicus. Quadrigarius Annalium libro quarto: Fabius de nocte cepit hostibus castra simul oppugnare, eum hostem delectare, dum collega id caperet, quod captabat.

225 *Delica*, explana, indica. Accius Achil-
le: Quare alia, ex crimine inimicorum, effu-
gere possis, delica. Cæcili. Obolostate: Immò
verò hæc antè folitus sum, res delicat. Titin-
nius libro quinto: Quid istuc est? aut istic si-
bi vult sermo? mater delica.

226 *Deuorare* absumere, eripere. Accius
Æncadis: Patrio exemplo, & me dicabo, atq;
animam deuorabo hostibus.

227 *Dignet*, dignos putet. Pacu. Iliona: 10
Quis deos infernos, quibus cœlestis, dignet
decorare hosteis?

228 *Debilitat*, debilitatè. Pacuuius: Misè-
ret me, lacrymis lingua debilitatè stupet.

229 *Demagis*, valde magis. Lucillius libr.
xvj. Rex Corus ille duos hos ventos, Austrû,
atq; Aquilonem nouissimè alebat, solos de-
magis istos ex nimbo austellos, nec nos sene-
ces putare.

230 *Diu* pro die; vnde & interdû dici-
tur. Titinnius Fullonibus: Nec noctu, nec diu
licet fullonib; quiescât. Plau. Casina. Noctû-
que, & diu vt viro subdola sies. Idè Aulul. Nec
noctu, nec diu quietus vnquã eam, nûc dor-
miam.

231 *Dubitatum*, dubitanter. Cælius Anna-
lium libro tertio: Imperator conclamat de
medio, vt velites è sinistro cornu remouean-
tur, & Gallis non dubitatum immittantur. Si-
fenna Hist. lib. iij. Quod hostem non dubi-
tatum cum pluteis, ac scalis iter facere cerne-
bat.

232 *Discedere*, hiari, diuidi, distendi. Mar.
Tul. de officiis lib. iij. Hinc ille Gyges indu-
citur à Platone, qui cum terra discessisset mag-
nis quibusdam imbribus. Sifen. Hist. libro
iij. Armata dextera ducti, magisque in lati-
tudinem discedunt.

233 *Delegare*. veteres dispescere posue-
runt, vel disperire. Plautus Amph. Si cui fau-
tores delegatos viderint.

234 *Depfere* à Græco magis significan-
tiam, & originem trahit. Homerus Odysseæ,
μῆνεσι δὲ ψήφους μελιρροία. Var. Myst. Sed tibi
fortasse alius molit, & depfit.

235 *Dolatum* quod dolatum, vsu dicitur,
quod est percausum, vel abrasum, vel effossum.
Var. Agathone: Num nam caelatus in manu
dextera scyphus caelo dolitus artena ostentat
Mentoris? Ci cero, dolatum, Academicorum
lib. iij. Non enim est ex saxo scalptus, aut è
robore dolatus.

236 *Descobinatis* lauciis, & abrafis, ac de-
fectis. Varro Meleagris: Sin autem delecta-
tionis causa venamini, quanto satius est sal-
uis curibus in circo expectare, quàm his des-
cobinatis in silua currere?

237 *Dentarpagas*, quas Græci ἰδρυτῶνες
vocant, Latine voluit appellari. Varro Quin-
quatibus: Hic bipensiles forcipes, dentar-

pagæ.

238 *Defubulare*, perfodere. Var. Sesequilyf-
se: Vnam veniam esse non amouisse duce vir-
tute, hanc esse nobilem, alteram Carneadem
defubulasse, bona corporis securum.

239 *Dormitio*. Var. Sexagesi: O stulta no-
stri pectoris dormitio vigilabis. Et alio loco
idem: Quid mihi cû somno, si dormitio tol-
litur?

240 *Dissentaneum*, discors, & dissentiens,
vt consentaneum contra. Nigidius: Eum lo-
cum facit dissentaneum.

241 *Decidua* quæ cadant, vt occidua quæ
occidant. Laberius: In altum finalium, non v-
bi caput, à foliis decidua folia pandit.

242 *Duodeuicesimo* ita vt duodecimo. Var-
ro Humanarum rerum libr. xvj. Mortuus est
anno duodeuicesimo. rex fuit xxj. Cato quar-
to Originum: Deinde duodeuicesimo anno
post dimissum bellum, quod 1111. & 11. an-
nos fuit, Carthaginensis sextum de fœdere
decernere.

243 *Diurnare* honestum verbum pro diu
vivere, & apud veterem prudentem auctori-
tatis incognitæ: Neque optimum quæque
inter nos sunt diurnare.

244 *Duritudo* pro duritia. Cato in Vetu-
rium: Qui illius, inquit, impudentiam norat,
& duritudinem.

245 *Delicia* numero singulari, quod aut-
rarum est, aut singulari. Plautus: Mea voluptas,
mea delicia.

246 *Diritas*, M. Tul. de senectute: Quan-
ta in altero diritas?

247 *Dirissimum*, seuerum. Varro Bimar-
go: Scæna quem senem Latina vidit dirissi-
mum.

248 *Diis* diuinis, ac iugibus. Varro. *δῖος*
λύγος: Quem nobilem diuinum lyras sol her-
moge quadam gubernans motibus diis vi-
get.

249 *Disteria* quasi dicta nonseria. Var-
ro *δῖος λύγος*: Quàm mobile, Neq; orto psal-
terium attulit psalterium, Quibus sonant in
Græcia disteria.

250 *Dispalare* est separare. Sifenna Hist.
lib. iij. Dispalati ab signis digressi omnes, ac
dissipati. Idem: Tanto plures passim dispa-
lantur.

251 *Deloricare* dictû est scindere. Cic. de
Orat. lib. ij. Qui in causa peroranda non du-
bitauit excitare reum consularem, & eius di-
loricare tunicam, & iudicibus cieatricem ad-
uersam senis imperatoris ostendere.

252 *Diuitior*. Cic. de Oratore lib. iij. Inde
ille licentior, & diuitior fluxit dithyrambus.

253 *Deturbare*, deicere, demouere. Sallust.
lib. ij. Mœnibus deturbat. Virgil. lib. v. Puppi
deturbat ab alta. Et lib. vj. Inde alias animas,
quæ per iuga longa sedebant, Deturbat.

254 *Diui-*

254 § *Diuidia*, vt dissensiones. Accius Phœnissis: ne horum diuidiæ, & discordiæ dissipent, & disturbent tantas etiam optimas ciuium diuitias.

255 § *Deintegrare*, diminuere. Cæcilius: Nomen virginis, nisi mirū est, deintegravit.

256 § *Deiugare*, deiungere, separare, dissociare. Pacuius Chryse: Perque nostram egregiam vnanimitatē, quam memoria deiugat.

257 § *Denasci*, decrefcere. Cassi. Hemina Annalium libro ij. Quæ nata sunt, ea omnia denasci aiunt.

E

258 § *Euirefcere*. Varro Prometheo lib. xv. Atque ex sanguibus dolore euirefcere colos.

259 § *Euallare* dictum excludam, & quasi extra vallum mittam. Titinnius Prælia: Quæ ego hodie extorem hæc domo faciam pilaticem pallia euallauit: ô pulcrè. Varro, *ἄνταρον ἢ ἑὸς ἢ τῶν τῶν*. Donec foras nos intus euallauerunt.

260 § *Excantare* significat excludere. Plaut. Bacch. Nam credo cuius excantare cor potest. Lucillius Satyra. lib. ij. Quæ ego nunc æmilio, præcanto, atque exigo, atque excanto. Varro Eumenid. Vbi vident se cantando ex ara excantare non posse, deripere incipiunt.

261 § *Extundere* est extorquere, vel intueri. Afranius Epistola: Atque adeo extundo, ex officio datur mihi custodiendus. Virgil. Georg. lib. j. Vt varias vsus meditando extunderet arteis Paullatim.

262 § *Exsculpere* est extorquere. Plaut. Ci stellaria: In quaestione vix exsculpsi, vt diceret. Lucillius Satyrarum lib. ij. Nunc nomen, iamque ex testibus ipse rogando Exsculpo, hæc dicam. Idem: Vt esurienti leoni ex ore exsculpere prædam.

263 § *E regione* positum est ex aduerso. Cic. Academ. lib. iij. Nec ego non ita vos etiam dicitis esse è regione nobis in contraria parte terræ, qui auerſis vestigiis stent nostra contra vestigia?

264 § *Exforbeo* pro exforbeam. Plaut. Epidico: Iam ego me conuertam in hirudines, atque horum exforbebo sanguinem. Turpilium Leucadia: Iam ego istam tibi tristitiam exforbebo.

265 § *Egurgitem* exhauriã significat. Plautus Epidico: Atque egurgitem domo prorsum.

266 § *Expapillato* brachio, quasi vsque ad papillam renudato. Plautus Milite glorioso: Id connexum in humero, læuo expapillato brachio.

267 § *Exos* dicitur sine osse. Lucret. lib. iij. Exos, & exanguis timidos perfluctuat artus.

268 § *Extrarium* quasi alienum. Afranius Suspecta: Vt me esse in hac re ducat abs te extrarium.

269 § *Errabundus* pro errans. Virgilius: Si quæ fortè ferant oculis sese obuia nostris Errabunda bouis vestigia.

270 § *Excandescencia*, iracundia, feruentia. Cicero Tusc. lib. iij. Libidini ira, excandescencia, odium, inimicitia, discordia. Idem eodem: Excandescencia autem est ira nascens, & sine modo existens.

271 § *Emungere* sine labore tollere. Terentius. Phorm. Emunxi argento senem.

272 § *Effutire* cum mendacio dicere. Terent. Phorm. Ne vos fortè imprudentes foris effutiretis. Cicero Tusc. lib. v. Nec hæc sic agit, vt ex tempore quasi effutire videatur. Lucretius: Mata licet simili ratione effutiat ore.

273 § *Eleuè*, maculauit. Lucil. lib. vj. Si hic vestimenta eleuit luto, ab eo risum magnum ad cachinnum imprudens subiicit.

274 § *Eluicem*, purgationem. Lucil. libro xxvj. Vt eluicem facere per ventum velis.

275 § *Exponere* pro exempla boni ostendere. Cic. Academ. lib. ij. Frangere auaritiam, scelera ponere, vitam suam exponere ad imitandum iuuentuti.

276 § *Expetunt* pro volunt. Pacuius Iliona: Dij me, etsi perdunt, tamen esse adiutam expetunt. Quod prius quam intereo, spatium vlscendi danunt.

277 § *Expalpare*, elicere. Plaut. Pænulo: Quid faciam: exora, blandire, expalpa. Pompo. Collegio: Siquid expalpare possim ab illo. Plautus Vidul. Nunc seruus argentum à patre expalpabitur.

278 § *Expergo* pro expergefacio. Acci. Antigona: Heus vigiles properate, expergite pectora tarda Sopore, exurgite. Santra Nutius Bacchis: Extempo exite vadit qua genitrix, & omnis vocis expergit sono.

279 § *Extrahunt* pro exhibent. Afran. Auctione: Simul limen intrabo, illi extrahit illico.

280 § *Efflictim*, vehementer. Plautus Pænulo: Earum hic adolefcens alteram efflictim perit. Pompon. Dotata: Scio pol te illam amare efflictim. Laberius Belonistria: Domina nostra priuignum suum amat efflictim.

281 § *Expulsim* dictum à frequenti pulsu. Varro lera parecte: Purgatum scito, quoniã videbis Romæ in foro ante ianienas pueros pila expulsim ludere. Nigidius Comment. lib. xx. Cuiusmodi genus aduerbiorum aduerbij motu, qua euenit in, pulsim, cursim.

282 § *Eluio* corruptus, & morbiferis operis tractus. M. Tul. de offic. lib. ij. Qui collectis cæteris causis eluionis pestilentia, vastitatis.

283 § *Exhiberi*, inferri. M. Tul. de off. lib. iij. Quod cum audiisset adolefcens filius negotium exhiberi patri.

284 § *Equuleos* diminutiuum ab equis,

M. Tul. Hortensio dicit voluit: Vt igitur domitores equorum non verbera solum adhibent ad domandum, sed cibum etiam saepe subtrahunt, vt fame debilitetur equuleorum nimis effrenata vis. Varro Eumenidib. Neque furentem equuleum Damacrinum insanus equiso exhibebis morbi fluctibus educat vnquam. Pomponius Decuma fullonis: Vbi infili in cocleaturo equuleum, ibi tolutum tortor.

285 ¶ *Emancipatum* subnixum, deditum. M. Tul. de senectute: Ita senectus nimis honesta est, si seipsa defendit, si ius suum retinet, si nemini emancipata est, si vsque ad vltimum spiritum dominatur.

286 ¶ *Exiurare*, & deiurare, id est, valde iurare, vt deamare. Plaut. Amphitryone: Exiurasti te mihi dixisse per iocum.

287 ¶ *Exornare* ornare: vt exstruere, instruere. Plautus Aulul. Repudium rebus paratis, exornatis nuptiis. Virgil. Aeneid. lib. iij. Pulcramque vxorius urbem Exstruis. Cicero Tuscul. lib. ij. Modo est aliqua patientia, si nulla est, quid exornatur philosophia?

288 ¶ *Equiso* pro equite. Varro Triodire Tripilio: *ἰσὶ ἀπὸ τῆς κλισίας*. Nam vt equus qui ad vehendum est natus, tamen hic traditur magistro, vt equiso doceat tolutum: Idem Marcipore: Quam nautici equisones, per viam qua ducerent loca. Idem Eumenidibus: Neque ferentem equuleum Damacrinum insanus equiso exhibebis morbi fluctibus educat vnquam.

389 ¶ *Eunuchare*. Varro Lege Mania: Si qui patriam maiorem parentem extinguit, in eo est culpa, quod facit pro sua parte is, qui se eunuchat, aut aliqua liberos producit.

290 ¶ *Equilam equam*. Varro Lege Mania: Nemo est tam negligens, quin summa diligentia eligat asinum, qui suam saliar equilam.

291 ¶ *Esurigo*, famas. Varro, *ἔστυς ἰσχυρῶς*: Vbi lubet, ire licet accubatum, accedo strenue, subtilim, quod esurigo fundebat costas.

292 ¶ *Ericium*. Varro Sexagesi: Se circumspexisse, atque inuenisse, cum dormire cepisset, tam glaber quam Socrates, gallum esse factum ericium pilis albis, cum proboscide.

293 ¶ *Elucifacere* dictum à Iude. Laberius: Sic cito fulgentis splendore pecuniae volo Elucifacere exitum aetatis meae.

294 ¶ *Exigor* pro à me exigitur. Cæcilius. Elchino: Ego illud minus nihilo exigor portorium.

295 ¶ *Eduicare* pro dulcius facere. Matius: Quapropter educare conuenit vitam, Cuiusque acerbas sensibus gubernare.

296 ¶ *Equitem* pro equo. Virg. Georg. lib. iij. Atque equitem docuere sub armis Instigare iolo, & gressus glomerare superbos.

Ennius Anna. lib. vij. At non quadrupedes equites.

297 ¶ *Equitare* quoque Lucillius equum dicit, cum sit hominis equum insidentis: Quis hunc currere equum nos, atque equitare videmus, His equitat, curritque: oculis equitare videmus.

398 ¶ *Exsequantur* ab exequiis, vt conuiuantur & epulantur. Varro Bimargo: Ipsum propter vix liberti semiatrati exequantur.

299 ¶ *Exedra*. M. Tul. de offi. & de finibus bonorum & malorum lib. v. Sunt in ipsis locis indicia summorum virorum, tamen ego illa moueor exedra. Et de oratore lib. iij. Tunc dedita opera quiescentibus aliis in eam iam exedram venisse, in qua Crassus positio lectulo recubuisse.

300 ¶ *Ergo* positum pro ea causa. Virgilius lib. vj. Illius ergo Venimus, & magnos Erebi transnauius amnes. Sisenna Hist. lib. iij. Milites, vt lex Calpurnia concesserat, virtutis ergo ciuitate donati.

301 ¶ *Enixim* pro Enixè. Sisenna Hist. lib. iij. Ergo illos malos, & audaces semper enim contra fortunas, atque honores huius ordinis omnia fecisse, ac dixisse sentio.

302 ¶ *Exinanita*, euacuata. Sisenna Hist. lib. iij. Denique exinanitas castris Romani, qui clauso se loco potuerant expedire.

303 ¶ *Exanclare* est perpeti, vel superare. Cicero Academicorum lib. iij. Credoque Clitomacho ita scribenti, vt Hercules quandam laborem exanclatum. Et Tuse. libro j. Quod cum exanclauisset omnes labores, tum incidere in mortis malum sempiternum.

304 ¶ *Eugium* media pars inter naturalia muliebria. Lucil. Epodis Hymnis: Sine eugio ac destina. Laberius Centenario, Quare tam arduum ascendis, an concupisti eugium scindere?

305 ¶ *Exoticum*, aduentitium à Græco. Plaut. Must. Non omnes possunt olere vnguenta exotica.

306 ¶ *Ebriulare*, ebrium facere, & ebriacus ebrius. Lab. Cithera, Ebriulati mentem hilarem arripiunt. Idem Aulularia, Homo ebriacus somno sanari solet.

307 ¶ *Exfundere* à fundo auertere. Cælius Antipater lib. vij. Resp. amissa exfundato pulcerrimo oppido.

308 ¶ *Externauit*, vt consternauit, id est, dementem fecit. Carul. Ah misera assiduis quam luctibus externauit Spinofas Erycina ferens in pectore curas.

309 ¶ *Excissatum*, laniatum, vulneratum. Plautus Cistellaria: Capillo scisso, atque excissatis auribus.

310 ¶ *Edufam*, & Potinam deas praesides vult haberi puerorum. Varro Cato, vel delibris educandis: Cum pro cibo, & portione initia

initiarent pueros, sacrificabantur ab edulibus Edulæ, & à potione Potinæ nutriti.

311 *Esculentum*, & escarium ab escis, & ab edendo dictum. Varro Cato, vel de liberis educandis: Fortunasse illos non natura præstare, si quid his datum sit esculentum. Plaut. Menæchmis: Ea enim ferè lenta vincula sunt escaria.

312 *Ephippium* tegmen equi ad mollem vecturam paratum. Varro Cato, vel de liberis educandis: Mihi puero modica vna fuit tunica, & toga sine fascis calciamenti, equus sine ephippio, balneum non quotidianum, alueus rarus.

F

313 *Famulantur* pro seruiunt. M. Tullius de Repub. lib. iij. Est enim genus iniustæ seruitutis, cum hi sunt alterius, qui sui possunt esse; cum autem hi famulantur. Et de offic. lib. iij. Quam hi seruitutis famulatus, & seruientis voluntati.

314 *Firmitudo* pro firmitas. Plaut. Asinaria: Si istam firmitudinem animi obtines, salui sumus. M. Tullius de Repub. libro j. Habent æquabilitatem quandam, qua carere diutius vix possunt liberi, deinde firmitudinem.

315 *Fortunare* est prosperare, & omnibus bonis augere. Plaut. Trinummo: Dij fortunabunt nostra consilia. M. Tullius ad Curionem: Tibi patrimonium dij fortunent. Afranius Emancipato: Deos ego omnes, vt fortunassint, precor.

316 *Fallam* pro fallaciam. Nouius Decumis: Me non vocauit, ob eam rem hanc feci fallam.

317 *Ficitatem* dictum, vt oliuitatem, id est, fructus fici. Nouius: Ficitores omnes capiunt ficitatem, iners sine molestia.

318 *Fimbrie* sunt omnis extremitas. Næuius Lyeurgo: Vt videam Vulcani opera hæc flaminis fieri flora.

319 *Famulitas* est seruitus. Accius Andromeda: Nam postquam paruus vos oppressit famulitas; Vis atque egestas, fama, formido, pudor. Pacuuius Atalanta: Quæ famulitas.

320 *Fidelitatem*, id est, fidem. Acc. Myrmidonibus: Nolo equidem, sed tu huic quæ sis quali in te fiet Fidelitate, ob fidam naturam viri Ignosce. Afran. Vopiseo: I intro astutum, perit opera, nimirum meæ Fidelitatis.

321 *Falsum* habuit, pro fefellit. Sallust. Iugurth. Neque eas res me falsum habuit.

322 *Famul*, famulus. Ennius lib. viij. Mortalem summum Fortuna repente Reddidit, vt summo regno, famul optimus esset.

323 *Flaccet*, languet, deficit. Lucillius lib. viij. Hic est Macedo si agron longius flaccet.

Accius Achille: An scepra iam flaccet, ferat. Afran. Diuort. Disperij perturbata sunt, iam flaccet fortitudo. Ennius Thyeste: Inflaccebunt conditiones, repudiato, & reddito.

324 *Fulguriuit*, fulgorem fecit, vel fulmine afflauit. Nouius: Sanè à suo tonitruo clato fulguriuit Iupiter. Lucil. lib. xxvj. Laporum exauctorem maluanum, & fulguritatem arborum.

325 *Friget*, frigidum est. Virgilius lib. vj. Corpùsque lauant frigentis, & vngunt. Terent. Phorm. Abi, tange, si non totus friget, me eneca.

326 *Fauitorem*, fauorem. Lucillius lib. xxix. Fauitorem me tibi, amicum, amatorem putes.

327 *Folliculum* Lucillius posuit pro corpore, libro xxvj. Ego si quis sum, & quod folliculo nunc sum indutus, non queo.

328 *Fligi*, affligi. Liuius Ægistho: Ipse se in terram saucius fligit cadens. Accius *ἄνθρωπος μάχη*: Nec perdolescit fligi socios morte, campos contegi. Idem Ægistho: Heu cuiatis stirpem funditus fligi studet.

329 *Fragescere*, frangi. Acc. Ægistho: Neque fera hominù pectora fragescunt, donec vim persenserint imperij. Idem Eurysace: Nunquam erit immanis, cum mea opera extinctum sciat, qui fragescat.

330 *Fuam*, sim vel siam. Pacuuius Duloresse: Responfa explanat, mandat ne matri fuat Cognoscendi vnquam, aut contuendi copia. Titinnius Fullonia: Perij hercle verò Tiberi, nunc tecum obsecro, Vt mihi subuenias, ego ne maialis fuam. Liuius Herm. Obsecro te Anticle matri ne quid tuæ aduorsus fuas. Afranius Promo: Caue ne pendeas, si fuas in quæstione. Ennius Hectoris Lyttis: At ego omnipotens te exposco, vt hoc consilium Achiuis auxiliij fuat.

331 *Facul* pro faciliter. huic contrarium est difficul. Lucil. lib. vj. Peccare impunè rati sunt Possè, & nobilitate facul propellere iniquos. Pacu. Teucro: Nos illum interea perficiendo propitiatus facul remur. Afranius Auctione: Haud facul (vt ait Pacuuius) femina inuenietur bona. Accius Meleagro: Erat vile istuc ferre aduorsum fortunam facul. Varro Bimargo: Quod vtrum sit magnum an paruum facul, an difficul.

332 *Famulanter* pro suppliciter. Acc. Tereoo: Deuincat mone natum Semela assure, & famulanter pete.

333 *Fluctuatim*, iactanter, & solutè. Afranius Pompa: Tene tu, in medio nemo est, magnifice volo fluctuatim ire ad illum, accipe hoc tegmen tu & sustine.

334 *Fortunatim*, prosperè. Ennius Annalibus: Mi reliquæ fidei, regno vobisque Quiritis Se fortunatim feliciter, ac bene vortat.

335 *Frustatim*, & frustillarim per frusta, vt minutatim. Pompon. Verre: *Ægrotor*, Verum illi valent, qui luctantur cum leonibus, Ve te obiectes frustatim passerinum prandium saturarum, non frustillarim, nec minutatim dari.

336 *Fastidiliter*, fastidiosè. Var. Cras credo, hodie nihil: Quibus instabilis animus ardens mutabiliter non habere fastidiliter inconstanti pectore.

337 *Fugere* dictum est deterius fieri. M. Tull. Officiorum lib. iij. Siquis vinum fugiens vendat sciens.

338 *Fatigare* positum pro fatigari. Virgili. lib. viij. Olli remigio noctemque diemque fatigant.

339 *Fraus* pro fraudatus, id est, ad fraudis fructum venerit. Plautus *Afinaria*: Non placet Metuo in commune ne quam fraudem fraus fiet.

340 *Fax* pro face. Var. *Ægrotor* *Ægrotor*: Confluit mulierum tota Roma, quæ noctu fieri initia solita etiam nunc pinea fax indicat. Idem *Sexagesi*: Adest fax inuoluta incendio. Idem de vita populi Romani lib. ij. Cum à noua nupta ignis in face afferretur, focum eius sumptus fax ex pinu ablata esset, vt eam puer ingenuus afferret.

341 *Flauissus* eas dici Var. existimat, quos Græci thesauros vocant, in epistola quam aduersus Scruium Sulpitium dedit: Quintum Valerium Soranum solitum dicere, quos thesauros Græco nomine appellaremus, priscos Latine flauissas dixisse, quod in eas non rude æs, argentumque, sed flata, signataque pecunia conderetur.

342 *Formidolosum*, & quod ipsum formidet, & quod sit formidabile. Sallustius in *Catilina*: Non armatus hostis formidolosus.

343 *Fruisci* pro frui. Lucil. lib. xvij. *Ægrotor* *Ægrotor* fruiscor ego, ac tu. Cælius lib. i. Domus suas quenque ire iubet, & sua omnia fruisci. Nouius *Partu*: Quod magnopere quaesierit, id fruisci non queunt.

344 *Fellare*, ex fugere. Var. Manio: Tum eum ad quem veniunt in hospitium, lac humanum fellasse.

345 *Fallaciloquentia*. M. Tullius de Finibus bonorum & malorum lib. iij. Quæ diligentissimè contra Aristonem dicuntur à Chrysippo, ex ea difficultate illæ fallaciloquentiæ.

346 *Fabelle*. M. Tull. de finibus bonorum & malorum lib. v. Libenterque se cum his congregant, dantque se ad ludendum, fabellarumque auditione ducuntur.

347 *Ferabite* positum pro agresti. Sifen. Hist. lib. iij. Et partim ferabite, partim lau-

ro. & abusto, ac multa pinu, ac myrretis abundant.

348 *Foramen*. Sifenna Hist. lib. iij. Neque porta, neque vllum foramen erat, quæ posset eruptio fieri.

349 *Flexanima*. Cicero de Oratore lib. ij. Tantam vim habet illa, quæ rectè à bono poeta dicta est flexanima, atque omnium regina rerum oratio. Pacuuius *Hermiona*: O flexanima, Atque omnium regina rerum oratio.

350 *Frons* pro fronde. Virgilius *Georg.* lib. ij. Frons tenera imprudensque laborum. Varro de re rustica lib. j. Quod Carō ait circum fundum vltimos, & populos, vnde frons ouibus, & bubus sit.

351 *Fale* turres sunt lignæ. Ennius lib. xv. Malos defendunt, fiunt tabulata, faleque. Hæc sunt & in Circo, quæ apud veteres propter spectatores è lignis erigebantur.

352 *Foria*, stercorea liquidiora. Pomponius Macco: Conforisti me Diomedes. Laberius in Panilicis: Foriolus esse videris, in coleos cacas.

353 *Foriolus*, qui foria facillè emittat, soluti scilicet ventris.

354 *Flores*, fex vini. Cæcilius ad Pol: Ego neque florem, neque floces volo mihi, vinum volo.

355 *Februare* positum pro purgare, purefacere. Varro de vita populi Romani lib. j. In eorum enim sacris liba cum sunt facta, incerni solent faris semine, ac dicere se ea februare, id est, pura facere.

G

356 *Grunnare* dicuntur porci, quod eorum proprium vocis est. Varro *Aboriginibus*: *Ægrotor* *Ægrotor* *Ægrotor*: Grunnit tepido lacte satur, mola mactatus porcus. Cicero *Tu scularum* lib. v. Aut grunnitum cum iugulatur sus. Laberius *Sedigito*: Grunnientem adspexi scrofam.

357 *Granduleis* lares dicuntur Romæ constituti ad honorem Porcæ, quæ triginta peterat.

358 *Grandire* est grandè facere. Var. *Re-rum diuinarum* lib. j. Cum aut humus seminari incipere non possit, aut recepta non redat, aut edita grandire nequeat. Plautus *Aulularia*: Testudinem istum tibi ego grandibo gradum. Lucretius lib. iij. Quæ nunc vix nostro grandescunt aueta labore. Idem lib. j. Quæque sua de materia grandescere, alique. Acc. Meleagro: Fruges prohibet pergrandescere. Pacu. Dulcoreste: Nec grandiri frugum fetum posse, nec mitescere.

359 *Granditatem*, maiorè ætatem. Sifen. Hist. lib. iij. Neque ætatis granditatem, neque ea merita, neque ordinis honestatem,

aut dignitatem sibi esse excusationi.

360 ¶ *Grauedinosi*. Cic. Tul. li. iij. Itaque dicimus grauedinosos, quosdam torminosos.

361 ¶ *Grallatores* sunt collobathrarij. Grallæ enim sunt fustes, quis innituntur. Varro: Mutuum muli scabunt, Græcè *ἀει ἀρρομοῦ*: Grallatores, qui gradiuntur grallis, quæ sunt perticæ lignæ ab homine isto, qui in ista tangitur, sicilianimi nostri sunt, galex crura, ac pedes nostri effiare *κινῶσι*, sed ab animo mouentur.

362 ¶ *Grandiloqui*. Cic. Orat. Nam & grandiloqui, ut ita dicam, fuerunt cum ampla & sententiarum grauitate, & maiestate verborum. Et Tusculanar. lib. v. Quid tandem isti grandiloqui contra hæc duo, quæ maximè angunt.

363 ¶ *Guttatim*. Plautus Mercatore: Cor guttatim contabescit, quasi in aqua indideris salem. Enn. Hecuba: Vide, hinc meæ, inquam, lacrymæ guttatim cadunt.

364 ¶ *Gracilitudo*, & gracilens pro gracilis: & gracilentum pro gracili: & gracilium pro gracilitate. Acc. Amphitryone: Tamen ista tua gracilitudo propemodum & luctus facit ne dubitem. Ennius lib. vij. Deducunt habiles gladios filo gracilento. Næuius Proteflao: Demia gracilentis colorem, dum ex hoc gracilens fit. Turp. Canephoro: Nosti, quam sit gracili corpore?

365 ¶ *Grandæuitas*. Acc. Alcæone: Quia nec vos, nec illi impune irriderent meam grandæuitatem. Idem Bacchis: Quia neque uetustas, neque mors, neque grandæuitas. Pacuuius Hermiona: Quod tamen ipsa orbitas grandæuitasque Pelei per penuriam stirpis lubaxet.

366 ¶ *Geminitudinem*. Pacuuius Atalanta: Habeo ego istam, qui distinguam inter vos, geminitudinem.

367 ¶ *Gnaritas*, scientiæ. Sallustius Hist. lib. iij. Diuersa, uti solet, rebus perditis capessunt, Namque alij, fiducia gnaritaris locorum, occultam fugam sparsi globis eruptionem tentauerunt.

368 ¶ *Gallulæ*, pubescere. Nou. Exod. Puerum mulieri præstare nemo scit quanto melior sit, cuius vox gallulæscit, cuius iam ramus roborascit.

369 ¶ *Gratulari*, gratias agere. Enn. Hec. Iupiter tibi summe tandem malè re gesta gratulor. Næu. Belli Pœnici lib. iij. Is qui sursum ad cælum sustulit suas res Animulus gratulabatur Diuis; Afran. Ciner. Quod saluus uenis, melius est, gratulor Diis.

370 ¶ *Garrire*, quasi ineptè strepere. Cic. de Orat. li. ij. Nam & seclis multis ante gymnasia inuenta sunt, quam in his philosophi garrire ceperunt.

371 ¶ *Gargaridiare*. Varr. Epist. ad Fufum:

Quintiporis clodiant foriæ ac poemata eius, gargaridians dices, ô fortuna, ô fors fortuna.

372 ¶ *Gallinas*. Cic. Acad. lib. iij. Qui gallinas alere permultas quæstus causa foleret. Idem lib. ij. Cum ouum inspexerat, quæ gallina peperisset, dicere solebat.

373 ¶ *Gabalum* crucem dici veteres uolunt. Var. *ἀμφοτεροῦς*, *ἀπὸ πινυρίας*: Nos Barbari, quod innocentes in gabalum suffigimus homines, vos non Barbari noxios abluuimus.

374 ¶ *Genialis*, hospitalis. Santra de Antiquitate uerborum lib. iij. Scis enim Geniales homines ab antiquis appellatos, qui ad inuitandum, & largius apparandum cibum promptiores essent.

375 ¶ *Gangrena*, est cancer. Lucil. lib. j. Serpere uti gangrena malo, ad quem herpeptica posset. Var. *ἀπὸ ἐκταραῖς*: Non vituperamus, cum sciamus dictum præcidi oportere, si ob eam rem gangrena non sit ad brachium uentura. Idem de uita populi Rom. lib. iij. Quid facilius animaduertatur pro omnes articulos populi hanc mali gangrenam sanguinolentam permeasse.

376 ¶ *Genium*, parsimoniam. Terent. Phormione: Suum defraudans Genium compar sit miser. Lucil. lib. xxvi. Curet ægrotum, sumptum homini præbeat, Genium suum defruadet, alij parcat.

377 ¶ *Genus*, gulosi. Lucil. li. xxx. Illo quid fiat lamia, & Pittho *ἐξ ὀδύρας*: Quod ueniunt genæ illæ uetulæ, improba, ineptæ.

378 ¶ *Glumam*, Varro folliculum grani frumentarij dici putat de re rustica lib. i. Graminum dictum, quod est intimum solidum: gluma, qui est folliculus eius: arista, quæ ut acus tenuis longè eminet [è gluma.]

379 ¶ *Gerdus*. Lucil. lib. xxx. Curare domi sunt Gerdus, ancillæ, pueri, zonarius, textor.

380 ¶ *Grauidauit*, impleuit. Cæcil. Titthe: Per mysteria hic inhonestè grauidauit probro.

381 ¶ *Germanitus*, fideliter, dictum à germanitate. Pomp. Præfecto morum: Ut si quis est amico amicus, gaudet si quid euenit boni, cui amicus est germanitus.

382 ¶ *Generosum*, nobile, uel forte. M. Tul. de offic. lib. iij. Cùmque de imperio certamen esset cum rege generoso, ac potenti.

383 ¶ *Gratosum*, multæ gratiæ. M. Tul. de offic. lib. iij. Ut argentarius qui esset apud omnes ordines gratosus.

384 ¶ *Gratificari*, gratiū facere. M. Tul. Hort. Quare egredere quæso, & gratificare reipu.

385 ¶ *Gerra*, nugæ, ineptiæ, & sunt gerræ fascini, qui sic in Naxo insula Veneris ab incolis appellatur. Plaut. Asin. Gerræ. Qui sese parere apparent huius legibus profectò. Idem: Hic adertit cædo cogerro meus, ut col-

lufor meus, qui eandem exerceat nugas. Cælius Portitor: Cur depopulator geræ?

386 § *Gallare* vt est bacchari. Varro: Cùm illo vento, video Gallorum frequentiam in templo, qui dum effena hora, nam ad latera imponeret ædilis signosiæ, & deam gallantes vario retinebant studio eodẽ. Nam quæ venustas hic adest gallantibus.

387 § *Ganeones* à ganeis dicti, vt popinones, & sunt loca vinulentia, ac libidini apta. Varro Modio: Et hoc interest inter Epicurũ & ganeones nostros, quibus modulus est vitæ culina. M. Tullius in Catilinam: Quis ganeo? quis adulter? quæ mulier infamis? quis corruptor iuuentutis est?

388 § *Glubere*, dilstringere. Varro de re rustica lib. i. Durities enim ea, quod non solam stringit bacam, sed etiam ramos glubit, ac relinquit ad gelicidium retectos.

389 § *Gramia*, pituita oculorum. Cæcil. 20 Gramosis oculis ipsa, atratis dentibus.

390 § *Gigeria*, intestina gallinarum cum his, & ita cocta. Lucill. l. viij. Gigeria sunt, siue adeo hepatica.

391 § *Glis* nominatiuus ab eo, quod sunt glires. Laberius in aquis caldis: Etiam hic me optimus somnus premit, opprimitur glis. Plautus genitiuo plurali: glirium examina.

392 § *Genius* generis [deus] Laberius Imagine: Genius generis nostri patens.

H

393 § *Habentia*, vt industria, sapientia, concordia. Claud. lib. vij. Animos eorum habentia inflarat, ab eo, quod est habere.

394 § *Hora*, iuuentutis Dea. Ennius Annalium lib. j. Te Quirine pater veneror, Horamque Quirini.

395 § *Halec* genere neutro. Plaut. Aulul. Qui mihi olera cruda ponunt, halec danunt. Horat. lib. ij. Sermon. Ego fecem primus & halec Inueni.

396 § *Halophantam*, aut sycophantam hominum genus nequam, quod ob suenda mendacia miserima mercede conducitur. Plaut. Halophantam, an sycophantam magis esse dicã nescio. Et alius nobilitatis obscuræ. Halophantam mendacem velit.

397 § *Hippocampi* equi marini à flexu caudarum, quæ piscosæ sunt, & est Græcũ. Menander: Vehutos hippocampus in æternæ vifus seire nocitur Delphino cinctis vehiculis, hippocampisque asperis. Lucillius transuerso ordine posuit hippocampi elephanto camillos.

398 § *Hara* est porcorum stabulum. Var. Prometh. lib. j. In tenebris, ac suilli viuunt, nisi non forum hara, atque homines, qui nunc plerique, sues sunt existimandi. Cicero in Pisonem: Ex hara productæ non schola.

399 § *Hilaritudinem*, pro hilaritate. Plautus Milite glorioso: Sine, animo obsequere mecum, atque onera te hilaritudine.

400 § *Hiscere* est propriè loqui. Acc. Armorum iudicio: Hem vereor plus, quàm fas est captiuum, hiscere.

401 § *Honestitudo*, pro honestas. Accius Oenom. Horrida honestitudo Europæ principium primo ex loco. Idem Myrmidonibus: Tua honestitudo Danaos decipit diu.

402 § *Hilum*, breue quoddam. Lucill. libro xxx. Quodque tuas laudes culpas, non proficis hilum. Cicero Tusculan. lib. j. Num illud quod Sisyphus versat Saxum, sudans nitendo, neque proficit hilum?

403 § *Hornum* ipsius anni. Lucillius lib. xxvij. Vtrum nano an horno te abstuleris à viro. Varro Eumen. Cùm in eo essem occupatus, atque in schola curarem, inscribit Scætius horno per Dionysia.

404 § *Hilaresco*. Varro Epistolar. Latina. libro j. In votum amicorum domus fumat, hilaresco.

405 § *Hostire* est comprimere, retundere. dictum ab hostia. Pacuuius Teuc. Nisi coerco proteruitatem, atque hostio ferociam. Hostire, offendere, cedere. Nunc quod meum admissum nocens hostit voluntatem tuam.

406 § *Hallucinari*, aberrare, & non consistere, atque dissolui, obstupesceri, atque tardari honestè veteres dixerunt, vt est: Et assiduo oscitantem vidit, atque illius quidem delicatissimas mentis, & corporis hallucinationes.

407 § *Hilaretur*, iucundetur. M. Tull. de finib. bonorum & malorũ lib. ij. Verum hoc loco sumo verbis his eandem certè vim voluptatis Epicurum nosse, quàm ceteros. omnes enim iucundum motum, quo sensus hilaretur, Græcè ἠδονή, Latine voluptatem vocant.

408 § *Hebes* positum pro obscuro, aut obtuso. Cicero Academicorum lib. ij. Quid Lunæ, quæ liniamenta sunt, potestne dicere, cuius & nascentis, & senescentis aliàs hebetiora, aliàs acutiora videntur cornua?

409 § *Hinnos* vel hinnas sub quo sensu accipere debeamus, Varro designat: ait enim, ex equis, & hinnulis, qui nascantur, hinnos vocari.

410 § *Hillas* intestina veteres esse dixerunt. Vnde Bohilla oppidũ in Italia, quod eò bos intestina vulnere trahens aduenerit. Laber. Lambit item hillam cocus, si lumbũ adussit flagris pæditur. Idem Carulario: Nève aliter hunc pædicabis, quomodo video adolescenti nostro cædis hillas.

411 § *Hinnibunde* pro hinnienter ab eo, quod

quod est hinno. Claudius Annalium lib. xvj. Equi hinnibundè inter se spargentes terram calcibus.

I

412 *Incuruisere*. Cicero de Oratore lib. ij. Vt bacarum vbertate incuruisere. Ita & Tusc. lib. i.

413 *Infinatam*. Cicero Academic. libro iij. At hoc Anaximandro populari & sodali suo nõ persuasit. Is enim infinitatem rerum atque naturæ dixit esse, è qua omnia gignerentur.

414 *Insanitas*. Cicero Tusc. lib. iij. Inspicientia autem quasi insanitas quædam, quæ esset insania, eademque dementia. Var. Eumen. Apage in directum à domo nostra istam insanitatem.

415 *Infractionem*, torporem. Cicero Tusc. lib. iij. In quem cadat ægritudo, cadere in eum timorem, & infractionem quidem animi.

416 *Inglandes*, agrestes nuces. Cicero Tusc. lib. v. Instituitque, vt candentibus inglandum putaminibus barbam sibi, & capillum adurerent.

417 *Ingeneraretur*, vt innasceretur. Cicero Academic. lib. iij. In tanta animalium varietate homini vt soli cupiditas ingeneraretur cognitionis, & scientiæ.

418 *Inuenilitas* pro iuuentus. Var. Tithon. *scilicet*: Quam dereliquit multicupida inuenilitas.

419 *Itum* pro incessu. Titin. Setina: Itum, gestum, amictum qui videbant eius.

420 *Implicare* positum pro ornare. Afran. Brundisin. In parte inferiore hic implicabatur caput fateor.

421 *Inanijs* pro inanitate. Plaut. Aulular. Ita inanijs sunt oppleta, atque araneis.

422 *Incius* dicitur egestas. Plautus Trinummo: Alij exfulatum abierunt, alij emortui, alij se suspendere. Hæc nunc hic cuius est, vt ad incitas redactus est? Idem Pœnulo: Profecto ad incitas lenonem rediger, si eas abduxerit. Lucillius Satyrarum libro iij. Illud ad incitas enim redit, atque interuentionem. Idem lib. xv. Villicum Aristocratam mediastinum, atque bubulcum Commanducatus corripit, ad incitas adegit.

423 *Incertat*, incertum facit. Pacuuius Duloreste: Sed ne incertat dictio, quam rem expedi. Plautus Epidico: Longa dies meum incertat animum.

424 *Icit* significat percussit, ab ictu. Plautus Truculento: Frenidit, icit femur. Idem Aulularia: Ibi vt piscabar, fuscina ici vidulum. Pacuuius Azmorum iudicio: Nam canis Quando est percussa lapide non tam illum appetit, Qui se icit, quam illum ipsam lapidem, quo icta est, petit. Afranius Simu-

lante: Offendit, frangit, rumpit, icit poculo. Cæcilius de mandatis: Si vquam quisquam vidit, quem catapultæ, aut balistæ icerit. Lucretius libro iij. Esse animam cum animo coniunctam, quæ cum animi vi Perculsa est, exinde propellit corpus & icit. Turpilius Demetrio: Nam si iceris me posthac, credas mihi velim, Inquit, tum quid censes? dolebit scilicet. Næuius Danaë: Quæ quondam fulmine icit Iupiter.

425 *Innuere* quasi vno inuadere, & arripere. Lucil. lib. xv. Aut qui nummos tristis inuocat.

426 *Insolum*, insolitum. Afranius Crimine: Orbitatem senectuti tuæ malam metui, Quod insolum non venit cæco ac dementi. Idem Virgine: Ne veniret, quod nunc agitur insolum.

427 *Inibi* pro sic, & mox. Afranius Ma terteris: Postquam se vidit inibi esse gignatam, paruulam fororibus commendat. Cæcilius Plocio: Liberne es? Non sum, verum inibi est. Pacuuius Iliona: Profecto aut inibi est, tam iam potiuntur frugum.

428 *Ignora*, id est, insciæ. Næuius Lycurgo: Ignoræ iteris sumus, tute scis.

429 *Iniurie* dictum pro iniuriose. Næuius Lycurgo: Oderunt Dij homines. Iniuriose egone, an ille iniuriæ facimus?

430 *Incilare* est increpare, vel improbare. Accius Meleagro: Quis erit qui non me spernens, incilans probris, Sermone indecorans, turpi fama differet? Idem Clytemnestra: Matre meo iure factum incilas, genitorem iniustum approbas. Pacuuius Duloreste: Siquis hac me oratione incilet, quid respondeam? Lucil. lib. xxx. Nunc Cai quoniam incilans nos lædis vicissim.

431 *Innubere* positum pro transire, quod hæc quæ nubunt, ad domos maritorum transeunt. Lucillius Satyrarum libro sexto: Suam enim inuadere, atque innubere censent.

432 *Infestum* mare haberet, pro, mare latrocinando infestaret. M. Tullius de republica lib. iij. Nam cum quæreretur ex eo quo scelere compulsus mare haberet infestum vno myoparone, eodem inquit, quo tu orbem terræ.

433 *Imbrices*, ac tegulas. Sisenna Histor. lib. iij. Dissipatis imbricum fragminibus, ac testis tegularum.

434 *Impigritas* pro impigritia. M. Tullius de republ. lib. iij. Numquam viri fortissimi fortitudinis, impigritatis, patientiæ.

435 *Intolerabilis*, id est, qui tolerari non possit. Afranius Priuigno: Quod si fecisset pauld sapius: didicisset is ferre, & non esse intolerabilis.

436 *Inconſulti* quibus conſulentibus religio nihil diceret. Virgilius *Aeneid.* lib. vj. *Inconſulti* abeunt, ſedemque odere Sibyllæ.

437 *Illuuiæ*, ſordes. Virgilius *Aeneid.* lib. iij. Reſpicimus, dira illuuiæ. Lucillius libro xx. *Illuuiæ*, ſcabies oculos huic denique petigo. Conſcendere. Varro Manio: Ac periret ſquale, ſcabiæque, illuuiæ, & vaſtitudine. Lucillius lib. xxxvj. Hic cruciatur fame, frigore, illuuiæ, inualnicie, ſin profundie, incuria.

438 *Inuidioſum*, quod ſit vitabile ad videndum. Lucillius libro xxvj. Squalitate, ſumma ſcabiæ, ſumma in ærumna obrutam Neque inimicis inuidioſam, neque amico exoptabilem.

439 *Indulgentia* pro indulgentia. Siſenna Hiſtor. lib. iij. Baſſus aſſiduitate, indulgentia victus.

440 *Ientare*. Afranius Buccone adoptato: Ientare nulla inuitat. Plautus Cur. Quid antepones Veneri ientaculi? Afranius Crimine: Hæc ieiuna ientavit. Varro Marci pore: Vt eat, ac repub. adminiſtret, quod pulli ientent.

441 *Ignauit*, ignauium fecit. Accius *Aeneid.* aur Decio: Fateor, ſed ſæpe ignauit fortem in ſpe expectatio.

442 *Inaudire*, audire. M. Tullius ad Panſam lib. i. Quorum erupit illa vox, de qua ego ex te primum quiddam inaudieram. Nouius Maleuolo: Vnde hoc tam repente iucundum inaudiui melum? Pacuuius Armorum iudicio: Quod ego inaudiui, accipite, & quid ſit factum opus, decernite. Afranius Diuortio: Nouis dictis, quaſo, ne ille inaudiat.

443 *Inſelicitent*, inſelicitem faciant. Cæcilius Nauclero: Vt te Dij omnes inſelicitent cum malè monita memoria. Plautus Pœnulo: Dij illum inſelicitent omnes.

444 *Iniquat*. Laberius Nuptiis: Equum animum indignanti iniquat contumelia.

445 *Integrare*, redintegrare. Virgilius Georg. libro quarto: Ramoſque ſedens miſerabile carmen Integrat. Accius Antenoridis: Nanque huic inuenio, vt mea ope opes togæ integrent. Pacuuius Chryſe: Sed ceſſo inimicitiamſ integrare. Siſenna Hiſt lib. iij. Vltro citroque integrant in oppido cædem.

446 *Iraſcere* pro irafci. Pomponius Aſtiſta: Noli quaſo irafcere. More ſit, moriri ſuam quiſque vxorem vt veliq. Nigidius Commento grammatico lib. j. Ita irafcere, quid nunc irafcitur?

447 *Iandiu* pro olim. Turpiliius Hetera: Rhodiæſtis eſt, ſed iſtuc commigravit iandiu. Ennius Alemæone: Factum eſt iandiu. Cæcilius *in iandiuſ*: Liber eſſem iandiu

ſi habuiſſem ingenioſos coamatores mihi. Liuius Aiace: Mirum videtur quod ſit factum iandiu.

448 *Incurſum* pro celeriter. Cæcilius Falacia: Nullus ſum, niſi meam rem iam omnem propero incurſum perdere.

449 *Indiſcriminatim*, indiſcruenter. Varro de lingua Latina lib. xvij. Quibus nos in hoc libro, proinde vt nihil interſit, vt emur indiſcriminatim, & promiſcuae.

450 *Inſanum* pro inſanè, vt immanè pro immaniter. Plautus Neruo: Inſanum valde vterque deamat. Salluſt. lib. ii. Immane quantum animi exarſere. Nomen poſitum pro aduerbio.

451 *Iuxtim* pro iuxta. Siſenna ab vrbe condita: Iuxtim Numicium flumen obruncatur. Liuius *Ægiſtho*: In ſedes collocat ſe regias, Clytemneſtra iuxtim, tertias natæ occupant.

452 *Inanima*, ſine anima. M. Tul. de offici. libro ij. Quæ ergo ad vitam hominum tuendam pertinent, partim ſunt inanima, vt aurum, argentum. Et Hortenſio: Nam cum omnis ſolertia admiranda eſt, rum ea quæ efficit, vt, inanima quæ ſunt, viuere, & ſpirare videantur.

453 *Indolentiam* nouè M. Tul. quod ſine dolore ſit, de offici. lib. ij. Vt qui rem expetendam vel voluptate, vel indolentia metiuntur.

454 *Indicare* promittere, addicere. M. Tul. de offici. lib. iij. Scæuola Publij filius cum poſtularet vt ſibi fundus, cuius emptor erat, ſemel indicaretur.

455 *Inepitudo* pro ineptia. Cæcilius *in nepitudoſum*: Qui homo ineptitudinis cumulat, cultum oblitus eſt.

456 *Igitur* poſitum pro poſtea. Plautus Amphit. Sin aliter eſſent animati, neque dēt, quæ petat: ſeſe igitur ſumma vi, viriſque eorum oppidum expugnaffere.

457 *Inuolare*, irruere, euolare, vel inſillire, vel inuadere. Plautus Amphit. Cum clamore inuolant impetu alacri. Cicero de Oratore lib. iij. Iſta prudentia, doctrinæ que poſſeſſio, in quam homines caducam quaſi, atque vacuam, abundantes otio nouis occupatis inuolauerunt.

458 *Iudicatum*, atque *indictum*. Plaut. Aſinaria: Malè cubandum eſt: iudicatum me vxor duxit domum.

459 *Impendio* pro magis. Plautus Aulularia: Atque ille verò minus, minùſque impendio Curare, minùſque impetire honoribus.

460 *Indiſcere*, petere, uſurpare. Plaut. Aulularia: Nec partem tibi aded cui ſit indiſces, neque ſurem excipies.

461 *Incuſtatum*, ornatum, cruſtis coopertum.

pertum. Varro τὰ φῆ μάλιστα ἀδύρατα, pauimenta, & parietes crustatos.

462 ¶ *Impotens* valde potens. Cicero Tul. lib. v. Qui nihil metuant, nihil agant, nihil concupiscant, nulla impotentia efferantur.

463 ¶ *Inauditum*, quod non audiat, in veteribus prudentibus lectum est: Quædam animalium aliud alio [sensu] carent, & à natura gignuntur, aut inodora, aut inaudita.

464 ¶ *Infestum* aliud, aliud insensum. M. Tul. pro Plancio: Dolebam, iudices, & acerbè ferebam, si huius salus ob eam ipsam causam esset infestior, quod is meam salutem atque vitam sua benevolentia, præsidio, custodiâque texisset.

465 ¶ *Ignarum*, quod nesciat cur aliquid sit, incognitum. Virgilius: Ignarum Laurens habet ora mimanta. Sallustius Iugurthino bello: Amore humanæ cupiditatis ignara visendi.

466 ¶ *Illatebrare* à latebris honestissimè dictum. Cælius Annal. lib. i. Arma plerique abiciunt, atque incermes in latebras se illatebrant.

467 ¶ *Inimicitia* numero singulari. Ennius: Eo ego ingenio natus sum, amicitiam atque inimicitiam in frontem promptam gero.

468 ¶ *Impune*, quod est impudens. Lucil. libro ij. Homo impuratus, & impunè est rapifer.

469 ¶ *Ininitio* quasi sine fine, & indefinitio. Cicero de finibus bonorum & malorum lib. j. Quorum incursionem non solum videamus, sed etiam cogitemus. Ininitio ipsa, quam ἀπειρία vocant, tota ab illo est.

470 ¶ *Impopulum* pro ad populum. Sifen. Hist. lib. ij. Scruulum eius præmio libertatis inductum magno cum tumultu conuentum in populum perduxit armatum.

471 ¶ *Immissum* pro demissum, prominens & longius pendens. Sisenna Hist. lib. ij. Complures menses barba immissa, & intonso capillo. Virgilius Æneidos lib. ij. Respicimus, dira illuies imissaque barba.

472 ¶ *Iusso*, pro iussu. Sisenna Historiarum lib. iij. Tamen Tudertibus Senatufconsulto & populi iusso dat ciuitatem.

473 ¶ *Iactuose* positum pro iactantes. Cicero Oratore: Cum sint luminoso, & quasi iactuose partes duæ.

474 ¶ *Incisim* [quasi simul] Cicero Oratore: Hæc quidem duo binis pedibus incisim, deinde membratim dicere solebas.

475 ¶ *Importatum* pro illatum, quomodo exportatum ablatum. Cicero Oratore: Publicis rebus, quæ adiumenta per homines eloquentissimos importata. Idem lib. ij. Modò enim hæc ista sunt importata.

476 ¶ *Inspiciatores* sunt falsi criminis obie-

ctores. Cicero de Oratore lib. j. Non intelligebat, ut si illi inficiatores probassent iudici, ante peritam esse pecuniam, quam esset cæpta deberi.

477 ¶ *Insignite* cum indicio nota. Cicero de Oratore lib. ij. Nec improbum notari, ac vituperari insignite posse.

478 ¶ *Inuitius* ab eo quod est inuitus. Cicero de Oratore lib. ij. Quem ego paullo sciebam vel impudentius, vel inuitius. Nolo enim dicere de tam suaui homine fastidiosius.

479 ¶ *Inextinguibilis*. Varro Cato, vel de liberis educandis: Male enim cõsuetudo diu importata est inextinguibilis.

480 ¶ *Innumera* pro innumerabili. Lucretius libro ij. Non est vna sed numero magis innumera.

L.

481 ¶ *Later*. Varro ἡκατόμυτον, πρὸς δυοσίων: Ladon fluens sub Sardibus flumen tulit Aureum later, quod cõquadrauit religio. Idem Sesequilyste: Vbi educantur barbati, innumerales Lateres aureos habuisse. Idem Manio: Hic ut quadrato latere stipatæ strues.

482 ¶ *Lutani*, pro luti. Varro ἡκατόμυτον, πρὸς δυοσίων: Habes qui, & cuius rei causa fecerim hecatombem, in quo ego (ut puto) quoniam est luere soluere, lutani.

483 ¶ *Lucius*. Varro λυκοπύλον, πρὸς φιλσοφίας: lib. ij. Ac nulla ambrosia, ac nectær, & non alium, & sardæ, Panis penia, lucus cibus qui purissimus multo est. Idem ὀκταμαχία, πρὸς τύρου: Vinum, remma lucus nihil adiuvat istam. Afranius Fratris: Pistori nouat cur non scribitario, ut mittat fratris filio luculentulus.

484 ¶ *Longurio*, id est, longus. Varro Triphalo: πρὸς ἀβέντυπτος: Ego nihil narro, ad hoc ita curat qui ante me est nescio qui longurio.

485 ¶ *Lotiolente* dictum veluti lutulente, à lotio: Titinius Varro: Lotiolente flocci fiet & cuculator.

486 ¶ *Lenitudine* pro lenitate. Turpillius Philopatro: Mira lenitudine, ac suauitate abundat. Cicero Tul. lib. iij. Lenitudo orationis, mollitudo corporis, ea sibi bona ducēs, quid erit in philosophi grauitate? Et in Verrem: Quanta me tua, non mea lenitudo.

487 ¶ *Latitudinem* pro latitia. Accius Alcaone: Ut me repositum immerentem repentino nuntio alacrem reddidisti, ac me ex citasti ex luctu in lætitudinem. Idem Bach. Quanta in venando affectu est latitudine?

488 ¶ *Largitas* pro largitione. Turp. Paraterusa: Eho dic mihi, an oblata obsecro es eius crebras mansiones ad amicam, & sumpti largitatem? M. Tul. de Republica libro ij. Pyrrhi videt largitas acos, aut Samnitium copia Curio defueunt.

489 ¶ *Luminosum* positum pro claro. Cicero Oratore: Tum sunt maximè luminose, & quasi iactuose partes duæ.

490 ¶ *Lusus*, vel lusio, qui ab omnibus ludus dicitur. Var. Marci pore: Vtri magis sunt pueri, hi pusilli nigri, qui spectant nundinam, vt magister dimittat lusum. Idem, Cato vel de liberis educandis: Ab huiuscemodi lusionibus, 10 radices crudelitas agere solet.

491 ¶ *Laboriosum*, in quo laboretur. Galus Poematis: Durum rus fugite laboriosum.

492 ¶ *Laxitas*, laxitudo. Sallust. Hist. lib. iij. Simul eos, & cunctos iam inclinatos laxitas, & loci plures cohortes, atque omnes, vt in secunda re, pariter acre inuadunt. M. Tul. de off. lib. j. Et admittenda hominum cuiusque modi multitudo, adhibenda cura est laxitatis.

493 ¶ *Lamentas* pro lamentationes. Pacu. Hermiona: Lamentas fletus facere compendi licet.

494 ¶ *Latare*, & latiscere, & latificare. Liuius Ægitho: Iamne oculos specie latauisti optabili: Accius Pelopidis: Et te vt triplici latarem bono. Sifen. lib. iij. Vtrum ne viri cultu erga se mortalium letiscant: an superna agentes humana negligant.

495 ¶ *Litterosus*, litteratus. Cassius Hemina Annalium lib. iij. Homo merè litterosus.

496 ¶ *Latibulet*, & latibuletur pro lateat. Nauius Erotopægnion: Nocte vt opertus amictu latibuletur. Accius Putatoribus: Progredere, & ne quis latibuletur prospice.

497 ¶ *Lupari* vt scortari, vel prostitui, Turp. Asta: Atque scalis cum meretrice è nostro ornatu per vias lupantur. Lucil. lib. v. Et Diuos thure precemur Consilium, fas si placeat, tunc impudè superbis.

498 ¶ *Lutescit* honestè dictum in poematis, tamen auctoritatis sit ignobilis. Sanguine diluitur tellus, caua terra lutescit.

499 ¶ *Libellionem* vt tabellionem. Varr. Manio: Tum ad me fuerunt, qui libellionem esse sciebant.

500 ¶ *Limum* obtortum. Varro Manio: Alter alieno sciens, sed limus intra limites culinae.

501 ¶ *Lacessere* positum pro prouocare. Cicero Oratore: Et Aristoteles Socratem lacessuit, & Xenophontis voce Musas quasi locutas ferunt. Et Tul. lib. v. Impulsi sumus ad philosophiæ scriptionem, verum etiam lacessiti.

502 ¶ *Lentitudine* pro lenitate. Cicero lib. Tul. iij. Eamque quam lenitatem nos dicimus, vitioso lentitudinis nomine appellant.

503 ¶ *Lee* pro læxæ. Lucret. lib. v. Irritata læx iaciebant corpora saltu.

504 ¶ *Ligellum*, tuguriolum, domicilium breue. Plautus Aulular. De suo ligello fu-

mus si qua exit foras.

505 ¶ *Licitari*, congregari, pugnare. Ennius: Pars ludicrè iactant, taxa inter se licitantur. Cæcilius Hymnide: Quæ narrare inepri est scitras feruentis, quin machæra licitari aduersum cum cœpisti sciens.

506 ¶ *Longiscere*, longum fieri, vel frangere. Ennius lib. xvij. Neque corpora firma Longiscunt quicquam. Idem: Cum sola est, eadem faciunt longiscere longè.

507 ¶ *Ligurrire*, degustare. vnde abligurrire multa auidè consumere. Horatius: Semefos pisces tepidumque ligurriet. Attius Catul. Priapo: De meo ligurrire libido est.

508 ¶ *Latrocinari*, militare mercede. Plautus Cornicularia: Latrocinatus annos decem mercedem. In Tiberio: Qui apud regem in latrocinio fuisti, stipendium accepitasti. Ennius: Fortunas quas cœpere latrones iterferare.

509 ¶ *Lauerna* dea, cui supplicant fures. Plautus Cornicularia: Litaueram Lauernam in fures scelerascit manus. Lucil. lib. xvij. Si melle facis musas, si vendis Lauernam.

510 ¶ *Luculentitatem* à luculento. Cæcilius Hymnide: Vide luculentitatem eius, & magnificentiam. Laberius Tucca: Dominus noiter tua luculentitate captus.

511 ¶ *Lustratus*, luxuriosus à lustris abditis lucis. Plaut. Caf. Vnde es, nihil vbi lustratur ibi bibatur.

512 ¶ *Lusciosus*, qui ad lucernam non videt, & *μεινωσις* vocantur à Græcis. Varro Disciplinarum libro octauo: Vesper non videre, quos appellant lusciosos. Idem Andabatis: Ædepol idem cæcus non lusciosus est.

513 ¶ *Lemures*, laruæ nocturnæ, & terrificationes imaginum, & bestiarum. Varro de vita populi Romani libro primo: Quibus temporibus in sacris fabam iactant noctu, ac dicunt se lemures domo extra iannam eieicere.

M.

514 ¶ *Mollitudinem* pro mollitie. Var. Papiapapæ, *μεινωσις*: Sigilla in mento impressa amoris digitulo, vestigio demonstrat mollitudinem. Cicero de Oratore lib. sexto: In ipso factu modum & mollitudinis, & leuitatis.

515 ¶ *Mirius* magis mirum. Varro *μεινωσις*: Subtilis, ac plaudis, & ab aratro postices stiuam. oro nunquid enim hoc mirius?

516 ¶ *Mandare* positum pro commendare. Sifenna Histor. lib. iij. Post principia paulatim recedunt, atque inde cum paucis fugæ se mandant. Vnde & procuracionem mandare, commendare, vel causam sentire poteris.

517 ¶ *Macri-*

517 *Macritudinem* pro macie. Plaut. Capitiuis: Ossa, atque pellis sum miser macritudine.

518 *Mustum* non solum vinum, verum nouellum quicquid est, rectè dicitur. Nauis Gymnastico: Vtrum est melius, virginemne an viduam vxorem ducere? virginem, si musta est.

519 *Maximitas* positum pro magnitudine. Lucr. libro ij. Ne quædam cogas immani maximitate.

520 *Multesima* pars nouè posita quantitas infinita. Lucretius lib. vj. Quàm sit paruula pars, & quam multesima constet.

521 *Miseritudine* pro miseria, vel misericordia. Accius Astyanacte: Troia est testis. quare ex aliis, qui illius miseritudine Nomen clarum in humili saxo multis memorant vocibus. Idem Alpheibœa: Cum ipsa sim, & si miseritudo eorum vlla est liberum.

522 *Mæstitudo* pro mœstitia. Accius Telepho: Quem ego vbi adspexi, virum memorabilem intui viderer, ni vestitus teter, mœstitudo, vastitudo prædicarent hominem esse. Plaut. Aulularia: Qui tanta mala, mœstitudoque obtigit?

523 *Magnitate* pro magnitudine. Accius Bacchis: Neque sat fingi, neq; dici potest pro magnitate.

524 *Macellum* dictum pro macilentum. Lucillius probat libro sexto: Si nosti, nõ magnus homo est, nasutus, macellus.

525 *Macore* pro Macie. Pacuuius Peribœa: Corpùsque meum tabe, mœtore, errore, macore lenet. Varro Serrano, *μακροσίων*: Noster Atticus riuialis homo iturus in curiã cum macefcebat.

526 *Matrescam*, matris similis fiam. Pacuuius Duloreste: Vtinam nunc matrescam ingenio, vt meum patrem vleisci queam.

527 *Munia*, officia. Sallust. Hist. lib. tertio: Actum maximè (vti solet in extremis rebus) sibi quisque carissimam domi recordari, cunctique omnium ordinum munia sequi. Plaut. Mercatore: Dicens pro meritis gratum me, & munia fore.

528 *Metari*, parare. vnde & metatores. Virgil. Georg. lib. secundo: Si pinguis agros metabere campi, Denfa sere. Cœlius Annaliũ libro tertio: Omnes simul terram cum classi accedunt nauibus, atque scaphis egrediuntur, castrametati signa statuunt. Vnde hodièque metatores dicimus.

529 *Mammeatam*, māmofam. Plaut. Pœnulo: Cuius amicam mammeatam.

530 *Musimones*, asini, muli, aut equi breues. Lucillius lib. sexto: Prærium emit, qui vedit equum musimonem. Caro Deletorio: Asinum, aut musimonem, aut arietem.

531 *Mastis* pro mœstifcas, Laberius Tuf.

co: Concitatam mobilitate mœstas.

532 *Micthyris* paupercola, pulmentaria. Lucil. lib. xx. Pulmentaria vtentibus, aut aliquod genus herbarum, & ius mænarum bene habet se myctiris, hoc est meri.

533 *Mertaret* pro merentem faceret. Accius Myrmidonibus: Quod sicut decuit, ista res mecum, aut meus mertaret dolor, iamdiu inflammari, & ardere naues vidissent suas.

534 *Madore* infusione. Sallust. Hist. libro tertio: Quasi par in oppido festinatio, & ingens terror erat, ne ex latere noua munimenta madore infirmarentur. Nam mœnia oppidi stagnabant redundantibus cloacis aduerso æstu maris.

535 *Mercatis* pro mercantibus. Sallust. Hist. lib. v. Cæteri negotia sequebantur familiaria legatorum, aut tribunorum, & pars sua comitatibus mercatis.

536 *Maceries* est maceratio. Afranius Excepto: Si ille hæc nunc sentit, facere illi satis Vis quanta illius mors sit, maceries tibi.

537 *Manubias*, manus exuuiæ. Nauis Danaë: Manubias suppetat pro me.

538 *Mutuuum* pro mutuo. Lucillius libro xxvij. Et si maxime, quod spero, mutuũ hoc mecum facis.

539 *Mordicus*. Lucillius lib. xxvij. Mordicus petere aurum, & flamma expediat, è cœno cibum. Plautus Manæchmis: Iam dudum oportuit nasum ademptum mordicus.

540 *Monstrificabile*. Lucil. lib. xxvij. Nunc ignobilitas his mirum, ac monstrificabile.

541 *Mendicariet* pro mendicare, & mendicabulum pro mendicatione. Plaut. Vidularia: Malim moriri meos, quàm mendicariet. Boni ministrantur, illum nunc irident mali. Idem Aulularia: Memorare nolo hominum mendicabula.

542 *Mertaret*, mergeret. Acci. Antenoridis: Fortasse an sit quod hic non mertet metus: Idem Deiphobo: Vel hic qui in ea parte effrenata impudentia Præsentem præsens dictis mertare institit.

543 *Muginari*, murmurare. Lucillius lib. septimo: Muginamur, molimur, subducimur. Atta Aquis caldis: Atque ea muginantur hodie, atque ego occlusero fontem.

544 *Medullitus* à medullis. Varro, Cras credo, hodie nihil: Atque vt igni feruido medullitus Aquiloniam intus seruat frigidinẽ. Plaut. Truculento: Ostendisse sciam mihi medullitus infidelem nunquam dum viam fore. Ennius Satyrar. lib. tertio: Enni poeta salue, qui mortalibus Versus propinas flameos medullitus.

545 *Meritissimo*. Turpilius Paraterusa: Meritissimo te magnifacio. Cælius Afoto: Meritissimo hic me eiecit ex hac decuria.

546 *Minitabiliter* pro minaciter. Accius Ænea. Calleci voce canora fremitu peragrāt minitabiliter. Pacuvius Antiopa: Minitabiliterque increpare dictis seuis incipit.

547 *Morsificatim* à morsu. Varro: Sicut puli sic incedunt, & in labellis morsificatim lufant.

548 *Mutabiliter* à mutando. Varro cras credo, hodie nihil: Quibus instabilis animus ardens mutabiliter habet habere, & non habere.

549 *Mordicibus*, & mordicus pro morsu, pro moribus. Plaut. Aulularia: A fini me mordicibus, scindant, boues incurfent cornibus. Cicero Academ. lib. iij. Perpicuitatem, quam mordicus tenere debemus, abesse dicamus.

550 *Meander* est picturæ genus à simili opere labyrinthorum ortum clauiculis illigatum. Varro, *μαῖον ὑπὸ τῶν ποταμῶν τῶν γὰρ*: Mihi facies mandrata, & vermiculata, atque etiam aded ingens orbem terræ. Virgilius libro quinto: Victori chlamydem auratam, quam plurima circum Purpura Mæandro duplici Melibæa cucurrit.

551 *Mansum*, mandendum, aut mansatū. Varro *μαῖον ὁρῶν*: Dein certè alij fluctu, vt ficum pararet mansum, quo venarum sanguine riuos completeret. Lucilius lib. xxx. Speras ætatem eandem hæc proferre posset mansū ex ore daturum.

552 *Mulierauit*, vt effeminauit. Varro *μαῖον ὁρῶν*: Et rex & misellus ille pauper amat, habetque ignem intus acrem, hic ephebetū mulierauit: hic ad me deca adolescentem cubiculum pudoris primus polluit.

553 *Memordi*, pepolci, pepugi, spepondi in veteribus lecta sunt. Acc. Honilia: Attrice vrsūm se memordisse autumat. Lab. Callis: De integro patrimonio mea centum millia nummūm memordi. Eanius: Meum non est, at si me canis memorderit. Cætera in obscurioribus inuenimus.

554 *Metus* nouè, & eleganter positum. Sallust. Histor. lib. j. Ad bellum excitabat metus Pompeij victoris, hoc est, quod de Pompeio metueretur.

555 *Mendicimonium*, & mechimonium Laberius in libro quem Cropsium inscripsit. in eo verba hæc inueniet, qui doctrinæ studium putauerit adhibendum. In eo quoque libro *mansus*, quod est, furatus, inueniet.

556 *Medioximum*, medio actum modo. Varr. Modio: Quid aliud est, quod Delphicè canat columna litteris suis, *ἀγὰρ μέδον*, viduā nos facere ad mortalem modum medioximè, vt quondam patres nostri loquebantur.

557 *Masculum* pro forti, ac vehementi: Varro, *ἔπος λέγει*: Si non plus testiculorum effuderis, quam in castrato pecore in Apu-

lia, vincor non esse masculum ad rem.

558 *Mancum*, debilem. Marc. Tullius de finibus bonorum & malorum libro tertio: Sed & iam alteris tribus, qui mancā fore putauerunt sine aliqua accessione virtutum.

559 *Minutum*, positum pro breui. Varr. Epist. Latina: Si venisses Capuam, quod & pueros minutos vides libenter, & maiores animaduertere non vis. Marcus Tullius Verriarum libro iij. Reticulūque ad nates admouebat, tenuissimo lino, minutis maculis, plenum rosa.

560 *Maceria*, paries. Sifen. Histor. libro iij. Post villarū macerias, ac parietinas quinque cohortes in insidiis reliquit.

561 *Manipulatum*, collecta manu. Sifen. Hist. lib. iij. Requiescendi spatium nacti condensiores manipulatum resistere hostibus instituisent.

562 *Multifariam*, partibus multis. Sifen. na Histor. libro tertio: Quod loca palustria, quæ erant & altè multifariam confossa.

563 *Marsupium*, sacculum. Var. Cato, vel de liberis educandis: Ex quo perspicuum est maiorem curam habere nos marsupij, quam vitæ nostræ.

564 *Molimentum*, pro conatu. Sifen. na Histor. libro quarto: Contra magno cum molimento, ac perpetuo sono procedunt.

565 *Modiperautores*, quasi modum imperantes. Varro Rerum humanarum lib. xx. In conuiujs qui sunt instituti putandi modiperautores magistri.

566 *Magniloquentia*. Cicero de oratore, Quod ille dactyliis numerus hexametrorum magniloquentiæ sit accommodatior.

567 *Ministratrix*, positum pro ministra. Cic. de Orat. Sed omnes comites, ministratrixque esse oratoris dices.

568 *Male audiam*. Cic. de Orat. lib. ij. In quo libenter male audiam, sed, quia causam non libenter remitto, nimium patiens, & lætus existimor.

569 *Multitudo*, positum pro frequentia, aut copia. Cicero de Oratore libro tertio: Sed vt Pōtiffices veteres propter sacrorum multitudinem, tres viros epulones esse voluerūt. Eodem: Hunc etiam, qui familiarior nobis propter scriptorum multitudinem est.

570 *Mulierofitas*, cupiditas femineæ voluptatis. Cicero Tuscul. libro iij. Similitèrque ceteri morbi, vt gloria cupiditas, vt mulierofitas, vt ita appellem, eam, quæ Græcè *φιλογυνεία* dicitur.

571 *Memorian*, positum pro vetustate. Pacu. Chryse: Pèrque nostram egregiā vnanimitatem, quam memoria deiungat.

572 § *Murmurillum*, murmuratio. Plaut. Rudente: Nolo ego murmurillum, neque su furrum fieri. Idem: Quid murmurillas tecū, & te discrucias?

573 § *Mediastinus* non solum balnearum, sed ædium quoque ministros, & curatores legitimus. Lucil. xvij. Villicum Aristocrate mediastinum atque bubulcum. Cato præceptis ad filium: Ille imperator, tu illi ac ceteris mediastinus.

N

574 § *Nuperum* pro recenti positum ab eo, quod est nuper, id est, ante non multum temporis. Plaut. Captiu. Quid tu vna nocte postulauisti, & dic Recens captum hominem nuperum, nouitium.

575 § *Neminis* positum pro nullius. Plaut. Captiu. Neminis me miseret, nam mei miseret neminem. Lucillius lib. xxx. Neminis ingenium tantum confidere oportet.

576 § *Noxius* pro noxia. Acc. Armorum iudicio: Oculi noxius obliteretur Pelopidarum, ac per nos sanctescat genus.

577 § *Nubere* veteres non solum mulieres, sed etiam viros dicebant, ita ut nunc Itali dicunt. Pompon. Pannuceatis: Sed meus frater maior postquam vidit me inde eiectum domo, Nupsit posterius dotata vetula, varicofæ, afræ.

578 § *Nitiditate* pro nitore. Acc. Bacchis: Formæ, figuræ nitiditate hospes regis.

579 § *Numen* pro ornatu. Virg. Æneidos lib. ij. Vadimus immisti Danais haud numine nostro.

580 § *Nenum* pro non. Lucil. lib. xxx. Sed tamē hoc dicas, quid est nenu molestum est. Var. Epistola ad Fufium: Si hodie nenu venis, eras quidem si veneris meridiem die natalis fortunæ.

581 § *Neuile* pro non vult. Titin. Setina: Iplus quidem herele ducere sanē neuile. Plaut. Trinum. Filiam meam tibi desponsatam esse audio, nisi tu neuis.

582 § *Nigret*, nigra fit. Pacu. Chryse: Solis que exortu capeffit candorem, occasu nigret. Acc. Bacchis: Splendet sæpe, ast idem nimbis interdum nigret.

583 § *Nitidant*, abluunt, dictum à nitore. Enn. Cresphon. O pie eam secum aduocant, eunt ad fontem, nitidant corpora. Acc. Thebaide: Quin id Ciræo fonte adueniunt mundulæ, nitidantur vulgo, pripendantur foni.

584 § *Nixurire*, niti velle. Nigidius Commento grammaticæ xxx. Nixurit qui niti vult, & in conatu sæpius aliqua re perpellitur.

585 § *Notificem*, nota faciam. Pompon. Atræo: Nunc te obsecro stirpem ut euoluas, meorumque genus notifices mihi.

586 § *Numelle*, machinæ genus ligneum

ad discrucianos noxios paratum, quo & collum & pedes immittunt. Plaut. Afinaria: Neruos, catenas, carcerem, numellas, pedicas, boias.

587 § *Nugiendus* Plautus dici voluit omnes eos, qui aliquid mulieribus vendant. Nam omnia, quibus matronæ vtuntur, nugæ voluit appellari. Plaut. Aulul. Vbi nugiendis res soluta est omnibus.

10 588 § *Nidus* pro poculo. Varro Quinquatribus: Quam lympham melius à lacuna fontium allatam, nidos potili permisceat.

589 § *Nidulantur*. Varro primo Hebdomadon, Dies deinde illos quibus Halcyones hyme in aqua nidulantur, eos quoque septem esse dixit.

590 § *Nescium* pro incognito. Plaut. Rudente: Quæ in locis nesciis nescia spe fumus.

20 591 § *Noctescere*, cæcari. Furius Poematis: et si est auctoritatis incertæ: Omnia noctescunt tenebris caliginis atræ.

592 § *Nepam* quidam cancrum putant ob illud Plauti: Retrouorsum cedam, imitabor nepam. Et illud aliud: Aut cum nepa esset dubium in utroque. Nam verè nepa scorpi dicitur. M. Tul. de finib. bonorum & malorum lib. v. Serpere anguiculos, natate antictulas, volare merulas, cornibus uti videamus boues, nepas aculeis, suam denique cuique naturam esse ad viuendum ducem.

30 593 § *Nex* pro Nece. Sisenna Hist. lib. iij. Quoniam neque mea nex, neque intercessio posse videtur illorum dementem reprimere audaciam.

594 § *Nania*, ineptum & inconditum carmen, quod adducta pretio mulier, quæ præfica diceretur, iis quibus propinqui non essent mortuis exhiberet. Var. de vita populi Romani lib. iij. Ibi à muliere, quæ obitum à voce esset, per quam laudari, deinde nania cantari solitam ad tibias, & fides.

O

595 § *Obscruauit*, quasi seæuum, id est malum omen attulit. Plaut. Afinaria. Metuo quod illic obscruauit meæ fallæ fallaciæ.

596 § *Opimitas* ab opimo. Plaut. Afinaria: Maximas opimitates & gaudio effertissimas. Idem Captiu. Maximas opimitates opiparasque offers mihi.

50 597 § *Obba* poculi genus, quod nunc vba dicitur. Var. Est modus matulæ, & mei pædne: Dolia atque apothecas trilineares, melicas, calenas, obbas, & cumanos calices.

598 § *Opulentitas* pro opulentia. Plaut. Milite glorioso: Quasi qui eius opulentitatem reuerearis. Cæcil. Plocio: Opulentitate nostra sibi iniuriam faciam.

60 599 § *Orbitudinis* pro orbitate. Acc. Amphitr. Miseret lacrymarum, luctuum, orbitudinis. Turpil. Thrafileone: Hoc te oro, ut il-

lius commisereticas miseræ orbitudinis. Pacu. Duloreste. Vel cum illum videas sollicitum orbitudine.

600 § *Ocquiniscere* est proprie inclinare. Pompon. Prohibulo: Ut nullum ciuem pædicauit per dolum, Nisi ipse orans vtròque ocquinisceret. Idem Pistore: Nisi nunc aliquis subito obuiam occurrit mihi, Qui ocquiniscat, quo compingam terminum in tutum locum.

601 § *Obliterare* est obscura facere, & in obliuionem ducere. Acc. Agamemnonidis: Inimicitias Pelopidarum extinctas iam, atq; oblitteratas memoria renouare.

602 § *Offendo*, offensio. Afran. Vopisco: Quòque nunc offendo saepe procul nostra sit mala.

603 § *Olat* pro oleat. Afran. Fratriis: Non potest Quin illa tacta, longèque & multis olat. Pomponius Aleonibus: Aleo ludam sanè meæ malè olant manus.

604 § *Obsorduit*, obsolenit. Cæcil. Hypobolim. Rastraria: Obsorduit iam hæc in me ærumna miseria.

605 § *Obstringillare*, obstare. Enn. Satyrar. lib. iij. Resistant, occurrunt, obstant, obstringillant, obagitant. Var. Manio: Lex neque innocenti propter similitudinem obstringillat, neque nocenti propter amicitiam ignoscit. Idem de re rustica lib. j. Tu inquit, inuides tanto scriptori, & obstringillandi causa figlinas reprehendis, cum præclara quædam, ne laudes, prætermittas. Idem de vita populi Romani lib. iij. Quod Curio cum id fecisset, dicebat amicis ut illi renuntiaretur se obstringillaturum, ne triumphus decerneretur, aut ne iterum fieret consul.

606 § *Obuarare*, peruertere, deprauare, dictum à varis. Enn. Achille: Nam consiliis obuarant, quibus tamen concedit hic ordo.

607 § *Obsecundanter*, obsequenter. Nigidius de Diis lib. j. Cum autem id quid sit quærimus, obsecundanter nature viuerent.

608 § *Oculitus*, ut animitus, medullitus. Plaut. Cornicularia: Qui amant ancillam meam Hedylium oculitus.

609 § *Ossiculatim*, ut simulatim. Cæcil. Fallacia: Ossiculatim Parmenonem de via liceat legam.

610 § *Officere*, obesse. M. Tul. de Offic. lib. ij. Demoliri ea, quorum altitudo officeret auspiciis.

611 § *Oliuitatem* fructus olei. Varro Gloriam, *æd. obs. v. v.* Denique omnis cum lucerna combusta est in lucubrando, oliuitasque consumpta est. Idem de repub. lib. j. Non modò integra eximi, sed etiam maior, quam in arbore vnquam pependerit, de oliuitate oleas eius optimè condi scribit Cato.

612 § *Ocepsa*, cæpero. Plaut. Amphitryo-

ne: Ni ego illi puteo, si ocepsa, animam omnem intertraxero.

613 § *Osasum* pro odi. Plaut. Amphitryone: Inimicos semper osasum obtuerier.

614 § *Orbium* dictum per orbem. Varr. *γῶβι οὐρανῶν*: Ut sidera cæli Diuim circum terram, atque axem quæ voluuntur motu orbico.

615 § *Opulescere* ab opulento dictum decorè. Furius Poematis: Quo magis in comptis possint opulescere campis.

616 § *Occulte*, occulta. Cic. de Orator. lib. ij. Inter iuncta argumentorum plerumque occulas, nequis ea numerare possit. Virgil. Georg. lib. ij. Quod superest, quæcunque premet virgula per agros, Sparge fimo pingui, & multa memor occulte terra.

617 § *Opinabile*. Cic. Academ. lib. j. Itaque hanc omnem artem rerum opinabilem appellabat.

P

618 § *Penularium* quasi theca, & vagina penula. Nonius Fullonico: Non multo post sonoram accepit, abseder, consequitur penularium, psilorum petit.

619 § *Pleuitatem*, ignobilitatem. Cato pro Veturio: Propter tenuitatem & pleuitatem. Hemina in Annalibus: Quicumque propter pleuitatem agro publico eieci sunt.

620 § *Petilum*, tenue, & exile. Lucil. xij. Insignis varis cruribus, & petilis. Plaut. Plouino: Nam coloratam frontem habet, petilis habris. Petilis tenuis dicit, habris mollis dicit.

621 § *Paces* plurali numero nouè positum. Varro de vita populi Romani lib. iij. Animaduertendum primum, quibus de causis, & quemadmodum constituerint paces: secundum, qua fide, & iustitia eas coluerint.

622 § *Pondo* mille octingentum nouè Varro de vita populi Romani lib. iij. Itaque retulit auri pondo mille octingentum septuagintaquinque, Græci enim herona mille dixerunt.

623 § *Panus* tramæ inuolucrum, quem diminutiue panulam vocamus Lucil. lib. ix. Foris subtegminis panus est. *Tumor* quoque inguinum ex similitudine sic vocatur. Afran. Matertera: In quem plenam papulam, panum tympanum. Nouius Optione: Qui me miserum miseriorem reddidit, quam panus puerum. q; pueri ægrius patientur hoc genus morbi.

624 § *Peniculamentum* à veteribus pars vestis dicitur. Enn. lib. xi. Annalium: Pendet peniculamenta vnum ad quemque pedum. Lucil. lib. xix. Peniculamentum verè reprehendere noli. Cæcil. Fœneratore: Volat sanguis, simul auolat peniculamentum, & pallio datur.

625 § *Prognariter*, strenuè, fortiter, & constantè.

stater. Plaut. Persa : Ego scio hercle virun-
que velle. Age, indica prognariter. Ennius
Annalium lib. vj. Diu hoc audite parumper:
Vt pro Romano populo prognariter armis:
Certando, prudens animam de corpore mit-
to.

626 ¶ *Perperos*, indoctos, stultos, rudeis, &
insulos, mendaces. Acc. Pragmatic. Describe
re in theatro perperos popularis. Idem eod-
dem: Et eo plectuntur poetæ, quàm suo vitio
sepius. Ductabilitate nimia vestra aut perpe-
ritudine.

627 ¶ *Præcox*, & præcoca, quod est, imma-
tura. Ennius Annalium lib. viij. Præcox pug-
na est. Lucil. lib. viij. Anicula aspera, atq; præ-
cox est fuga. Nou. Huic puellæ præcoquis li-
bido inest.

628 ¶ *Populatum*, per populos. Pomponius,
Magnus poeta placuit populatum omnibus.

629 ¶ *Premiatores*, nocturni prædones. Ne-
uius Annagrennuntius: Nam in scæna nos
nocturnos cœpit præmiatores tollere.

630 ¶ *Populacia*, vt nugalia, vel puerilia.
Lab. Latè coquentibus hædum populacia a-
gimus per ludum.

631 ¶ *Possëtrix*, à possidendo. Afran. Aliber
totius monilis possëtricem. ita tonstrix, ita
impulstrix, ita curatrix, ita plaustrix, ita
alstrix.

632 ¶ *Perpetuitas*, sit perpetua, æterna. 30
Enn. Annalium lib. ix. Libertatēque vt per-
petuitasint quàm maximè.

633 ¶ *Præcisum*, & omasum partes carnis &
viscerum. Næuius Aulularia: Præcisum, oma-
sum, pernam, callum, glires, glandia. Lucil.
libro xx. Illi præciso, atque epulis capiuntur
opimis.

634 ¶ *Pisculentum*, positum piscosum, vt
puluerulentum. Cato Originum lib. v. Orig-
ine fluuium Naronem magnum, pulcrum,
pisculentum. Et lib. viij. Fluuium Hiberum, 40
is oritur ex Catinatis magnus, atque pulcer,
pisculentus.

635 ¶ *Pasceolus*, ex aluta sacculus. Plaut.
Ruden. Præterea centum denaria Philippea
In pasceolo seorsum. Lucillius lib. xij. Adde
Syraculis sola, pasceolum, alutam. Cato in
Pansam: Pueri in ludo solent pasceolos fu-
rati.

636 ¶ *Piem*, colam, custodiam. Plaut. Asi-
naria: Vbi piem pietatem, si istoc more mō-
rata tibi postulem placere? Mater mihi quo
pacto præcipis?

637 ¶ *Portifculus*, propriè est hortator re-
migm, id est, qui eandem perticam tenet,
quæ portifculus dicitur, quæ excursus, &
exhortamenta moderatur. Plaut. Asinaria: Et
meam partem loquendi, & tuam trado tibi
ad loquendum, atque ad tacendum tute ha-
beas portifculum. Enn. lib. viij. Annal. Thus 60

ante tenentes parerent, obseruarent, portif-
culus signum cum dare cœpisset. Lab. Cith-
ra: Nec palmarum pulsus, nec portifculi.

638 ¶ *Perplexabile*, figuratum, quod aliud
audiatur, aliud sentiatur. Plaut. Asinaria: Nec
vllum verbum faciat perplexabile.

639 ¶ *Præsegmina*, propriè Plautus Aulul.
ea dici voluit, quæ vnguibz eminulis præ-
fecantur: Quin ipsi pridem tonfor vngues
dempferat, Collegit, omnia abstulit præ-
segmina.

640 ¶ *Pipulo*, pro conuitio. Plaut. Aulula-
tia: Ita me bene amet Lauerna, te iam, nisi
reddi, Mihi vasa iubet, pipulo hic differam
ante ædeis.

641 ¶ *Picos*, veteres esse voluerunt, quos
Græci πύρα: appellant. Plaut. Aulularia: Pici
diuitiis, qui aureos montes colunt, ego solus
supero.

642 ¶ *Percellere*, euertere, percutere. Varro
Parmenone: Alius tenerā abietem solus per-
cellit.

643 ¶ *Pinseret*, tundere, vel molere. Var. πύρα
πύρα: Nec pistorem vllum nosset, nisi eū,
qui in pistrino pinseret farinam. Idem de vi-
ta pop. Rom. libr. j. Nec pistoris nomen erat,
nisi eius, qui rursi far pinsebat, nominati ab
eo, quod pinfunt.

644 ¶ *Porcas*, Var. πύρα πύρα: Non vides
in publica nocte te tabernas, qua populus
ambulando perinde, vt in arato porcas red-
dit?

645 ¶ *Putidum*, putre. Var. πύρα πύρα: In-
de putidas vuas acinis electis, & comestis ex-
tendit in lectis quondam. Cato Originum
lib. ij. Si inde ignauus putidas, atque sentico-
sas commeatu monere volebat. Cæcil. And-
ria: Conducit nauem putidam. Afran. Au-
guribus: Et fallaci aspectu paries pictus, pu-
tidus.

646 ¶ *Pœnitudinem*. Pacu. Teucro: Que
desiderio alummum pœnitudine Squale, sca-
præque inculta vastitudine.

647 ¶ *Præbitio*, à præbendo, id est, exhi-
bendo. Var. Eumenidibus: Quod ea die mea
erat præbitio, in ianuam caue canem inscribi
iubeo.

648 ¶ *Pueros* pro seruis. Var. Eumenid. Vix
vulgus confluit, non Furiarum; sed puerorū,
atque ancillarum.

649 ¶ *Paxillus* diminutiuum à palo. Var.
Eumen. Vbi dicatur primus Zenon nouam
hæresin nouo paxillo suspendisse. Idem Bi-
margo: Vt nouum cribrum nouo paxillo pē-
deat.

650 ¶ *Proximi*, id est, proximo. Cato con-
tra Furium, die proximi hoc dicit, sed ea de-
clinatione à veteribus & craftini & pristini,
præpristini dictum.

651 ¶ *Properatim*, dictum est properanter.

Cæcilius Plocio: Properatim in tenebris istuc confectum est opus.

652 ¶ *Pernicies*, periculum, exitium. Lucil. xxix. Nunc tu cōtra venis, vel qui in nuptiis, vel se seneces, nec sine pernicie. Plautus Asinaria: Pelle crebris pernicieis.

653 ¶ *Parcui*, parci. Næuius Quadrigemini: Suo labori nullus parcit.

654 ¶ *Perbitere*, perire. Pacuvius Petibœa: Nam me perbitere, illis opitularier quouis exitio cupio, dum pro sim modò. Titin. Fullo: iam pridem egressa vt perbiteris. Liuius Tere: Ego puerum interea ancillæ subdam lætatem meæ, Ne fame perbitet. Ennius Hecuba: Nunquam scripsisti, qui parentem, aut hospitem nec assat quos quis cruciatur peruiteret.

655 ¶ *Pigrare*, retinere. Acc. Erigonis: Fateor, sed cur propter te pigrem hæc aut huius dubitem parcere capiti? Idē Chrysiippo: Melius pigrasse, quàm properasse est nefas.

656 ¶ *Prouidere*, mouere, & ferre. Pacu. Teu. Aut me occide, illa hinc sine vsquam prouideam gradum.

657 ¶ *Puellascere*, effeminari, vel reuirefcere. Var. Baiis: Quod non solum innubæ fiunt communes, sed etiam veteres puellascunt, & multi pueri puellascunt.

658 ¶ *Palæstricos*, quasi ex vsu palestræ. Afran. Excepto: Etiam depellis mihi manū per palæstricos.

659 ¶ *Populatum*. Cæcil. Obolofate: Ego perdidisti te, qui omnes seruos perdo populatum, quæso ne ad malum, hoc addas malum.

660 ¶ *Præfente*, corā, vel præsentibus. Pōp. Syris: Quidam apud forum præfente testibus mihi vedit. Acc. Manalippo: Est res aliqua, quæ præfente his prius maturè institit. Fenestella Annal. lib. ij. Et quædam extrā præfente suis, quædam absente proiecisse. Nou. Mania. Medicatè volumus dono donare pulcro præfente omnibus.

661 ¶ *Primitus*, pro primè, & primitus pro primo. Pomp. Maccis geminis: Quin bono animo es video, eripis primitus dapes. Lucil. li. v. Sicuti cum primitus ficos populare sentis, item pretio ingenti ad primitus paucos.

662 ¶ *Prognariter*, audaciter. Plau. Persa: Age, indica prognariter.

663 ¶ *Properatim*, & pperiter, celeriter, properanter. Quadrigar. Annal. lib. ij. Eo cōsules properè exercitum reducunt. Pomp. Buccone adoptato: Pergis properatim. Cæcil. Plocio: Properatim in tenebris istuc confectum est opus. Pacu. Teuc. Mihi classe impetrat Theffalam, Nostramque in altum vt properiter ducerem. Acc. Telepho: Remisque nixi properiter nauem in fugam tradunt.

664 ¶ *Præfractum*, durū, inflexibile. Marc. Tull. de offic. lib. iij. Ego etiam cum Catone

meo sæpe dissensi, nimis mihi præfractum videbatur, ærarium vectigaliæque defendere: omnia publicanis negare. Et Hortensio: His contrarius Aristotius præfractus, ferreus, nihil bonum, nisi quod rectum a tque honestum est.

665 ¶ *Pulcritas*, pro pulcritudo. Cæcil. Harpazomene: Dij boni, quid illud est pulcritatis?

666 ¶ *Proletarij*, ciues dicebantur qui in plebe tenuissima erant, & nō amplius quam mille, & quingentos æris in censum deferebant. Enn. Annal. Proletarij, vt publicitus seu tæque, ferrique ornatus.

667 ¶ *Prospica*, & despica intenta, & contempla. Næu. Asitogiola: Ac sibi prospica, ac despica. Potest ergo prospicus, ac despici dicitur.

668 ¶ *Pollentia*, potentia à pollendo dicta. Plaut. Rudente: Ne ineptorum potior sit pollentia. Pollere ergo commune est.

669 ¶ *Propitiabilis*, ad propitiandum. Enn. Cupiuncula: Huic est animus propitiabilis, ita & adolabilis, id est sine dolore.

670 ¶ *Pauxillisper*, à pauxillo. Plaut. Truculentus: Plus decem pondo amoris pauxillisper perdidit, id est, per particulas.

671 ¶ *Ponderitatem*, à pondere, vt grauitatem. Acc. Pragmaticon lib. ij. Et cuncta fieri cætera iubet illa, non quod ponderitatem, grauitatēque hominis.

672 ¶ *Pueritia*, id est, puritas. Var. Rerum diuin. lib. j. Quæ pueritia est infrequens polluta.

673 ¶ *Prælubare*, lumbos perfringere. Nou. Vindemiat. Cœpit vnumquemque prælubare fustibus.

674 ¶ *Puera*, pro puella. Var. Væ victis, & *peronias*: Properate viuere puere, quas finit ætatula ludere, esse, amare, & Veneris tenere bigas. Idem de vita populi Romani lib. ij. Sic in priuatis domibus pueri liberi, & puere ministrabant.

675 ¶ *Pupa* & *Pupi*. Var. Aboriginibus, & *αἰδραπὸν πύρας*: Itaque breui tēpore magna pars in desiderium puparum, & sigillorū veniebat. Idem Tithono, & *αἰδραπὸν πύρας*: Ac mammā lactis fugentem pascere pupum.

676 ¶ *Pipare*, proprie gallinæ dicuntur. Var. Aboriginibus, & *αἰδραπὸν πύρας*: Mugit bos, ouis balat, equi hinnunt, gallina pipat.

677 ¶ *Procludere*, dixit prolatare, producere. Varro, *τὸ πρὸ τῆς πύρας πύρας*, & *αἰδραπὸν πύρας*: Legendo autem & scribendo vitam procludito. Virgil. Georg. lib. j. Durum procludit arator Vomeres obtusi dentem.

678 ¶ *Præcox*, id est, præcoqua. Varro Synephebo, & *ἡμιμυρῆς*: Verere, ne manu non mittat, cum octo medicarios honestos audissemus dare possis, mittet, quod si non mittes, fugies, si me audies, cum tempus reuocat, ea præcox est fuga.

679 ¶ *Pauperantē*, id est, pauperem fecit. Plautus Milite glorioſo: Quæ improba est Pro mercis vitio dominum pretio pauperat. Idem Acari studio: Quam ego tanta pauperavi per dolum pecunia. Titinnius Priuigno: Nam quid ego feci, & aduersum, aut patrem meum, quem pauperetis ambo vestris sumptibus. Idem Varro: Æquum est me habere eos pauperem sumptu meo.

680 ¶ *Potus*, à bibendo. Lucil. lib. xxx. Secus cū eo medio ac ludo bene potus recessit.

681 ¶ *Paucies* pro raro dici veterū auctoritas docet. Titin. Gemina: Postquam factus maritus, hanc domum abhorres, tuam etiam vxorem paucies video. Idem eadem: Tu autē, inquit, in urbem paucies venire soles. Cælius Annalium lib. vj. Consulō non paucies arcessitum.

682 ¶ *Pollinctores* sunt qui mortuos curant. Varro mutuū muli scabunt, *ἰσχυροῦ*. Itaque plures dies inter medici discessum, & aduentum pollinctoris interfuerunt, & id astate videas. Varr. Cosmotyrine, *ἰσχυροῦ*. Propter cunam capulum positum nutritrix tradit pollinctori. Plautus Afinar. Ecquis currit pollinctorem accersere?

683 ¶ *Putamina* non solum arborū sunt, verum omnium rerum purgamenta. Nā quicquid ex quacunque re proicitur, putamen appellatur. Plaut. Capti. Nucleum amisi, reliqui pigneri putamina.

684 ¶ *Pestilentia*, pestilentia. Lucillius lib. vj. Atque ea vis omnis morborū pestilentiaque. Lucr. lib. vj. Hæc igitur clades noua pestilentiaque.

685 ¶ *Pœniturum*. Accius *ἠντανό μόνον*: Quod si proccedit, neque te, neque quæquam arbitror tuæ pœniturum laudis: quam vt serues vide.

686 ¶ *Pausa* est quies alicuius rei. Accius 40 Epigono: Sed iam Amphilochem huc vadere cerno, & nobis datur bona pausa loquendi. Lucil. Satyr. lib. j. Hæc vbi dicta dedit, pausam facit ore loquendi.

687 ¶ *Profferari*, impetrari. Lucillius libro xxvj. Nec minimo, & profferatur pax, quod Callandram signo deripuit.

688 ¶ *Puella*, pueros. Varro Testamento, *ἠδὲ δρασινῶν*. Sic ille puellus Veneris repente vado cecidit eruentis olim. Lucil. Satyr. libro 50 iij. Cūque hic tam formosus tibi, ac te dignus puellus. Lucre. lib. iij. Et natæ possunt tamen inde puellas suscipere, & partu possent ditescere dulci. Ennius: Ille luos Diuis mos facrificare puellas. Varo Marcipore: Peliam me, & permisisse, vt seu eluuiem degluberet dum madore puellum. Idem Sexagesi: Vltra intra pectus dormitio vigilabilis: quæ mi puellum impuberem cepisti.

689 ¶ *Pecus* non solum quadrupes ani-

mal, verum omnia animalia pecudes vocantur. Plaut. Rudente: Nō vides referre me vti dū rete sine squamoso pecu? Liuius Ægistho. Tum autē lascium Nerei simum pecus. Virgilius Georg. lib. iij. de apibus: Et pecudum custodia sollers. Lucret. lib. ij. Præterea genus humanum, mutæque natantes Squamigerū pecudes. Lucil. Satyr. lib. v. Lasciure pecus inllit, rostrique repandum.

690 ¶ *Percitum* dictum est percussum. Plau. Amp. Delirat vxor, atra bili percita est.

691 ¶ *Pecua*, & pecuda ita vt pecora veteres dixerunt. Nauius Gymnastico: Homines pecua, belluāque. Idem Lycurgo: Sine ferro pecuda manibus vt ad mortem meant. Acc. Astya: In celsis montibus pecua, atque inter colles pascunt Danaï in Phrygia, & terminis. Idem Medea: Vagant, pauore pecuda in tumulis deferunt, Quis nos pascet postea? M. Tul. de repub. lib. iij. Cū adhibent in pecuda pastores. Accius Diomede: Passim quæ præda pecua balabāt agris. Cæcilius vmbri: Et homini, & pecudibus omnibus. Sifenna Hist. lib. iij. Iumenta & pecuda locis trepidare compluribus.

692 ¶ *Putret*, putridum est Pacuuius Teucro: Quanquam annis que & ætate hoc corpus putret. Accius Erigona: Quanquam exāgue est corpus mihi, atque annis putret.

693 ¶ *Protollere* est differre. Lucil. Satyr. li. j. Si nō ampli? ad lustrū hoc protolleret vnū.

694 ¶ *Prina* significat singula. Lucil. Satyr. lib. j. Ad cenam adducam, & primū hisce abdomina thymni aduenientibus priua dabo. Lucret. lib. iij. Quod si fortē animas extrinsecus insinuari Vermibus, & priuas in corpora posse venire Credis.

695 ¶ *Prodigitas* dicta profusio. Lucil. Satyr. lib. vj. Nequitia occupat os, petulantia, prodigitaque.

696 ¶ *Porcet*, significat prohibet. Pacu. Atalanta: Magna te, vt verear cloqui, porcet pudor. Accius Erigona: Quibus oculis quisquā nostrum poterit illorum obtui vultus, quod iam ab armis anni porcent? Ennius Telamone: Deum me sentit facere pietas, ciuium porcet pudor. Var. Manio: Hunc Cereris tibi ministra frugibus suis porcet. Lucil. lib. vj. Non te porro procedere porcent.

697 ¶ *Prolixitudinem* à prolixo. Pacu. Duloreste: Oro mi, ne flectas fandi mi prolixitudinem.

698 ¶ *Perfice*, per feceris. Lucr. li. ij. Deniq; ad extremum crescendi perfice finem Omnia perduxit rerum natura creatrix.

699 ¶ *Pediolus* à pede diminutiue. Afran. Ex cepto: Atq; adeo nolo nudo pediolo es pus.

700 ¶ *Petigo* genus morbi. Lucillius li. 30. Illuuius, scabies, oculos huic denique petigo Conscendere.

701 ¶ *Porri* morbi genus. Lucillius lib. xxx. Tristem, & corruptum scabie & porriginis plenum.

702 ¶ *Profligare* verbum passiuum ad vsum trahi ceptum est. Nam cum sit profligatum perditum, & ad internecionem adductum, nunc perfectum solum, tum aut edificium, aut aliquod vtile inceprum dicendum putant, cum affectum dici debeat, non profligatum. M. Tul. tamen Tuscul. lib. v. Profligata iam, & penè ad exitum deducta quaestio est. Idem de prouincijs consularibus: Bellum adfectum videmus. & infra: Nam ipse Caesar quid est quod in ea prouincia commorari velit, nisi vt ea, quæ per eum adfecta sunt, perfecta reipubl. tradat. Et in Oeconomicis: Cum affecta iam prope ætate à sole miscere tempus est.

703 ¶ *Patritium*, vt auitum. Varro Manio: Funere familiari commoto, auito ac patrito more precabamur. Idem reipub. lib. xx. Secundum leges habitasset patritas. Cicero Tuscul. lib. j. Patritam illam, & auitam, vt ait Theophrastus, philosophiam.

704 ¶ *Percedere*, vt decedere. Cicero Orat. Concilium non concessum, & quod quidam percessum etiam volunt.

705 ¶ *Popinones* vel hi, quos nunc dicimus tabernarios à popinis, vel luxuriosos, qui se popinis dedunt. Varro Modio: Quis poculis argenteis in quorum introibit? popino. Lucil. lib. j. Infamem honestam, turpèmq; odisse popinam.

706 ¶ *Putidum* non putrem, sed odoris mali. M. Tul. de finibus bonorum & malorū lib. v. Non in scitè illud dictum videatur in sue, animum illi pecudi datum pro sale, ne putisceret.

707 ¶ *Percursionem*, excursum. Cic. Tuscul. lib. v. Propter animi multarum rerum breui tempore percursionem.

708 ¶ *Præstinatim*. Sisenna Hist. lib. iij. Idemque perseverauerunt: vt lex perueniret ad quaestorem ac iudices, quos velent instituerent præstinatim, & cupidè.

709 ¶ *Præstolari* est expectare vel manere. Sisenna Hist. lib. iij. Occultè, tacitèque aduenientium cohortium præstolari accipiunt.

710 ¶ *Permittere*, promittere, incitare, vel præcipitare. Sisenna Hist. lib. iij. Et inde equū concitatum princeps ad hostium permittit actiem. Idem lib. iij. Multi præmissis armis ex summo se permetterent.

711 ¶ *Proicere*, effundere honestè positū. Sisenna Hist. lib. iij. Tum postquam apud Æginos, ac Petrusinos eius facti mentionem proiecit.

712 ¶ *Petulantiam* pro improbitate. Cicero de Orat. lib. ij. Illud assequor, vt si quis mihi fortè maledicat, petulans, aut sanè infa-

nus esse videatur.

713 ¶ *Pressu* quasi compressione. Cicero de Orat. lib. iij. Valerium Seranum leuitate vocis, atque ipso vocis pressu, & sono facile vincat.

714 ¶ *Paupertates* nouè positum numero plurali. Varro de vita populi Romani lib. xj. Quid inter hos Ioues interfit, & eos, qui ex marmore, ebore, auro nunc fiunt, potes animo aduertere, & horum temporum diuitias & illorum paupertates.

715 ¶ *Paupertinum*, pauperem. Varro de vita populi Romani lib. j. Vt incitet, occultèque sunt consentanea, quod sunt paupertina sine elegantia, ac cum castimonia.

716 ¶ *Plumarium* [à plumando] Varro, Cato, vel de liberis educandis: Etenim nulla quæ non didicit pingere, potest bene iudicare, quid sit bene pictum à plumario, aut textore in puluinaribus plagis.

717 ¶ *Purpurascis*. Cicero Academicorum lib. ij. Quid mare, nonne caruleum? aut eius vnda cum est pulsa ramis, purpurascit? & quidem aqua tinctum quodammodo & infectum.

718 ¶ *Perpendiculi* & normæ. Cic. Acad. li. ij. Atqui si id crederemus, non egeremus perpendiculis, non normis, non regulis.

719 ¶ *Pingue* positum pro impedito, & inepto. Cicero Academicorum lib. quarto: Quod ipsi Antiocho pingue videtur, & sibi ipsi contrarium.

720 ¶ *Probatu* difficile. Cic. Tuscul. libro v. Quod & difficile est probatu propter tam varia & tam multa tormenta fortunæ.

721 ¶ *Palpo* quasi à palpando. Plaut. Mercatore: Palpo percutit.

722 ¶ *Peminosum* mali odoris à pedore dictum. Varro de re rustica lib. j. Solida terra pauita, maximè si est argilla, ne situ peminosa in rimis eius grana oblitescant.

723 ¶ *Pisare*, frangere vel tundere. Varro de re rustica lib. j. Promendum hieme, vt in pistrino pisetur, ac torreatur.

724 ¶ *Præcidaneum* est præcidendum. Varro de vita populi Romani lib. iij. Quod humatus non sit, hæredi porca præcidanea suscipienda Tèlluri, & Cereri. aliter familia pura non est.

725 ¶ *Palangæ* dicuntur fustes teretes, qui nauibus subiiciuntur, cū attrahuntur ad pelagus, vel cū ad littora subducuntur: vnde etiam nunc palangarios dicimus, qui aliquid oneris fustibus trahunt. Varro de vita populi Ro. lib. iij. Cū Pœnus in fretum obuia venisset nostris, & quosdam cepisset, crudelissimè pro palangis carnis subiecerat, quo metu debilitaret nostros.

726 ¶ *Pondo* ducentum nouè, Varro sæpe de vita populi Romani lib. iij. Delphos Apollini mu-

lini munera missa, corona aurea pondo ducentum.

R

727 ¶ *Rotunde* positum eleganter, cōcinnè, vel collectè. Cicero de Finibus bonorum & malorum lib. iij. Ista ipsa, quæ tu breuiter, regè, dictatorem, diuitem solum esse sapientem, à te quidem aptè, ac rotundè, quippe habes à rhetoribus.

728 ¶ *Ruta* dicuntur diruta. Cicero de Orator. lib. ij. Et dicis te cūm ædeis venderes, ne in rutis quidem & cæsis solum tibi paternū recepisse. Virgilius Georgi. lib. ij. Cumulòsque ruit malè pinguis arena.

729 ¶ *Rauum*, filium. Cicero Academ. lib. iij. Quia nobismetipsis tum cæruleum, tum rauum videtur, quòdque nunc [quia] à sole collucet.

730 ¶ *Ramis* est raucitas. Plaut. Aulularia: Vbi si quid poscamus, ad rauim poscamus prius. Idem Cistellaria: Expurgabo hercle omnia ad raucam rauim.

731 ¶ *Rurant* pro rusticantur. Plautus Captiuus: Dum rurant homines, quos liguriat. Varro Serrano, *ὡς ἀργυριστῶν*: Dum in agro studiosius ruror, aspicio Triptolemem sculponeatum bigas sequi cornutas.

732 ¶ *Rarenter* pro rarè. Cæcilius Plocio: Tu nurum non vis odiosam tibi esse, quam rarenter videas. Pomponius Ergastulo: Longè ab vrbe villicari, quòd herus rarenter venit, Non villicarier, sed dominari est mea sententia.

733 ¶ *Ructus*, à ructando ductus. Plautus Pleudolo: Pergin' ructare in os mihi, suauius ructus mihi est, sic sine simodo. Lucillius Satyrarum lib. iij. Exhalas tum acidus ex peccore ructus.

734 ¶ *Resupinas*, honestè, id est, ab incepto reuocas, vel peruertis significat. Accius Antigona: Quid agis? perturbas rem omnem, ac resupinas loror.

735 ¶ *Ringitur*, irascitur. Terentius: Dum tibi sit quod placeat, ille ringitur, tu rideas.

736 ¶ *Riscus*, loca in parietibus angusta. Terent. Eunuchos: In riscos odiosa cellas?

737 ¶ *Reciproca*, recipe. Reciproca animū inquam odiose. Ennius Andromeda: Riscus profus reciprocatur, fructus feram.

738 ¶ *Repedare*. Lucillius libro xxvj. Redisse ac repedasse, vt Roma vitet gladiatoribus. Idemque: Sanctum ego à Metello Romanam repedabam munere.

739 ¶ *Redandruare*, redire. Lucillius lib. ix. Vt vulgus redandruet inde. Pacuuius Chryse: Græcos nihil mediocriter redandruare.

740 ¶ *Redhostit*, rediit. Accius Amphite. Quid hic redhostit viam, cometet obtet facilius? Idem *δὲ ἀνακτοῦ* libro j. Vt dum ve-

lint breuitatem consequi verborum, aliter relatum redhostire sponsum.

741 ¶ *Repuerascere*, in puerum redire. Nouius Agricola: Quid ita? quia enim repuerascis, fugit has personas pater. M. Tullius de Oratore lib. ij. Eòsque incredibiliter repuerascere esse solitos, cūm rus ex vrbe tanquam ex vinculis euoluissent. Et de senectute: Et si quis Deus mihi largiatur, vt ex hac ætate repuerascam, & in cunabulis vagiam. Et de Oratore lib. ij. Cum Scipione solitum rusticari, eòsque incredibiliter repuerascere esse solitos.

742 ¶ *Rhetorissat*, rhetoricè loquitur. Pomponius Medico: Dolasti vxorem, nunc & propter me cupis concidere, & iam rhetoricissas.

743 ¶ *Ramices* dicuntur pulmones, vel hernia. Plautus Mercatore: Tui causa rupi ramices atrum dum spūto sanguinem. Idem Pœnulo: Neque nos quenquam flagitamus, neque nos quisquam flagitat. Tua causa nemo nostrum est suos rupturus ramices. Var. Triodite, *ὡς ἀριτῶν*: Prius quàm in orchestra Pythaulis inflet tibias domi suæ ramices rumpit. Lucillius Satyrarum lib. nono: Quod deformis senex appetitus ac podagrosus, Quod mancus, miser, exilis, ramice magno. Varro *καρπητοδιδασκαλῶν*: Rapta an nescio quo mulione, rapturis ramices rumpit.

744 ¶ *Ruspari*, est scrutari. Accius Nyctegresia: Iube nunc attentare, iube nunc animo ruspari Phrygas. Idem Meleagro: Vagant ruspantes syluas sextam tesseras.

745 ¶ *Regredere*, reuocare. Ennius Achille: Quòd nunc incerta re, atque inorata, gradum regredere conare?

746 ¶ *Ruminare*, dictum in memoriam reuocare. Varro Tanaquile: Non modò absens quicquam de te sequius cogitauit, sed etiam ruminabitur humanitatem. Lilius Egeypho: Nemo hæc voster ruminabitur mulieri.

747 ¶ *Rusticatum*, pro rusticè. Pomponius Alconibus: At ego rusticatum tangam, vrbannatim nescio.

748 ¶ *Rumiferare* dictū honestè rumoribus ferre. Plautus Amphitryone: Quamque adeò ciues Thebani verò rumiferant probam.

749 ¶ *Redurare*, aperire, contra id quod dicitur obturare. Varro Agathone: Pueri obscænis verbis nouæ nuptæ aures redurant.

750 ¶ *Rutuba*, perturbatio. Varro Sexagesi: Ergo tum Romæ parè, putèque pudentis Viuere tum in patriam, nunc sumus in rutuba.

751 ¶ *Reuocare*, positum per vices mutuo

vocare. Varro Sexagesi: Qui nobis ministrant pueri diebus festis cicer viride, qui nos prouocare, aduocare cum audeant, nos illos reuocare timemus.

752 ¶ *Recentari* honestè positum pro nouari, quod est Græcè *καινοποιεω*. Matius: Iam albicaescit Phæbus, & recentatur. Commune lumen hominibus voluptasque.

753 ¶ *Rapinators* pro raptoribus. Varro Mar. In inuidiam veniant in hoc ipso rapinators. Lucillius lib. ij. Homo impudicus impune est rapinator.

754 ¶ *Rheda*, vehiculum. Varro epist. ad Vartoneum: Quod si tuam heri rhedam non habuisses, varices haberem.

755 ¶ *Recentiorum*, nouorum. M. Tul. de finibus bonorum & malorum lib. ij. Horum recentiorum nunquam dictum ab vilo, quod sciam.

756 ¶ *Rumam* veteres mammam dixerunt. Varro Cato, vel de liberis educandis: Hisce Manibus lacte fit, non vino, Cuminæ propter cunas, Ruminæ propter rumam, id est prisco vocabulo, mammam, à quo subrumi etiam nunc dicuntur agni.

757 ¶ *Reiculas* oues, aut ætate, aut morbo graues. Varro Cato, vel de liberis educandis: Vt in grege opilio oues minus idoneas remouere solet, quas reiculas appellat. Sæpe enim vnus puer petulans, atque impurus inquinat gregem puerorum.

S

758 ¶ *Saluatim* [& vellicatim] Sifen. Hist. lib. i. Nos vna ætate in Asia & Græcia gesta litteris iccirco continentia mandauimus, ne vellicatim, aut saluatim scribendo lectorum animos impediremus.

759 ¶ *Scapum*. Var. Margo: Mihique diuitum stylo nostro papyrino leuij scapos capitio, nouo partu poetico.

760 ¶ *Sutrinus* è suendo. Varro Hercule Socrat. Qui sutrinus facere infcius, nihil homo agis.

761 ¶ *Scabre*. Var. Manio: Ager derelinqueretur ac periret squalè, scabreque, illuue & vastitudine.

762 ¶ *Strigosus* apud veteres morbus dicitur iumentorum, qui corpora stringat, aut fame, aut alia vitij causa, quasi stringosus. Mafurius Sabinus lib. vij. Centores, inquit, Publius Scipio Nasica, & M. Pompilius, cum equitum censum agerent, equum nimis strigosum, & malè habitum, sed equitem eius vberimum, & habitissimum viderent.

763 ¶ *Suspiciosum*, qui in suspicione sit. Cato de re Floriana: Sed si qui palàm corpore pecuniam quæreretur, aut se lenoni locauisset, & si famosus, & suspiciosus esset, vim in corpus liberum non æquum celsuere adferri.

764 ¶ *Subyces*, nouè positum non à subii-

ciendo, sed altitudine. Ennius Achille: Per ego Deum sublimes subiices humidus. Vnde oritur imber. Virgilius Bucolicis: Quantum vere nouo viridis se subiicit alnus.

765 ¶ *Scriptas*, scrupedas, stritabiles exprobratio vitij, aut deformitatis meretricum. Plaut. Friuolaria: Scriptas, scrupedas, stritabiles, sordidae.

766 ¶ *Sabulum*. Varro *ταφῆ ὑψίππου*: Non vides in magnis peristylis, qui cryptas domi non habent, sabulum iacere à pariete aut cryptis, vbi ambulare possint?

767 ¶ *Suctu*. Varro *γλαυκῆ σκωτῶν*: Vt cremenata corpora fierent maiora paruo vt suctu candida lactis.

768 ¶ *Super*, valde, vehementer. Virgilius Æneid. lib. j. His accensa super iactatos æquore toto Troas. Et libro tertio: O mihi sola mei super Astyanactis imago: Sic oculos, sic ille manus, sic ora gerebat.

769 ¶ *Scapres*, pro scabres. Ennius Andromeda: Scrupeo inuestita saxo, atque ostreis, quam excaperent. Pacuuius Teucro: Que desiderio alumnium, pœnitundine, Squalè, sca presque inculta vastitudine.

770 ¶ *Secundare*, prosperare. Virgil. lib. vj. Dij nostra incepta secudèt. Propertius Elegiarum lib. iij. Iam liquidum nautis aura secundat iter.

771 ¶ *Sunat*, deprimat. Lucillius libro vij. Sunauit taxim ad nares, delphinus vt olim.

772 ¶ *Scurrile*, quasi vulgare, à scurris. Cicero de Oratore lib. ij. Vitandum est oratori vtunque, ne aut scurrilis iocus sit, aut mimicus.

773 ¶ *Sordet*, sordidata est. Accius Ægystho: Cum manus materno sordet sparsa sanguine.

774 ¶ *Sublabrare*, cibum intra labra mittere. Næuius Decuma: Iam ego illi subiens sublabrabo esui illud sinciput.

775 ¶ *Sublimare*, extollere. Ennius Medea: Sol qui candètem in cælo sublimat facè.

776 ¶ *Superstitent*, saluent. Ennius Menalippo: Regnumque nostrum vt sospitent, superstitentque.

777 ¶ *Septuosè*, obscurè. Liuius Antiopa: Ita septuosè dictio abs te datur, quod consecutam sapiens ægrè contulit.

778 ¶ *Sempiternè*, semper. Pacuuius Medo: Populòque, vt faustum, sempiternè sospitent.

779 ¶ *Septifariam*, vt multifariam. Santra de verborum antiquitate: In quod volumen vnum nos lectitauimus, & postea inuenimus septifariam diuisum.

780 ¶ *Simulte*, pro similiter. Plaut. Pseud. Exollabo ego illum simulte itidem, vt muranam cocus.

781 ¶ *Scriptat*, constat esse rarum. M. Tullius

lius Hortensio: Itaque tibi concedo, quod in duodecim scriptis solemus, vt calculum re-
ducas, si te alicuius dati pœnitet.

782 ¶ *Succidiam*, successionem necessariã. M. Tul. de senectute: Iam hortum ipsi agrico-
la, succidiam alteram vocant. Dicitur & suc-
cidia, quod est laridum.

783 ¶ *Signatam* integrã virginem vetustas
voluit dicere. Lucillius lib. xxix. Primã Chry-
ficum negat signatam reddere.

784 ¶ *Superbos*, veteres mortuos dixerunt. Plaut.
Amphitryone: Faciam ego hodie te su-
perbum, ni hinc abis: & post auferere, non
abibis.

785 ¶ *Surillare*, obcludere. Varro Gemi-
nis: Contrã lex Mœnia est in pietate, ne filij
patribus luci claro fugillent oculos.

786 ¶ *Satullem*, pro latrem. Varro *ἀει μὲν ἰ-
μύτων*. Neque in puluere mythico coquã car-
nes, quibus satullem corpora, ac famem 20
ventris.

787 ¶ *Singulum*, pro singulare. Plautus Ci-
stellaria: Atat, singulum video vestigiũ. Var-
ro, *ἀει πλοῦ* libro primo. Tum verò doces hi-
storiam necessariam simul vnum singulum
esse. Idem Octogesi, *ἀει νομισμάτων*: Hoc erat
incommodi, quod nesciebamus, semel vnum
singulum esse. Apud alium auctoritatis in-
certe: Nisi dixerat nummo singulo mul-
tabatur.

788 ¶ *Sperem* veteres spem dixerunt: vnde
& prosperè dicitur pro spe. Varro Abori-
ginibus, *ἀει ἀδράπων ὄνομα*: Sublimis speri-
bus iactato notio volitantis alios nitens tru-
ditio. Idem *ὄνομα λέγει*: Quibus suam delectet
ipse amasiã, Auiditatẽ speribus læter suis.

789 ¶ *Scalpurire*, scalpere. Plautus Aulula-
ria, Vbi erat hæc defossa, occipit ibi scalpu-
rire vnguibus.

790 ¶ *Somnorinas* dixit quæ in somnis vi-
deantur. Varro Prometh. lib. j. Leuius men-
sum cum somnorinas imagines Affatur, non
vibrantur somno pupulã.

791 ¶ *Satias*, pro satietas. Accius Aftyana-
te: Quorum crudelitatem nunquam vlla
explet satias sanguinis. Varro Prometheo
lib. ij. Cum sumere cœpisset, voluptas retine-
ret. Cùm sat haberet [satias] manum de men-
sa tollere. Sallustius Hist. libro secundo: Hi
sartibus occupatis tum externorũ agros in-
uasere, frumentique ex inopia graui satias
facta est. Lucillius lib. xxix. Quid mihi pro-
derit, quem satias iam omnium rerum tenet:
Terentius Eunuchus: Nam vbi me fortè
satias cœpit, commuto locum. Lucretius li-
bro ij. Quam tibi iam nemo fessus satiate vi-
dendi.

792 ¶ *Squalam* pro squalidam. Ennius Te-
lamone: Strata terrã lauere lacrymis vestem
squalam & sordidam.

793 ¶ *Socienno* pro socio. Plautus Aulula-
ria: Ibo intro, atque illi socienno tuo iam in-
terstringam gulam.

794 ¶ *Scaturix*. Varro: Est modus matular,
ἀει μὲν ἰσ: Manias hic Theobogenes fuit sca-
turex.

795 ¶ *Somniculosus*, quod ad somnos vacet.
Labeo. Sororibus: Acastor multum somni-
culosum.

796 ¶ *Sauitudo* pro sauitia. Plaut. Bacchid.
Vincla, virgẽ, molle sauitudo mala fit peior.

797 ¶ *Suauitudo*, suauitas. Plaut. Bacchidib.
Cor meum, spes mea, mel meum, suauitudo,
cibus, gaudium. Turp. Leucadia: Intercapedi-
ne interficior, desiderio differor, Tua mihi
cupiditas: suauitudo, & mei animi exspe-
ctatio.

798 ¶ *Seueritudine* pro seueritate. Plaut. Epi.
Quid illud est, quod illi caperat frons seue-
ritudine?

799 ¶ *Sorditudine* pro sorde. Plaut. Pœnu-
lo: Vt mihi absterferunt omnẽ sorditudinẽ.

800 ¶ *Sententia*, sensibilitas. Lucret. lib.
iij. Interoscere verborũ sententia quæ sit.
Lucil. Sat. lib. ij. Vertitur cœnophoris fundus
sententia nobis. Idem libro v. Si tam corpus
loco validum, ac regione maneret, Scriptores
quã vera manet sententia cordi.

801 ¶ *Speciem*, specimẽ, vel exemplar. Lu-
cil. lib. xxx. Sicuti te, qui ea, quæ speciem vi-
tæ putamus esse.

802 ¶ *Sodales*, socij. Cicero de Orat. lib. ij.
Quod tamen eum defenderem, qui mihi so-
dalis esset.

803 ¶ *Solitate*, pro solitudine. Accius Eury-
face: Tuam solitatem memoras, formidas
tibi.

804 ¶ *Subiti*, dicti pro repẽtini. Acc. Armo-
rum iudicio: Bene facis; Sed nunc quid subiti
mihi febris aestuat mali.

805 ¶ *Sanctitudo*, pro sanctitas. Acc. Tereo:
Alia hic sanctitudo est, aliud & nomen, &
numen Iouis. Idem Phœnissis: Delubra cali-
tu maris sanctitudine. Turpilius Leucadia:
Miseram terrent me omnia, Maris scopuli,
sonitus, solitudo, sanctitudo Apollinis. M.
Tul. de repub. lib. iij. Eosdem terminos ho-
minum curæ, atque vitæ, sic pontificio iure
sanctitudo sepultura. A. Tan. Suspecta: Tuam
maiestatem, & nominis matronæ sanctitu-
dinem.

806 ¶ *Satu* positum pro semine. Acc. Pelo-
pidis: Nam me heredem ex tuo esse conce-
ptum satu, vt argumenta redigunt animum,
& commouent. Idem Telepho: Profecti quã
quam est ortus meliori satu.

807 ¶ *Scriptio*, pro scriptũ. Var. *ἀει ἀποκατάστασις*,
ἀει γὰρ ἐπιχειρῶν: Vulgòque auarus fecera-
tor spe lucri rem scripture duplicarat.

60 Cicero Tusculanar. lib. v. Impulsi sumus ad

philosophiæ scriptiones.

808 ¶ *Segnitas* pro segnitia. Acc. Æneadis aut Dec. Eo nunc quod eorū segnitie ardet focus. Idem Andromeda: Nanque vt dicam te mru aut segnitie addubitare, haud meū est. Cic. de Oratore lib. ij. Et quoniam de imprudentia diximus, castigemus etiam segnitatem.

809 ¶ *Scelerosi* pro scelerati. Lucil. Satyr. lib. j. Non tamen atatem, tempestatem hanc scelerosi Mirentur. Afran. Diuortio: O diem scelerosum, & indignum.

810 ¶ *Speratum*, id est, sponsum. Afran. Fratriis: Curre, & nuntia venire, & mecū speratum adduce. Videat puellam, curent, cōformant iube. Idem eadem: Speratam nō o di tuam.

811 ¶ *Screare*, exspuere. Terent. *ἰαυοτιμω* 20 *εσυωφω*: Gernitus, screatus, tussis.

812 ¶ *Serescit*, positum pro siccatur, quod serenitas sicca sit. Lucret. lib. j. Denique fluctuago suspensæ in littore vestes vuescunt, eadem dispanse in sole serescunt. Inde Virgil. doctè Georg. lib. j. Vnde serenas Ventus agat nubes. hoc est, siccas. Idem alio in loco: Atque arida differt Nubila.

813 ¶ *Sucerdæ*. Lucil. lib. xxx. Hic in stercore humi, fabulisque fimo atque sucerdis.

814 ¶ *Simitu*, simul. Lucil. lib. xxx. Gratia habetur vtrisque, illis quæ sibi quæ simitu. Plaut. Amphit. Non ego cum vino simitu ebibi imperium tuum. Idem Mercatore: Ita tres simitu res agenda sunt, quando vniam occæperis.

815 ¶ *Subscium*, secundum, sequens. Lucil. lib. xxvij. Præterea hæc subscium si quando voles operam. Subscium positum succedens, succidaneum. Cic. de Orat. lib. ij. An se hæc nescire, quæ ego serò succedens oneri, vt aiunt.

816 ¶ *Suppliosionē*, plausum, vel percussum. Cic. de Orat. libro iij. Et quo vereor, ne nihil sint tui nisi suppliosionem pedis imitatus.

817 ¶ *Superbiloquentia*. Cicero Tusculan. lib. iij. Animi que impotentiam, & superbiloquentiam.

818 ¶ *Sarcinator*, sutor. Lucil. lib. xxvij. Sarcinatorez esse summum, suere centonem 50 optumē.

819 ¶ *Sospitent*, saluent. Ennius Menalippa: Regnūque nostrum sospitent, superstitentque. Pacu. Medo: Populo qui faustū semperiternē sospitent.

820 ¶ *Singulatim*, & sigillatim à singulis. Cæc. Hypo. Rastraria: Hos singulatim, sapere vos minus arbitror. Cæc. Annal. lib. j. Primum malo publico gratias singulatim nomina. Lucil. lib. xix. Sic singillatim nostrum vnusquisque mouetur.

821 ¶ *Solemnitus*, pro solenniter. Liuius Ægistho: Solemnitus à declitali laudet lubens. 60

822 ¶ *Scenatilis*, vel scenaticus pro scenico. Varro Modio: Sed, ô Petrule, ne meum taxis librum, Si te pepigat hic modò scenatilis. Idem *δύοι λυγροί*: Vt comici nitidi, scenatici.

823 ¶ *Saperdæ*, quasi sapientes, & elegantes. Varr. Modio: Omnes videmur nobis esse 10 belli, festiui, saperdæ, cum simus *καπεγοί*.

824 ¶ *Surditatem*. Cic. Tusculan. lib. v. In surditate verò quidnam est mali? Erat surdaster Marcus Crassus.

825 ¶ *Simplicitus*, simpliciter. Plaut. Mercat. Sed eam simplicitus dicam, si opera est auribus.

826 ¶ *Suscitabulum*, honestè positum incitamentum. Varr. *δύοι λυγροί*: Fonicia sunt vocis suscitabulum, Cantantiumque gallus gal linaceus.

827 ¶ *Similitas*, similitudo. Cæcil. Syracusis: Vide Demea, hominis quid fert morum similitas.

829 ¶ *Salebra*, à saltu dictæ. M. Tul. de finibus bonor. & malor. Hic si definire, si diu videre potuisset, si loquendi vim, si denique cōsuetudinem verborum teneret, nunquam in tantas salebras incidisset. Idem lib. v. Venit ad extremum, haret in salebra: cupit enim dicere. Et de Oratore: Alter enim sine vllis salebris, quasi sedatus amnis fluit.

830 ¶ *Sublestum*, est leue, friuolum. Plaut. Nam vbi ad paupertatem accessit infamia, Paupertas grauior fit, fides sublestior. 30

831 ¶ *Supellectilis*. Cicero Oratore: Verendum erit vsus oratori, & quasi supellectilis supellex.

832 ¶ *Scurrile*, à scurris ridiculum cum turpitudine. Cic. Orat. Ridiculo sic vsurum oratorem, vt nec nimis frequenti, ne scurrile sit: nec subobsæno, ne mimicum: nec petulant, ne improbum.

833 ¶ *Sportas*, aut ab sparto, quasi sparteas, aut ab asportando. Sallust. Hist. lib. v. E muris canes sportis demittebant. Varr. de vita populi Romani lib. j. Neque enim obsonium in tota cena ceptū ex variis rebus cum coniectum in vniam sportam perspicitur.

834 ¶ *Sodes*, non vt apud comicos, sed si audes. Cicero Orat. Libenter etiam copulando verba iungebant, vt sodes, pro, si audes. 50

835 ¶ *Scopas*. Cicero Orat. Etsi humilius dictum est, scopas (vt ita dicam) mihi videntur dissipare.

836 ¶ *Sciuntur*, pro cognita sunt. Cicero de Orat. lib. ij. Ars enim eorum est, quæ sciuntur. Oratoris autem omnis actio opinionibus, non scientia continetur.

T

837 ¶ *Tetret*, fœdet, polluat. Pacu. Peribœa: Belluarum, ac ferarum aduentus ne tetret loca.

838 ¶ *Tetinerit*, pro tenuerit. Pacu. Medo:

Credo quorsum iriner tetinisse aiunt? Accius Clytemnest. Vt quæ tum absentem rebus du-
biis coniugem tetinerit, nunc prodat vltorē.
Pacuvius Hermiona: Sub iudicio quoque om-
nes gradus tetinerim.

839 *Tetulit*, tulit. Accius Andromeda: Do-
nec tu auxilium Perseu tetulisti mihi. Cæci-
lius Hypobolim. Ærunnam pariter tetulisti
meam.

840 *Taxim*, sensum, vel occulte. Pompo-
nius Buccone adoptato: Claustrino tacitus
taxima perspectaui percautum.

841 *Temerius*. Accius *διδουχοδωκω* lib. ij.
Seu Euripidis, qui choros temerius in fa-
bulis.

842 *Testatim*, minutim. Pomponius Ver-
re ægroto: Iam istam colaphis comminuis-
sem testatim tibi.

843 *Tractim* vt sensim, id est, diutinè, lō-
go tractu. Plaut. Amphit. Quid si ego illum
tractim tangam, vt dormiat?

844 *Tudiculare*, commouere. Var. Mar-
cipio: Hæcine nobis, tibiue tudiculasse?

845 *Trabs*. Var. Parmen. Alia trabs pro-
nis in humum accedens proxumē Frangit
ramos cadens.

846 *Tegillum* diminutiuum à tecto. Var.
Sesquiullyse: Vigere volitans mulsus aquam
è nubibus totam indicat fore, vt tegillum
pastor sibi sumat.

847 *Terta* pro terta. Var. *ἄχου τε ἢ ἀεὶ τέρ-
ζου*: Atrei terta nitet galea. Idem, Cato, vel
de liberis educand. Alij sunt circumtonsi, &
terti, atque vnctuli, vt mangonis esse videā-
tur ferui.

848 *Temperatura* pro temperie. Var. *ἄμ-
μῶν μαρτοῖς, ἀεὶ φιλῶν ἰουέας*: Quæro ex te vtrum
hoc adduxerit calis temperatura, an terræ
bonitas.

849 *Torto* pro tonmēto. Pacuvius Dulo-
reste: Nam te in tenebris saepe lacerabo fa-
me, Clausum & fatigans artus torto distra-
ham.

850 *Tonsus* pro tonsura. Plaut. Amphit.
Sura, pes, statura, tonsus, oculi, nasus, vel la-
bra. Accius Amph. Sed quænam hæc est mu-
lier, funesta veste, tonfu lugubri?

851 *Tuburcinari* significat raptim man-
dicare. Titin. Prælia: Tuburcinari sine me
vultis reliquias. Plaut. Persa: Tuburcinari de
suo, si quid domi sit. Turpil. Boëthontibus:
Melixa intrus cessat, credo herele, helluo tu-
burcinatur.

852 *Tabificabile* vel tabificum. Acc. Me-
dea: Pat neci orbificor liberorum leto, & ta-
bificabili. Cic. Tusculan. lib. iij. Atque vt hæc
tabifica mentis perturbationes sunt.

853 *Tuam*, tuo more. Plaut. Amph. Ec-
ce rem iam ruatim facis.

854 *Tetritudo*. Acc. Philoet. Quod te ob-

secro, ne hæc aspernabilem tetritudo mea in
occulto faxit.

855 *Temere*, contemnere. Lucil. lib. xxx.
Quodque adeo fuerint qui temere super-
bum. Virgil. lib. vj. Discite iustitiam moniti,
& non temere diuos.

856 *Taxis* pro tetigerit. Varro Modio:
Sed, ô Petrule, ne meum taxis librum.

10 857 *Tippula* animal leuissimum, quod
aqua non nando, sed gradiendo transeat.
Varro Vimarco: Leuis tippula linifisci frigi-
dos transit lacus. Plaut. Leuior es quàm tip-
pula.

858 *Tonescit* pro tonat. Varro Vimarco:
Tunc repente calitum altum tonitribus tē-
plum tonescit.

859 *Transenna*, non (vt quidam putant)
transitus, sed est fenestra. Cicero de Orat. lib.
j. Nunc pete à Crasso, vt illam copiam orna-
mentorum suorum, quam constructam vno
in loco, quasi per transennam prætereuntes
strictim aspeximus. Sallust. Historiarum lib.
ij. Transenna demissum Victorix simulacrū
cum machinato strepitu coronam capiti im-
ponebat.

860 *Tironem* positum pro ignaro. Cice-
ro de Oratore libro ij. Frater enim callidum
quendam hunc, & nulla in re tironem, ac ru-
dem, nec peregrinum, & hospitem concedo
esse debere.

861 *Trutina* [à trutinando] Cicero de O-
ratore lib. ij. Ad oblectandos animos, ad im-
pellendos, ad ea probanda, quæ non artificis
statera, sed populari quadam trutina exami-
nantur. Varro de vita populi Romani lib. ij.
Aut aliqua ex argentaria trutina, aut lingua
pensum præ se omnes ferent.

862 *Turpari* à turpitudine. Cic. Tuscul.
lib. iij. Iouis aram sanguine turpari.

863 *Tenerascere*, tenerum esse. Lucretius
lib. iij. Scilicet in tenero tenerascere corpore
mentes.

864 *Trichinum*, tardum, & quasi impedi-
tum, vel sicum, & sine succo, vt sunt capilli,
qui Græcè *τρίχης* dicuntur. Var. Eumen. Quod
tunc quæstus trichinus erat, nunc est vber, vt
quæstus sit magnus.

865 *Tetrica* est seuera. Var. *τῆ παρτοῖς πα-
δου, ἀεὶ παρδοποίας*: Etiam si audisset, reddere
potuisset mulieri tetricæ, is ducat ad Appiā
moribus bonis. Virg. Æneid. libro septimo:
Qui tetricæ horrentis rupes, montemque se-
uerum.

866 *Tarditudinem* & tarditiem pro tar-
ditate. Plautus Pœnulo: Quod estis pigri, co-
chleas vincitis tarditudine. Accius Alcmae-
ne: Atque eccos segneis somno, & tarditu-
dine. Idem Diomede: Multa auituntur tar-
ditie, & secordia.

60 867 *Temeritudinem* pro temeritate. Pa-

cuius Duloreste, Egon' tyrannum noui temeritudinem?

868 *Tenta* dictum pro extensa. Lucretius libro ij. Tympana tenta sonat palmis & cymbala circum. Idem lib. vj. Duraque in ore iacens rictu frons tenta manebat. Lucilius Satyrarum libro vj. Tres à Deucalione grabati restibus tenti. Idem lib. xi. Hic ubi concessum, pellésque vt in ordine tentae. Et lib. xxx. Hic vt muscipula contenta, vt scorpius cauda sublata.

869 *Tristitia* pro tristitia. Pacuius Atalanta: Quid istuc est, vultum alligat quae tristitia? Turpilius Leucadia: Ante facta in ignem committo tristitia ante diuorium.

870 *Torporauit* pro torpescit. Turpilius Heræa: Herus stupidus aditat, ita eius aspectus repens cor torporauit homini amore.

871 *Titubare*, trepidare. M. Tullius Philippicar. lib. viij. Titubare, hæsitare, quo se verteret nescire. Virgilius Æneid. lib. v. Vestigia presso Haud tenuit titubata solo. Terent. *ἰσχυρὸν πρὸς τὸν ἀντιπρὸς*: Verum illa nequid titubet.

872 *Tortor* pro torqueor. Pompon. Decuma fullonis: Et ubi insilui in cocleatum equuleum, ubi tolutum tortor.

873 *Tunicare* pro vestire. Varro *λεγομεθα*: Hæc lanigeras detonderi docuit, tunicaeque homolum.

874 *Titonem*, fustem ardentem. Var. de vita populi Romani lib. ij. Contra nouo marito cum item è foco in titione ex felici arbore, & iam qualis qua allata esset.

V

875 *Vulgauit* honestè positum vile habuit, & quasi in vulgus dedit. Plautus Amphit. Cuique me absente corpus vulgauit suum. Vulgare in vulgus dare, & quasi multis audientibus, ac non taciturnis dicere. Virgil. lib. x. Quid me alta silentia cogis Rumpere, & obductum verbis vulgare dolorem? Ennius: Quæ scis, In vulgum vulgas, artémque expromis innetem.

876 *Veget* pro vegetat, vel erigit, vel getum est. Pomponius Maiali: Animos Venus veget voluptatibus: Ennius Ambracia: Æquora falsa veget ingentibus ventis. Varro Manio: Nec natus est, nec morietur: viger, veget, utpote plurimum. Idem *δρεῖ λέγει*: Quam mobile Diuum lyram sola roge quædam gubernans motibus Diis veget.

877 *Verecundum* est audax, & confidens. Plautus Amphit. Sic est, vera prædico, nisi etiam hoc falso dici insinuaturus es. nimis verecunda es.

878 *Venor*, circumuenior. Enn. Nemæa: Teneor conseptra, vndique venor.

879 *Vicissatim*, per vices. Næuius belli Pœnici lib. iij. Vicissatim volui victoriam.

880 *Visceratim*, per viscera. Ennius Androm. Alia fluctus differt, dissipat visceratim membra maria salsa spumant sanguine.

881 *Vnose*, id est, simul. Pacuius Iliona: Occidisti, vt multa paucis verba vnose obnuntiem.

882 *Vtraque* pro vtrinque, vel vtroque. Hemina Histor. lib. iij. In Hispania pugnatum bis, vtrâque nostri loco moti, cæde vsti, hæc atque hercle, vtrâque & cum ad nos venis, suffraginatam vidi.

883 *Vinum* pro vehementi, vel nouo. Virg. Æneid. lib. j. Paullatim abolere Sichaui Incipit, & viuo tentat præuertere amore.

884 *Vegrande* valde grande. Lucilius lib. xxvj. Non iccirco extollitur, nec vitæ vegrandi datur.

885 *Vanans* dictum pro fallens. Accius Alcmena: Tanta vt frustrando lactans, vanans protrahit.

886 *Vanitudo* pro vanitate. Plaut. Pol ego, vt tem video, tu inuentus verò à vanitudine. Pacuius Duloreste: Primum hoc abs te oro, nimis inexorabilem Faxis, ni turpissis vanitudine atatem tuam.

887 *Variantia* pro varietas. Lucretius lib. j. Talibus in causis, necdum variantia rerum.

888 *Viscus* positum pro viscere. Lucret. lib. j. Visceribus viscus gigni, sanguenque creati. Virgil. Georg. lib. j. Tum laqueis captare feras, & fallere visco Inuentum. id est, tractu visceris. Lucil. Satyr. lib. xij. Id ne agri est magis, an quòd pane & viscere priuo. Quod visus dederas, tu primum hæc viscera largi.

889 *Vagor* dictum pro vagitus. Lucret. lib. ij. Et superantur, item milcetur funere vagor.

890 *Vetustas*, & antiquitas vel felix, vel sapiens, vel mansueta est habita. Terent. Hecyra: Quis me est fortunatior, vetustatisque adeò plenior.

891 *Vastities* & vastitudo, & vastitas horror, & desertio, & contagium. Plaut. Pseudolo: Distractio, discidium, vastities venit. Acc. Euryface: Sed vt raruata & raueste, & vastitudo dine tardè forma tuis. Idem Meleagr. Quæ vastitudo hæc, aut vnde inuasit mihi? M. Tullius de offic. lib. ij. Qui collectis cæteris causis eluisionis, pestilentiae, vastitatis. Pacu. Teucro: Quæ desiderio alumnium, poenitudine, quales scabres, qua inculca vastitudine.

892 *Vastescant* significat inhorrescant, vel deserantur. Acc. Phœnissis: Iussit proficisci exsilium quouis gentium, Ne scelere tuo Thebani vastescant agri. M. Tullius de Oratore libro ij. Quid iam de hominum genere dicam, qui quasi cultores terræ constituti non patiuntur eam, nec immanitate bellua-

belluarum efferari, nec stirpium asperitate vastescere. Sallust. Iugurtha: Aberat mons ferre millia passuum xxx. tractu pari vastus, & humano cultu. Var. Manio: Asperum valde scabre atque illuue, & vastitudine.

393 ¶ *Vicissitatem*, pro vicissitudine. Acc. Phoenissis: Vicissitatemq; imperadi tradidit.

894 ¶ *Vllo*, pro vltus fuero. Acc. Epigone: Qui nisi genitorem vllo, nullum meis dat finem miseris.

895 ¶ *Verrucant*, id est vertant. Acc. Aenea dis, aut Decio: Te sancte verans precibus, inuicte inuoco, Portenta vt populo, patriæ veruncant bene. Pacu. Peribœa: Precor veniã, petens vt quæ egi, ago, axim, verrucant bene. Afran. Diuor. Et puncto auerrucant cur Syriam simul.

896 ¶ *Vilitant*, vilem faciunt. Turpil. Lindia: Quin moneam, quin clamem, & quera tua vitia, quæ te vilitant.

897 ¶ *Villicari*, est rusticari, vel villæ præesse. Pomp. Ergast. Nam longè ab vrbe villicarier, quò herus rarerer venit, Non villicarier, sed dominari mea est sententia. Afran. Suspecta: In Arpinos iam, quantum pote, explodam hominem, vt villicetur. Turp. Parater. Ego nondum etiam hic villicabar Phædrina. Idem Hætera: Hic villicor ante vrbe, nunc rus eo.

898 ¶ *Vinnulum*, sensilocum, id est, illecebrum. Plaut. Afinaria: Compellando blanditer, Ofculando, oratione vinnula, venustula.

899 ¶ *Vitabundus* pro vitans. Sallust. Hist. lib. iij. Duos quàm maximos vtreis leui tabula subiecit, quã super omni corpore quietus inuicem tracto pede quasi gubernator existeret, ea inter molem, atque insulã, mari, vitabundus clascè hostiũ, ad oppidũ peruenit.

900 ¶ *Volentia* id est, quæ vellent, à voluntate. Sallust. Hist. lib. iij. Multis que suspicio nibus volentia plebi facturus habebatur.

901 ¶ *Valentia*, fortitudo. Næuius Danae: Omnes formidant hominis eius valentiam. Titinnius Setina: Sapientia gubernator nauem torquet, non valentia.

902 ¶ *Vomica*, concaua loca, vetustate exesa. Lucil. lib. xxix. Tyroneo, & non mortifero adfectus vomica, & vulnere.

903 ¶ *Viriatum*, dictum est magnatũ virium. Lucill. lib. xxvi. Contra flagitiũ nescire bello vinci à barba ro viriato Annibale.

904 ¶ *Vescum*, nimis obfcurum. Lucil. lib. xxvj. Quàm fastidiosum ac vescum cum fastidio viuere. Virg. Georg. lib. iij. Nec vescas falicum frondes. Afran. Sororibus: At puer est vescis imbecillus viribus.

905 ¶ *Volup*, pro voluptate. Plau. Aæn. Hic senex siquid clã vxorẽ suã animo fecit volup.

906 ¶ *Virgindemiam*, vt vindemiam, hoc est, virgarum apparatus, vel demptio-

nem, vel decerptionem ob verbera. Varro Agathone: Quid tristiorẽ video te esse, quam angit hæc Lampadion, Quid familiaris filius Amat? Hæc spes est auxili argentiaria, Ideo que scapulæ metuunt virgindemiam.

907 ¶ *Viratum*, magnarum virium. Va. Meleag. Si non malit vir viratum vxorem habere Atalantam.

908 ¶ *Vulga*, capacitas, vel sinus cum laxitate. Lucil. lib. ij. In vulgam penetrare pilosam. Var. Sexagesi: Eo vt viaticum ex arcula adderem in vulgam.

909 ¶ *Verrucam* positum pro loco edito. Cato libris originum: Censeo, inquit, si rem seruare vis, faciundum, vt quadringentos aliquos milites ad verrucam illam ire iubeas, eamque vt occupent imperes.

910 ¶ *Vibices*, plagarum vulnera. Cato de falsis pugnis: Vbi societas? vbi fides? maiorũ insignitas iniurias, plagas, verbera, vibices, vis dolores, atque carnificinas per dedecus, atque maximam contumeliã inspectatibus.

911 ¶ *Vellicatim*, & saltuatim. Sifen. Hist. lib. j. Nos vna æstate in Græcia, & Asia gesta litteris idcirco continentia mandauimus, ne vellicatim, ac saltuatim scribendo lectorum animos impediremus.

912 ¶ *Victurus*, victoriam potiturus auctoritas prudentium putauit esse. Pyrrhus Rex, an Manius Curius prælio victurus esset.

913 ¶ *Virescit*, maiorum virium fit. Furrius Poematis: Excrefcunt animi, virescit vulnere virtus.

914 ¶ *Viro* etiam pro virtute naturali. Luc. libro ij. Concoctalque suo seruare & perdere viro.

915 ¶ *Venerata* pro veneranda. Virgilius libro 6. Curus quædabit venerata sacerdos.

916 ¶ *Vter* pro vtero. Cæcilius Vmbris: Nunc vter crefcit, non potest cælari.

917 ¶ *Vicatim*, per vicos. Sifen. Hist. lib. iij. Cum complures menses barba immiffa, & tonfo capillo, lugubri vestitu populum vicatim flens vnã cum liberis circumiret.

918 ¶ *Vultuosum*, tristem. Cic. Orat. In quocum effeceris, ne quid ineptum sit, aut vultuosum.

919 ¶ *Vermiculatum* pro minuto atque minato. Cic. de Oratore lib. iij. Quàm lepidè lexeis cõpositæ, vt tessellatæ omnes Arte, pauimento, atque emblemate vermiculato.

920 ¶ *Venaliij*, venditores. Cic. Oratione Corneliã lib. ij. Neque me dimitia mouet, quibus omnes Africanos, & Lælios multi venalitiij, mercatorẽsque superarunt.

921 ¶ *Vocare*, positũ pro trahere, ducere. Cic. Orat. Si de iure ciuili tecũ serã, vocauit te hominẽ prudẽtissimũ his ipsis rebus, quas abs te didicerit, dicundi arte superauit.

921 ¶ *Verecundari*, verecundia teneri. Cic. de Orat. lib. iij. Alterum cunctantem, & quasi verecundantem incitabat.

922 ¶ *Verfutiloquas*. Cicet. de Orat. lib. iij. Num non vis huius me verfutiloquas malitias? Videtis enim & verfutiloquas, & expectorat, ex coniunctione facta esse verba, non nata.

923 ¶ *Vncinatum* ab vneo. Cic. Academ. lib. iij. Nec ut ille, qui asperis, & leuibus, & hamatis, vncinatisque corpusculis conereta hæc esse dicat.

924 ¶ *Venditationem*, veteres pro ostentatione posuerunt. Cicero Tusculanarum lib. ij. Quinetiam mihi quidem laudabiliora videntur omnia, quæ sine venditatione, & si-

ne populorectè fiunt.

925 ¶ *Vireo*, vincere, & inflectere. Varr. de re rustica lib. j. Ut habeas vimina, vnde viendo quid facias.

926 ¶ *Vndulatum* nouè positum purum. Varr. de vita pop. Rom. lib. j. & à quibusdam dicitur esse virginis Fortunæ simulacrum, ab eo quòd duabus vndularis togis est operum, proinde ut olim reges nostri vndulatas, & prætextas togas soliti sint habere.

927 ¶ *Veruicem*. Varro de vita pop. Ro. lib. j. Aut bouem, aut ouem, aut veruccè habet signum.

928 ¶ *Zonatum*, per gyrum. Lucillius libro 6. Zonatum circum impluuium cineraris cluabat.

NONII MARCELLI DE INDI- CRETIS GENERIBVS PER ORDINEM LITTERARVM.

CAP. III.

A

Angiportus generis masculini, ut apud multos *Neutri*; Plautus Cistellaria: Quæ quasi carnificis angiporta purgans. M. Tul. de diuinatione, angiporta dixit. Terent. Adolph. Id quidem angiportum non est peruium. Idem Eunúcho: In angiportum quoddam desertum.

2 ¶ *Arbitrium* generis *neutri*, sicut sæpe. *Masculini*. Plaut. A sinar. Ni quatruidua abalienarit quod abs te argētum acceperit, tuus *arbitratus* sit. comburas si velis, ne vlla sit cetera vbi facere possit litteras.

3 ¶ *Armenta* genere *neutro*, plerumque *Feminino*. Ennius: Ipsius ad armentas easdem ad armentas viuis, Tu pascere curui frontes armentas soles.

4 ¶ *Absinthium* generis est *neutri*. Lucret. lib. quarto: Absynthia tetra medentes Cum dare conantur: *Masculini*. Varro Quinquatribus: Quid medico mihi est opus, nempe tuo, absinthium ut bibam grauem, & castoreum, leuémque robur.

5 ¶ *Aerarium* *neutri* est generis, ut sæpe. *Masc.* Var. *γερροδιδουαυα*: Hoc est magnū cenforem esse, ac non studere multos aerarios facere.

6 ¶ *Admonitio* vsu genere dicitur *feminino*. *Masculino*. M. Tul. de Finibus bonorum & malorum lib. v. Ut acrius aliquanto, & attentius de claris locorum admonitu cogitemus.

7 ¶ *Auditus* est gen. *mascul.* *feminini* auditio. M. Tul. de finibus bonorum & malorum lib. v. Lubentérque se cum his congre-

gant, dântque se ad ludendum, fabellarúmque auditione ducuntur.

8 ¶ *Artus* *masculino* genere appellamus. Virg. Georg. lib. iij. Micat auribus, & tremat artus. ¶ *Artua* *neutro* genere. Plautus Menæch. Ita mihi imperas, ut ego cuius membra, atque ossa, atque artua.

9 ¶ *Angues* *masc.* genere dici Virg. testis est: Ecce autem gemini à teneo tranquilla per alta (Horresco referens) immensis orbibus angues. Et lib. v. Adytis cum lubricis anguis ab imis. Næuius Lycurgo: Alte iugatos angues in sese gerunt. Lucillius lib. xxvj. Nisi portenta, anguésque volucres ac pinnatos scribitis. Angues *femininos*; Plautus Amph. De uolant angues iubata in eompluuium duo. Varro Acinnius: Cuius ut adspexit torta caput angue reuictum.

10 ¶ *Acherontem* *masc.* genere dicunt veteres. Virg. lib. sexto: Et tenebrosa palus Acheronte refuso. *Fem.* Plaut. Captiuus: Verum enimuerò nulla adaquè est Acherons, atque vbi ego fui.

11 ¶ *Amnem* *masculino* genere appellamus. Virg. Geor. lib. j. Atque alius latū funda iam verberat amnem. *Feminino*. Plaut. Merc. Neque vlla mihi obstabit amnis, neque mōs, neque adeo mare. Næuius Lycurg. Sed quasi amnis cis rapit, sed tamen inflexa flectitur. Accius epinausimacheumandria: Mundā falso sanctam obtexi sanguine, atque acerbos alta in amni corpore expleui hostico. Idē Epigono: Apud abūdantem antiquā amnē, & rapidas vndas

vndas Inachi. Varro, *de re rustica* lib. j. In hac ciuitate agros colūt arenosos. propter hos fuit annis, quam olim Albulam dicunt vocitatum.

12 *Aranea*, & *fem.* sunt generis. Titin. Gemina: Euertite aedis, abstergere araneas. Virg. Georg. lib. iij. Laxos in foribus suspendit aranea casset. Ennius: Bux³ araneæ. *Masc.* Plaut. Stich. Vt operam omnem araneorum tergam, & texturam improbem, deiiciamque eorum omneis telas. Idem Afin. Iustin' colūnis deiici operas araneorum?

13 *Aetas*, *femin.* est generis. Plaut. Menæchmis: Vt ætas mala est, merx mala est ergo. ætas *mascul.* Plautus Trinumm. Propter eodem; quorum causa fui hoc ætate exercitus.

14 *Accipiter*, generis est *masc.* Virgil. libro xj. Quam facile accipiter saxo sacer ales ab alto. *Feminino*; Lucretius lib. iij. Accipitres somno in leni, sic prælia pugnaque, Ederent perfectantes, visæque volantes.

15 *Arua*, *neutri* sunt generis. Virg. Arua aliena iugo premere. *Fem.* Næuius Lycurgo lib. ij. Quaque incedunt omneis aruas obtulerunt. Pacuuius: Postquam calamitas plures annos aruas caluitur.

16 *Anfractum*, *masculino* genere dici putant. *Neutro*; Accius Euryface: Super Oceani stagna alta patris terrarū anfracta reuifam. Varro Parmenone: Cauo fonte, vt cum irrigauit cauata aurium anfracta in syluam vocans.

17 *Aeuum*, generis *neutri*; æuitas *feminini*. Varro Tithono, *ἀεὺς γῆρας*: Qua voluntatem æuitatis extrema attingit metam æuitas.

18 *Aera* *neutri*. Marc. Tull. Hortensio: Quid tu, inquam, soles, cum rationem ad dis pensatorem accipis, si ara singula probasti, summam, quæ ex his confecta sit, non probare?

19 *Acina* genere *neutro* frequenter Var. posuit. *Acinus* *mascul.* M. Tull. de senectute: Quæ ex fici tantulo grano, aut ex acini vineæ. Et alij obscuræ auctoritatis: Pressūsq; labris vnus acinus arebat.

20 *Autumnus*, generis *mascul.* *Feminini*; Varro Serrano, *ἀὐτὸν ἀρχαριστίον*: Retinet viatorem meridie prætereuntem fontem, quod autumnitas in anni retrachordo mēsum præterierat.

21 *Aluus* generis *femin.* Virgil. Æncid. li. ij. In latus, inque feri curuam compagibus aluum Contorsit. *Masc.* Accius Annalibus: Vt quam frigidissimus aluus. Sed alij auctoritatis obscuræ: Mala nemus retinens grauido concepit in aluo.

22 *Accubitionem* genere *feminino*. Marc. Tull. de senectute: Bene enim maiores accubitionem epularem amicorū, quasi vitæ cō-

iunctionem haberet, cōnuuulum nominarūt.

B

23 *Bubo* generis *Femin.* Virgil. Æncid. li. iij. Seraq; culminibus ferali carmine bubo. Genere *masculino*; Agellius Hist. li. j. Et quod bubo in columna ædis Iouis sedens conspectus est.

24 *Balnea*, nominis *feminin.* Marc. Tull. pro Sexto Roscio: Occisus est ad balneas palatinas rediens à cena Sex. Roscius. Plaut. Asinaria: Ille in balneas iturus est, inde huc veniet postea. Cæcil. Vmbris: Quid mihi non sunt balnea? *Neutri*; Marc. Tullius Hortensio: Primus balneola suspendit, inclusit pisces.

25 *Balteus* *masc.* generis; Virg. lib. xij. Humero cum apparuit alto Balteus. *Neutro*; Varro rerum diuinarum lib. xj. Tragica vincula baltea sunt. Accius *διδασκαλῶν* lib. vij. Actoribus manuleos, baltea, machæras. Liuius lib. ix. Auratæ vaginæ, aurata baltea illis erant.

26 *Buxum*, generis *neutri*; Virgil. Georg. lib. ij. Et tortio rasile buxū. *Feminini*; Ennius: Buxus victa taxis tonsa.

27 *Blandimentum* generis *neutri*; vt sæpe, *femin.* Cicero de repub. lib. iij. In ciue excelso, atque homine nobili blandiriam, ostentationem, ambitionem meam esse leuitatis.

C

28 *Climus* generis *mascul.* vt plerunque. *Neutri*; apud Memmium inuenimus, cuius auctoritas dubia est. Ille ardua nitens fortunæ scandere cliua. Cato de tribunis militum: Loca ardua, & cliua depressa.

29 *Cyma* *neutro*, vt Lucillius: Asparagi molles, sed viride cyma. *Femin.* Cornelius Celsus, et si minoris auctoritatis posuit: Latā formosamque cymam.

30 *Constitura* generis *femin.* Marc. Tullius de repub. libro j. Quæ videlicet ille non ex agri constitura, quam cernebat, sed ex doctrinæ iudiciis interpretabatur.

31 *Cruce* generis *feminini* sæpe. *Mascul.* Ennius Annal. libr. xj. Malo cruce fatum vt des Iupiter.

32 *Cultus*, & cultellus generis sunt *masc.* Varro *καὶ οὐτὸ δὲ δασυλάρι*: Noctu cultro coquinari se traiecit. Nondum enim mihi inuenti erant cultelli empestati è Bithynia.

33 *Cor* generis est *neutri*, vt dubium non est. *Masculini*; Ennius lib. xij. Annibal audacium pectore de me hortatur, Ne bellum faciam; quem credit esse meum cor.

34 *Cupressus* generis *femin.* vt dubium non est. *Masculini*; Ennius: Capribus nutanteis pinos, rectōsq; cupressos.

35 *Carra* *neutra* generis esse consuetudine persuasum est. *Masc.* Sisenna Hist. lib. iij. Impedimenta collocant omnia, construunt carros, & sarraca crebra disponūt. Var. Cæli. li. ij. Gallica porta carros adcurat vsque politos.

36 ¶ *Certamen* generis est *neutri*. *Femin.* Sienna Hist. lib. iij. Accolis celeriter consumpris, ad gladios *certationem* reuocauerunt.

37 ¶ *Querela* generis *femin.* vt saepe. *Mascul.* Virg. *Aeneid.* lib. iij. Tantos illa suo rumpebat pectore questus.

38 *Compita* generis *neutri*. Virg. *Georg.* lib. ij. Præmiaque ingentis pagos, & compita circum. *Mascul.* Varro de *scenicis* originibus libro tertio: Vbi compitus erat aliquis. *Cæcilius Tithe*: Vbi adiacentem compitum.

39 ¶ *Consortium neutri* generis. ¶ *Consortio femin.* Lucil. lib. xix. Deierat enim scripsisse, & post non scripturum. redi in consortionem. Marc. Tull. de offic. libro iij. Dissoluatur necesse est omnis humana consortio. Titus Liuius: Quænam ista suauitas? quænam consortio est?

40 ¶ *Chartam* generis *femin.* *Mascul.* Lucilius lib. xxvij. Nec sic, vbi Græci, vbi nunc So 20 cratici charti, quicquid quaritis petimus.

41 ¶ *Clypeus* generis *masc.* Virg. Ardentis clypeos, atque ara micantia cerno. *Neutros* Virgilius: Et clypeum superintonat ingens. Licinius in Marte: Pars magna leuitis clypea portant. La berius Sororibus: Hoc voluit clypeum contra puluem proiici.

42 ¶ *Cæmenta neutri*, vt est vsus Varro Bimargo: Non te pudet, Mani, cum domi tuæ vides commilitonum tuorum cohortes feruis tuis ministrare cæmenta? *Feminini*; Ennius: Labat, labuntur saxa, cæmentæ cadunt.

43 ¶ *Clunes femin.* Horat. Quod pulcræ clunes, breue quod caput, ardua ceruix. *Mascul.* Plaut. *Abroico*: Quasi lupus, ab armis valeo; clunes desertos gero.

44 ¶ *Calum neutro.* *Mascul.* Lucretius: Quis pariter cælos amnis conuerterit omnis Ignibus atheriis terras sufferre feraceis? Varro Rerum diuinarum: Vt Deum significas non partem mundi, sic pater magnus materna his est cælus. Ennius: Fortis Romani quanquam cælus profundus. Idem: Saturno quem cælus genuit.

45 ¶ *Castitas*, & castimonia generis *feminini.* *Masc.* Varro Rerum diuinarum lib. primo: Nostro ritu sunt faciendæ, quam hos ciuilibus. Græco castu. Idem: Et religiones, & castus id possunt, vt ex periculo eripiant nostro. Næuius, Carmine Punicæ belli: Res diuas edicit, prædicat castus.

46 ¶ *Callis* generis *masc.* Virg. *Aeneid.* libr. iij. Prædamque per herbam Cōuectant calle angusto. *Femin.* Liuius libr. xij. Nisi pecorum modò ferr angusto saltu, per deuias calles. Idem sic frequenter.

47 ¶ *Culleus, mascul.* saepe. *Neutros*; Varro de re rust. lib. j. In singula iugera, dena cullea 20 ini sunt.

48 ¶ *Corbes, corbulas.* Varro de re rust. libr. j. Cogit aliquot corbulas viarum, & frondem iucundissimam ministrat ouibus. *Cæcilius Philumena*: Qui panis soli corbulam.

49 *Quisquis*, & gener *femin.* attribui posse veterum auctoritas voluit. Liuius: Mulier quisquis es, te volumus. *Cæcilius*: Quæso igitur quisquis es mea mulier. *Pacuius*: Quisquis tu es mulier, quæ me insueto nuncupasti nomine. Enni? Et quis illæ est, quæ lugubri succincta est stola?

50 ¶ *Canalis, mascul.* *Gadullius Gallicanus*: Ego verò confiteor certo canali euneta decurrere. *Feminino*; Lucill. *κατακορυφαία*; canaliculam dicit.

51 ¶ *Cinis, mascul.* Virgilius in *Bucol.* Cinis ipse bonus sit. Et *Georg.* lib. primo: Næue effetos cinerem immundum iactare per agros. *Fem.* apud *Cæsarem*, & *Catulum*, & *Caluum* lectum est, quorum vacillat auctoritas: Cum iam fulua cinis fueris.

52 ¶ *Colus, gen. femin.* Cic. *Orat.* lib. ij. Quid tu Decilla mea, quando ad me venis cum tua colu & lana?

53 ¶ *Capillus, masc.* est generis. Terent. *Phorm.* Capillus passus, nudus pes, ipsa horrida. *Neutros*; Plautus *Mutellaria*: Vide capillum satini compositum sit commode.

54 *Cursus*, omnium consensu *mascul.* genere dicitur. Virgil. Hic cursus fuit. ¶ *Cursura femin.* Plaut. *Asin.* Non me vides ex cursura anhelitum etiam ducere? Idem *Cistellaria*: Pol accubituram mater magis sum exercitare, quàm à cursura sum tardiuscula.

55 ¶ *Curriculum neutro* genere. Cicero *Tiræo*: Rare igitur & mente diuina ad originem temporis curris curriculum inuentum est Solis, & Lunæ.

56 ¶ *Culest*, pro qualis est, *neutro* positura pro *masc.* Plaut. *Amph.* *Ædopol* condignum donum culest, qui donam dedit.

57 ¶ *Contagio, femin.* genere appellatur. *Salust* Post vbi contagio quasi pestilentia inuasit. ¶ *Contagia neutros*; Lucretius libro tertio. Quandoquidem penetrant in eum cõtagia morbi. Virgil. Nec mala vicini pecoris contagia lædent.

58 *Catella*, diminutiuum est *catenarum*, & dicuntur genere *femin.* *Cæcilius Plocio*: *Catellæ neutrum* à *catellis* similiter diminutiuum. Plaut. *Curcul.* Delicatum te hodie faciam cū carello, vt accubes. ferreo ego dico.

59 ¶ *Corium, neutri.* est gen. ¶ *Corius mascul.* Plaut. *Pæn.* Treis facile corios contriuisi bubulos. Var. *Eumenid.* Nunc corius vlmū tuus depuuit, pergis hera.

60 ¶ *Calce, est generis fem.* Virg. lib. xij. Ferrata calce fatigat. *Calx masc.* Plaut. *Pænulo*: Quin prius disperibit faxo, quàm vnum calce cūuerit. Var. *Margopoli*, *αἰεὶ ἀπὸ τῆς*; Nemini 60 Fortuna

Fortuna curram à carcere intimo missum leui, inoffensum per æquor candidum ad calicem sibi.

61 ¶ *Cortex* vtriusque est generis. *Mascul.* Varro Prometheo lib. Tum visus supremus cortex, aut cacumina Morientum in quercu, & arborum altitudine. Idem Tichono, *sei 74-100*: Sic inuitata matura anima corporeum corticem facile relinquit. Virgil. lib. vij. Raptus de subere cortex. *Fem.* verò Bucolicis: Tum Phaethontides musco circumdat amarae Corticis. Lucretius lib. iiii. Quæ quasi membrana, vel cortex, nominanda est.

62 ¶ *Calor* generis masculini. Virg. Georg. lib. ij. Si non tanta quies iret frigidusque, calorémque Inter, & exciperet cæli indulgentia terras. Plaut. Mercatore: Neque frigus, neque calorem metuo.

63 ¶ *Casus* generis mascul. Virgil. Bucolicis: Pinguis & ingrata premeretur casus vrbi. ¶ *Casum neutri*, Noui? Macco: Pecunia quid? bonum breue est, respondi, Sardis veniens casum. Plaut. Medico: Parasito cum virgis casum radi poreft.

64 ¶ *Collum neutri* est generis Virgil. docet. Et colla comantia pectunt. ¶ *Collus mascul.* Accius Epigono: Quid cello ire ad eam hem præstò est, eamo collum grauem. Lucilius Satyr. lib. vij. Caldissima ac bene plena iam solorum, atque anferis collus. Idem lib. 27. Modò Sursum modò deorsum, tanquam collus cernui. Cæcilius *apara 200-205* Hunc collum ludo præcidi iube. Idem Synephebis: ad restim res redit. immò collus, non res. nam ille argentum habet. Caro Sercia: Accipite, si vultis, hoc onus in vestros collos, Næuius: Corvtrum scapula plus angulus colli habeat nescio. Plautus Amph. Male, inëtrum, barba, collus. Varro Sexagesi: Vt nitens Pauonis collus nihil extrinsecus humens.

65 ¶ *Castra* generis sunt neutri. *Femin.* Accius Æneadis aut Decio: Castra hæc vestra est, optimè essis meritis à nobis.

66 ¶ *Copula* generis fem. Accius Phœnissis: Abtorque proram, ac supra tortas copulas.

67 ¶ *Cepe* generis neutri. Lucil. Satyr. libr. v. Flebile cepe simul lacrymosæque ordine talpa. Idem lib. xvj. Hoc aliud longè est, inquit, qui cepe serebat. Varro Bimargo: Aui, & atavi nostri cum allium, ac cepe eorum verba olerent, tamen optimè animati erant. Idem Manio: Dulcem aquam bibat salubrè, & flebile esitet cepe. *Cepe fem.* Lucil. Satyr. li. v. Lippus edenda, acria assidue ceparius cepa lacryta. Varro Eumenid. In somnis venit, iutbet me cepam esse, & fessimum. Idem Cato, vel de liberis educandis: Vt cibo vtatur modico, & idoneo, vt vitet actia, vt est sinapi, cepa, allium.

68 ¶ *Cubitus* mascul. generis, *Neutri*, Lucil. 60

Satyr. lib. xvj. Lysippi Iupiter ista Transiuit quadraginta cubita, altus Tarento.

69 ¶ *Coluber* generis mascul. Virg. Æneid. li. ij. Coluber mala gramina passus. ¶ *Colubra Feminin.* Lucillius Satyrar. lib. xx. Iam discurram petur medius, iam vt Marfus colubras Disfrupit cantu, venas cum extenderit omneis. Turpilius Leucadia: Arripuit colubram mordicus. Varro Eumenidibus: Quid dubitatis vtrum nunc sis cercopitheci, An colubræ, an beluæ, an de albu cibus labus Athenis?

70 ¶ *Contemptus* generis mascul. ¶ *Contemptio fem.* M. Tul. de repub. lib. v. Quæ virtus fortitudo vocatur, in qua est magnitudo animi, mortis, dolorisque magna cõtemptio. Idem de offi. lib. ij. Fortitudo quæ est dolorum, laborum contemptio. Et Hortensio: Magnitudo animi, patientia laborum, mortis, dolorumque cõtemptio. Ita & Tusc. li. j.

71 ¶ *Compendium*, compendiaria. Varro *etia 100-105, 200-205*: Hoc dico compendiaria sine vlla sollicitudine, ac molestia dicundi ad eandem voluptatem posse perueniri.

72 ¶ *Crocium* generis neutri. Sallust. lib. secundo: Iter vertit ad Corycum urbem inclytam pastulusque, nemore in quo crocum gignitur. *Masc.* Georg. lib. iiii. Et glaucas salices, casiamque, crocumque rubentem.

73 ¶ *Conatus mascul.* *Neutri*, Accius Atreo: Ego incipio, conata exsequar.

74 ¶ *Candelabrum* generis neutri, vt sæpe, *Masc.* Cæcilius Moletrice: Memini ibi candelabrum ligneum ardentem.

75 ¶ *Cardo* generis mascul. Virgil. Æneid. li. ij. Et emoti procumbunt cardine postes. *feminini*; Graius Peliadibus; Sonat impulsa regia cardo.

76 ¶ *Census* genere mascul. *Neutri*; Cicero Consularo suo: Quorum luxuries fortunata cenla peperit.

77 ¶ *Crines* genere mascul. Virgil. Æneid. li. iiii. Et crines flauos. *Fem.* Plaut. Mustel. Gerundum morem cenleo, & capiundas crines tibi. Atta Epigrammatib. Præterea tu sis dissoluta crine capillus.

78 ¶ *Cummi* generis neutri, vt est vsu monoporton. Tamen fem. Ciuna: Alpinæque cummi, vt sit genitiuus eius, huius cummi, vt puppis, febris, peluis.

D

79 ¶ *Dorsum neutri* est generis. Virg. lib. j. Dorsum immane mari summo. ¶ *Dorsus iterum mascul.* Plautus Milite: Timeo quid rerum gesserim, ita dorsus torus prurit.

80 ¶ *Decorem* generis mascul. Decentiam feminini. M. Tul. de deorum natura lib. ij. Colorum etiam & figurarum, tum venustatem, atque ordinem, & (vt ita dicam) decentiam oculi iudicant.

81 ¶ *Despectum* generis mascul. ¶ *Despiciens-*

tia *fem.* M. Tul. de offi. lib. ij. Ergo hæc despicientia admirabilitatem magnam facit. Et Tusc. lib. iij. Omnium rerum humanarum contempcione ac despicientia in omni virtute ponamus.

82 ¶ *Dominatio* gen. *fem.* vt plerumq. *Masc.* M. Tul. de republ. lib. j. Quid tum, cum es iratus, permittis illi iracundiæ dominarum animi tui? Et de offi. li. ij. Quorum est leuis fructus, incertus dominatus.

83 ¶ *Debitum* generis est, vt manifestum est, *neutri.* *Feminini.* M. Tul. pro Plantio: Nam alia est *debitio* pecuniæ, alia gratiæ.

84 ¶ *Diluuium* generis est, vt sapius habetur, *neutri.* Virg. lib. viij. Diluuio ex illo. *Fem.* Lucr. lib. vj. Pars etiam glebarum ad diluuiæ reuocatur Inatribus, Horatius carminum li. iij. Horrendamque cultis Diluuiem minitatur agris.

E

85 ¶ *Euentus* generis est *mascul.* *Neutri.* Lucr. lib. j. Nam quæcunque cluent, aut his coniuncta duabus Rebus, ea inuenies, aut horum euenta videbis. Idem lib. j. Euentum dici poterit, quodcunque crit actum. M. Tul. Hortensio: Tu me & aliàs nonnunquam, & paulò ante adhortatus es, aliorum facta, & euenta conquirerem. Idem consularis sui li. ij. Atque animo pendens noctu euenta timebat.

86 ¶ *Error* *masc.* est generis. Virgil. *Æneid.* lib. x. Gratusque parentibus error. *Fem.* Accius Neoptolemo. Satis iam dictum est, neq. ego errantia animi prauè morigerabor. *Neutri.* M. Tul. ad Hirtium lib. ij. Qua in re si mediocriter lapsus sum, defendes mecum tolerabile erratum.

87 ¶ *Epulum* generis *neutri* est. *Fem.* Lucil. Satyra. lib. xiiij. Idem epulo cibus, atque epulario Iouis omnipotentis. qui versus vtrunq. designat. Virgilius lib. vj. Epulaque ante ora paratæ Regifico luxu.

88 ¶ *Eruius* generis *neutri* est, vt plerumq. *Fem.* Varro, Longè fugit, qui suos fugit: Sed vt his erat, hæc legumina arte praua pauca cicer, eruillam, ac paregia alia spiritia cæteris.

F

89 ¶ *Frontem* *fem.* gen. Virg. Et frontem obscenam rugis arat. *Masc.* Titin. Setina: Quasi Hermaphroditus simbriatum frontem gestas *Fem.* Pacu. Voce suppressa, innata fronte, vultu turpido Cato de re militari: Vna repugnatio est, fronte longo: quadrato exercitu. Cæcilius Subditio: Nam hi sunt inimici pessimi, fronte hilaro, corde tristi Quos neque vt apprehendas, neque vitare scias. Plau. Nam coloratum frontem habet perilis.

90 ¶ *Finem* *masc.* genere dicimus. Virgil. *Æneidos* lib. x. Hic finis fandi. solio tum lupiter aureo Surgit. *Fem.* Lucretius: Et merito.

nam si certam finem esse viderent. Acc. Phœnissis: Neque vlla interea finis curis datur. Virg. *Æneid.* lib. iij. Quam fessis finem rebus ferat. Cælius Annal. lib. v. In aliquâ huic bello finem facere. Cassius Hemina Hist. lib. iij. Qua sine omnis res, atque omnes artes, humanitasque aguntur. Var. Meleagris: Currere, vigilare, cfluire, quando hæc facere oportet quam ad finem. Sisenna Histor. li. iij. Et propè mediam ad finem ripæ peruenerant. Varro de vita pop. Rom. lib. iij. Ita huius belli horribilis finis facta.

91 ¶ *Finis* *masc.* est generis. *Feminini.* Lucr. lib. ij. Aurea de celo demisit finis.

92 ¶ *Fretum* *neutri* tantum generis esse volumus. Virgil. lib. iij. Et crebris legitimis freta concita terris. *Mascul.* Lucretius lib. vj. Nam fretus ipse anni permiscet frigus ad æstum. Nonius: Dubij fauentem per fretum introcurrimus. Ennius: Crassa puluis oritur, omnem peruolat cæli fretum. Lucillius Serrano: Cæli nomine, & salis fretus. Varro Gallo, aut Fundanio: Inter Italiam & Siciliam, qui est fretus inter Rhegium, & Messanam.

93 ¶ *Fauor* est generis *mascul.* *Fem.* Accius Oenomaio: Augustam adhibeant Fauentiam more obscæna dictis segregans.

94 ¶ *Fetus* *masc.* Virgilius Georg. lib. iij. Aut ouium fetus, aut vrenteis culta capellas. Virgil. *Bucolic.* *fem.* At tu, Si fetura gregem suppleuerit, aureus esto. Idem Georg. lib. ij. Carera nec fetura habilis, nec fortis araris.

95 ¶ *Frenos* *mascul.* Virg. lib. iij. Et stabulis frenos audire sonanteis. *Neutro* Virg. lib. ix. Frenaque bina eius, quæ nunc habet aurea Pallas. Accius Paride: Frena thesauri equorum accommodant.

96 ¶ *Forum* generis *neutri.* *Masc.* Lucil. lib. iij. Romanis ludis forus olim ornatus lucernis. Sallust. lib. j. Illam nautis forum. Pomp. Petitore: Balnea, forus, macellus, fana, portus, porticus.

97 ¶ *Frigus* *neutri* gen. vt plerumque. *Fem.* Varro, cras credo, hodie nihil: Atque vt igni feruido medullitus aquiloniam intus seruat frigidinem.

98 ¶ *Fulmentum* *neutro*, vt est in prouerbio veteri, quo Varro vitur sapius, fulmentum lectum scandunt. *Femin.* Lucillius lib. xxvij. Fulmentas eis atque æneis subducere. Et lib. 4. Sufficit huic, dum fulmentas quattuor addit. Plau. Trinummo: Fulmentas iubeam supponi foco.

99 ¶ *Famulatio*, vt dominatio plerumque generi *feminino.* *Mascul.* Cic. de amicitia: Aut in fabulis, qui aliquandiu propter ignorantiam stirpis & generis in famulatu fuerint, cogniti sunt, & aut Deorum, aut regum filij inuenti sunt.

100 ¶ *Fluuus* *masculini* generis. *Femin.* vt annis

amnis plerique. Sifen. Hist. lib. iij. Quod oppidum tumulo in excelso loco, propter mare, parvis mœnibus, inter duas flumias, intra Vesuvium collocatum. Idem eodem: Transgressus flumiam, quæ secundum Herculanæum ad mare pertinebat.

101 *Flexus*, genere masculin. Virg. Georg. lib. j. Maximus hic flexu sinuoso elabatur anguis. *Femin.* Cic. Orat. Cùm alter alteri obicit vocis inflexiones. Idem eodẽ: Ipse se moderans ex virili laterum flexione.

G

102 *Guttur*, neutri est generis. Virg. lib. vj. Ille fame rabida tria guttura pandens. *Masc.* Plaut. Milite glorioso: Nam nimis calebat, adurebat gutturem. Lucil. Et ventrem, & guttorem eundem. Nævius: Ingurgitavit utque ad imum gutturem? Var. Lege Mænia: Exercebam ambulando, ut siti capacios ad cenam veniret guttur. Plaut. Aulularia: Etiamne ob turas inferiorem gutturem?

103 *Genus*, neutri est generis. Virg. lib. v. Genua labant, vastos quatit æger anhelitus arus. *Masc.* Lucillius Satyrarum lib. iij. Hæret verticulis adfixum in posteriore Parte, atque articulis ut nobis talus, genusque est.

104 *Gelus*, neutro genere. Titus Livius: Pisia diacematio foro præstatur virtuti laus gelu, sed multo ocyus venio tabescit. *Mascul.* Afranius Epist. Quis tu es vêtoso in loco Soleatus intempesta nocte, sub diuo. Aperto ca-
30 pite, silices cùm findat gelus? Acc. Prometheus: Tum profusus flamine hyberno gelus. Cato Originum lib. ij. Qui aquatum & lignatum videntur ire, securim atque solum ferunt, gelum crassum excidunt, eum loro colligatum auferunt.

105 *Grando*, generis feminini. Virg. Geor. lib. j. Quam multa in tectis crepitans salit horrida grando. *Masc.* Var. Triodite, *æi ἀπειτῆς; ἢ ποσειδῶν*: Nec coruscus imber alto nubilo cadens Multus, grandine implicatus albo.

106 *Gladius*, *masc.* Neutri. Lucil. Hærebat mucro gladium in pectore totum.

107 *Ganeum*, neutrum. Varr. Selsquilyffe: Qui se in ganeum accensum coniecit amica.

108 *Grues*, genere femin. Virg. Georg. lib. j. Strimonæque grues. Lucil. lib. iij. Longior hic, quam grus grue rota cùm volat olim. *Masc.* Labeo. Fullonicis: Virum tu hunc, grue Balearicum, an hominem putas esse?

109 *Greges*, ut sæpe, generis masculin. sunt. *Femin.* Lucretius lib. iij. Lanigeræ pecudes, & equorum duellica proles, Bucenæque greges.

H

110 *Horrea*, genere neutro, ut sæpe. *Femin.* Claud. Oratione in Quintium Gallum: Quorum iacent murena vlla horrea, curiæque, &

tabulariæ publicæ. Eiusdem generis tabularias, quo & horreas dixit.

I

111 *Intyba*, generis neutri. Virg. Georg. li. iij. Quoque modo potis gauderent intybariis. *Mascul.* Lucil. Satyrarum lib. v. Intybus præterea pedibus prætenus equinis. Idẽ lib. xxx. Pulmentaria ut intybus, aut aliqua id genus herba. Pomp. Placenta: Rustici edunt libenter, pedibus tristes acres intybos.

112 *Interitus*, generis dicitur, masculin. M. Tul. Philip. lib. ij. Cn. Domitium, non patris interitus clarissimi viri. *Femin.* M. Tul. Verrinarum in frumentaria: Cùm bis in eadẽ provincia magnæ fugitiuorum copia versatæ sunt, tum aratorum interitio facta nulla est.

113 *Insomnium*, generis neutri. *Fem.* Cæcil. Ploc. Consequitur comes infomnia, ea porro insaniam affert.

114 *Intestinum*, generis neutri. Lucret. lib. iij. Horum intestinum quoduis quale esse putandum est. *Masc.* Var. Margopoli, *æi ἀγχε*: Sensus poræ, verro, hydragogic, cloaca, intestini.

115 *Ingressus*, generis masculin. ut sæpe. *Fem.* M. Tul. Orat. Perfecta hac video hanc primam ingressionem meam, non ex oratoris disputationibus ductâ, sed de media philosophia repetitam.

116 *Iocus*, genere masculin. Cic. pro Cælio: Ludus, iocus, sermo etiam familiarium deferendus. *Neut.* Nævius Protefilao: Clam incunt, irruunt, eachinnos, ioca, dicta risitât. Sallust. Iugurthæ bello: Ioca, atque seria.

L

117 *Lentè*, cõsuetudo femininis genere dicitur. Virg. Georg. lib. j. Nec Pelusiacæ curâ aspernabere lentis. *Masc.* Titin. Lenti calido duella trapula, romice.

118 *Lux*, femininis est generis. Virg. Bucol. Si mihi non hæc lux toto iam longior anno est. *Mascul.* Plautus Aulularia: Luce claro diripiamus aurum mattonis palam. Var. Bimargo: Nos ergo nihil egimus, quod legem Lucaniam luce claro latam scutulans. Idem Ephebo, *æi ἰμμοῦν*: Hodie si possumus, quod debemus populo in foro medio, luci claro de coquere. M. Tul. de officiis li. iij. Et cùm prior ire luce claro non queo.

119 *Lucrum*, secundum consuetudinem neutri generis. *Masc.* Plaut. Persa: Nunc ea narabo, vnde tu pergrandem lucrum facias.

120 *Labium*, neutri generis. Serenus Oculis: Labiumque insigne reuellit. Labia rursum. *Femin.* Plautus Stichus: Age tibicen, quando bibisti, refer ad labias tibias. Neutius Macho: Exsule verberatio, populus homini labias pugnis cedere. Idem Præco posteriore: Ergo dedita opera te, pater, solum foras Seduxi, ut ne quis esset testis tertius: Præter nos, tibi cû tunderem labias lubens. Lucil. Satyrarum lib.

xxij. Sopiron labias cædit vtrinque secus.

121 ¶ *Lacerti*, generis *mascul.* Neut. Acc. A-treo: Concoquit partem vapore flammâ tribuit verubus lacerta in focos.

122 ¶ *Loca*, generis sunt *neutri.* Virg. *Æne.* j. Loca feta furentibus austris. *Masc.* Virg. *Æneid.* j. Deuenero locos, vbi nunc ingētia cernis Mœnia. Næuius Belli Pœnici lib. vj. Conuenit, regnum simul atque locos vt haberēt. Cicero. Orat. Ducantur duplices loci, vni rebus 10
ipsis, alteri assumptis.

123 ¶ *Lapides*, & *feminino* genere dici possunt, vt apud Ennium: Tanto sublata sunt agmine tunc lapides. ad Homeri similitudinem, qui genere *feminino* lapides posuit.

124 ¶ *Luxuria*, generis *femin.* *Masc.* Var. Manio: Nec sumptibus finē lepidus statues, finēque, modūque.

125 ¶ *Lusus*, vel ludus genere dicuntur *masc.* *Femin.* lusiones. M. Tul. de finib. bonorum & malorum lib. v. Cū hi verò paululum processerunt, lusionibus, vel laboriosis delectantur. Idem Orat. Qui pila ludunt, non vtuntur ipsa lusione artificio propriæ palestræ. Varro Cato, vel de liberis educandis: Ab huiusmodi lusionibus radices crudelitas agere solet.

126 ¶ *Labrusca*, generis *fem.* Virg. Bucolicis: Syluestris raris sparst labrusca racemis. *Neutro;* Virg. Culice: Denſaque virgultis auidē labrusca petuntur.

127 ¶ *Liba*, generis *neutri.* Virgil. Bucol. Simum lactis, & hæc te liba, Priape, quotannis. *Masc.* Nigid. de Diis: Deinde surgat, faciat libos quatuor, & intra libos duos à dextra, & duos de uxos.

128 ¶ *Lupinum*, *neut.* Var. de re rustica lib. j. Ibi lacum esse oportet, vbi maceretur lupinum.

129 ¶ *Lympha*, aqua genere *femin.* vt sæpe. *Masc.* Lucil. Impermistum lymphorem.

130 ¶ *Licentia*, *fem.* *Masc.* Lab. In paupertatem eo licentiatas.

131 ¶ *Latrina*, genere *femin.* & est lauatrina, quod nunc balneum dicitur. Lucil. lib. xj. Qui in latrina lacūque. *Neut.* Laber. Cōpitalibus: Sequere in latrinum, vt aliquid, gustes ex Cyrica heresi. hic latrinum neutri finem locum dixit. Lucil. lib. vj. Hoc tu aptē, cædit quam latrina petisse.

132 ¶ *Lutum*, genere *neut.* & apud Ciceronē 50
Epistola ad Hirtium lectum est plurali numero. Luta, & limum aggerebāt. *Masc.* Claudius Annalium libro iij. Pluuia, imbrilutus erat multus.

133 ¶ *Lanitionum*, genere *neut.* Virg. Georg. li. iij. Si tibi lanitionum curæ. *Fem.* Laber. Paupertate: Nihil refert mollem è lanitia Attica, An pecore ex hircorum vestigium geras.

M

134 ¶ *Mercatus*, generis habetur *masc.* Se-

renus Ruralibus: Ad mercatū eo villice. Varro Sexagesi: Sumptum comitia habebant, ibi nunc fit mercatus. ¶ *Mercatura* *femin.* Plaut. Trinunmo: Mercaturam eā venalis habuit, vbi rem perdidit. Næuius Militibus Pomeri-nensibus: Instant mercaturam spero, rem faciet, frugi est homo. Lucil. Satyrarum lib. vj. Verū & mercaturę omnes, & quęsticuli instituti. Turp. Lindia: Consilium hoc cepi, literas misi ad senem nostrum, prodesse nobis ex sententia mercaturam. M. Tul. de officiis lib. iij. Ad quos, cū tanquam ad mercaturā bonarum artium sis profectus.

135 ¶ *Mercimonium*, *neut.* Plaut. Amphit. Vt vos in voftris vultis mercimoniis. Turpil. Thraſyleonte: Videre cupio nostrum mercimonium.

136 ¶ *Melos*, genere *neutro;* Næu. Lycurgo: Suaue summum melos. *Masc.* Acc. Bacchis: Vacci, acri, crepitates melos. Pacuu. Peribœa: Theſiantem, fremitu concidi melum. Varr. Parmē: Paci huius nascūtur pueri rhythmus, & melos. Idē Cato, vel de liberis educandis: Omnes enim qui loquūtur habere debēt quosdam melos.

137 ¶ *Medimum*, generis *neut.* *Masc.* Lucil. Satyrarum lib. xv. Præterquam in precio primus semisse, secundus Nummo, tertius iam pluris, quā totus medimnus.

138 ¶ *Margaritum*, generis *neut.* Var. ἰκατόμ-βη, & ἰκατόμω: Vbi illa phalera, gemmęaque ephippia, Er arma margarito candicantia: *Femin.* Varro Papiapapæ, & ἰκατόμω: Imperito nonnunquam concha videtur margaritā, vt amisi smaragdus. M. Tullius Verrinis de Signis: Vllam gemmam, aut margaritā. Var. Marcipore: Altera exorat patrem librā ocellatorū, altera virum semodium margaritarū.

139 ¶ *Messē*, generis *fem.* *Masc.* Lucil. lib. xxvij: Potius, quā non magnam messē esse, non probam vindemiam.

140 ¶ *Mendum*, *neutro.* M. Tul. ad Atticum lib. ij. Castricianum mendum nō corrigeres. *Femin.* M. Tul. Verrinis: Quæ mendosa denique litora. Lucil. Nam in quibus menda omnibus in rebus fiunt, fierique potis sunt.

141 ¶ *Metus*, *mascul.* Næuius: Magni metus tumultus pectora possidet. *Femin.* Ennius, Ni metus vlla tener rite in virtute quiescunt;

142 ¶ *Murmur*, *neutri* est generis. *Masc.* Varr. Sexagesi: Iactari fumus, vt deportare, murmur sit verus.

143 ¶ *Mundus*, muliebris, generis *mascul.* *Neut.* Lucil. libr. xvij. Legauit quidam vxori mundum omne, penūque.

144 ¶ *Miseria*, vt sæpe, generis *femin.* *Neut.* Labirius Carcere: Homo frugi, quod tibi relictum est, misericomonium retines.

N

145 ¶ *Nundina*, generis sunt *feminini.* Var.

Ma

Var. Marcipote: Maiores sunt pueri, hi pusilluli nigri, qui spectant nudinas, ut magister dimittat iuus. *Masc.* Lucil. lib. xxvj. Paucorum atque hoc pacto si nihil gustat inter nudinum. *Var.* *ἡ ἑρπιδία τῆς ἡμῶν*: Quoties piscus homo, ac rusticus Romanus inter nudinum barbam radebat. Idem *ἡ ἑρπιδία τῆς ἡμῶν*: Romam ipsam in arcosice, non qui in orbe inter nudinum calumniarentur. Idem rerum humanarum lib. xx. Decemviri cum fuissent arbitrati binos nudinum diuisum habuisse.

146 *¶ Nasus masc. Neut.* Lucil. lib. vij. Quos oculi non sunt, neque nasum, & qualia sunt. Idem lib. xxij. Nasum rectius nunc homini est sura, nec pedes dicit.

147 *¶ Nepos dicit & femina potest.* Ennio auctore quæ nunc neptis dicitur. Iliada: Neptos quas ærumnas terulisti?

148 *¶ Nuntius generis mascul.* *Neutro* apud antiquos non receptæ auctoritatis lectum est, sed doctos.

149 *¶ Nervus masculini sunt generis,* sicut plerumque. *¶ Nervia femini.* apud doctos lectum est sæpe. Verum *Var.* *ἡ ἑρπιδία τῆς ἡμῶν*: Scientia doceat, quemadmodum in psalterio est, tendamus nervias. *Neut.* *Var.* *ἡ ἑρπιδία τῆς ἡμῶν*: Et id dicitur suam Briseidem producere, quæ eius nervias tractare solebat.

150 *¶ Noualia genere neut.* Virg. Bucolicis: Impius hæc tam culta noualia miles habebit? *Femin.* Virg. Georg. lib. ij. Alternis tonfas idem cessare noualeis.

O

151 *¶ Obsequium neutro genere habetur.* Terent. Andria: Obsequium amicos, veritas odium parit. *¶ Obsequela femini.* Plaut. Afsinaria, Qui mihi auscultabant, faciunt obsequelam. Turpil. Epiclerus: Neque offerre hunc diuini errari, & conqueri necesse suæ obsequelæ. Idem Trasileone: Cum interea nihil quicquam à me est præmij, neque erat tuæ benignitatis, atque obsequelæ. Sallust. Historiarum lib. ij. Ibi Fimbriana seditione, qui regi per obsequelam orationis, & maximè odium Syllæ graues, carique erant. Afran. Priuigno: Quæ mihi sit grata ipsius obsequela.

152 *¶ Ostrea generis femini.* Lucil. Satyr. li. ij. Ostrea nulla fuit, non purpura, nulla Peloris. Turpil. Demetrio: In acta cooperta age inoras ostreas. *Var.* *ἡ ἑρπιδία τῆς ἡμῶν*: Nec multum numus piscis ex salo captus helops, neque ostrea vlla magna capta quiuit palatum suscitare. Afran. Excepto, Conchas: echinos, ostreas marinas. M. Tul. Hortensio: Sollertiaque eam, qua posset vel in tegulis profeminare ostreas. *Var.* Sexagesi: Tunc nuptiæ videbant ostreas Lucrinas. *Neut.* Lucil. Satyrarum lib. ix. Quid ergo si cerno ostrea Cognorim fluium, limum, ac cenum sapere ipsum? Idem lib. xiiij. His itidem

in cœna, dabis ostrea millibus numum Empta. *Var.* *ἡ ἑρπιδία τῆς ἡμῶν*: Non posse ostrea se Romæ præbere, & echinos.

153 *¶ Oues generis femini.* ut plerumque. *Masc.* *Var.* Rerum human. lib. ij. Ut etiam putantibus qui oues duos, non duas dicunt. Homer. secutos, qui ait *ἡ ἑρπιδία τῆς ἡμῶν*. Idem Terentio: Quando citatus neque respondit, neque excitatus est, eum ego vnum ouem multam dico.

154 *¶ Obsidio fem.* genere; Virg. Æneid. li. iij. Cingique urbem obsidione videret. *Neut.* Ennius: Cum suo obsidio magnus Titanum premebat.

P

155 *¶ Putei sunt generis masc.* Virg. Georg. lib. ij. Ad puteos, aut alta greges ad stagna iubeto, Currentem ilignis potare canalibus vndam. *Neut.* Varro Gallo vel Fundanio: De miris, secundò de statuis, aquis, ut sunt lacus, & stagna, & putea, & maria.

156 *¶ Piscatio generis,* ut sæpe, *femini.* *¶ Piscatus masc.* Cic. de finibus honorum & malorum lib. ij. Istius generis afotos iucundè putat viuere, mundos, elegantes, optimis cocis, pistioribus, piscatu, aucupio, venatione.

157 *¶ Puluis genere masculino,* ut sæpe. *Femin.* Ennius lib. viij. Annalium: Iamque ferè puluis ad caelum vasta videtur. Idem lib. viij. Iamque ferè puluis fulua volat.

158 *¶ Posticum femini.* genere consuetudine appellamus. Lucil. Satyr. lib. iij. Non peperit, verum postica parte protundit. *Var.* *ἡ ἑρπιδία τῆς ἡμῶν*: Pertexit interiores partes domus postica (ut ait Plautus) penitissimè. Titinnius *neutro* in Veliterna dici probat. Atque duo postica, quæ loco mercede. Idem Fullon. Si quis hodie præter has posticum nostrum pepulerit. Lucil. lib. viij. Pistrinum appositum, posticum, sella, culina. *Var.* Prometheo lib. ij. Retrimenta cibi, quæ exierunt per posticum, vallem fecerunt.

159 *¶ Partus masculini est generis Virg.* Quin idem Veneri partus suus & Paris alter. *¶ Partitudo, & partio femini.* Plaut. Aulularia: Probrum, propinqua partitudo cui appetit. Idem eadem: Nam probrum atque partitudo propè adest. Afran. *¶ Opifco:* Non dolorum partionis veniet in mentem tibi, Quos misera pertulisti, ut partum proiiceret pater? Plaut. Truculento: Horresco misera, mentio quòd fit partionis.

160 *¶ Præsepia neutri sunt generis.* Virg. lib. xj. Qualis vbi abruptis fugit præsepia vinclis. *Femin.* Plaut. Curculione: Quin reciperet se huc cessum ad præsepia suam. Idem ad meum herum arbitrum vocat me hic intra præsepia meas. *Var.* de Republ. lib. j. Contra hic laudabatur ab illis. Is habebat culinam rusticam vna præsepia latam, cellam vinaria.

161 § *Panis* consuetudine masculino genere appellatur. *Neut.* Plaut. Curculione: Hæc sunt ventris stabilimeta, pane, & asla bubula.

162 § *Pingue est*, pro pinguis est, *neutrum* pro alio genere positum. Noui⁹ Triperdita: Si autem pingue est, malè cubandum est putrem panticas.

163 § *Perdix* & masculino genere dici potest. Varro Admirandis: Perdicas Bccorios.

164 § *Palpebrum* genere neutro consuetudo dici vult. § *Palpebra femin.* Lucretius li. iij. Brachia, Palpebraeque cadunt, poplitesque cubant. Var. Papiapax, *καὶ τὸ κομμοῦ*: Quos callicepharo naturali palpebrae Tinetae, vallato mobilis septos tenent. M. Tul. de Orat. li. ij. Munitæque sunt palpebrae, tanquam vallo pilorum.

165 § *Pannus* vsu generis *masc.* *Neut.* *Neut.* Tabel. Qui habet uxorem sine dote, pannum positum in purpura est.

166 § *Purpurissum* genere neutro; Afranius Homine: Cedo purpurissum. *Femin.* Næuius Sannionibus: In licio, cretam, cerussam, purpurissum.

167 § *Pernicies* generis *feminis*; Lucillius Satyr. lib. ij. Pestem, perniciemque catax, quæ & Manlius Nou. *Neut.* Acc. Menalippo: Paratus sum ubi vis, petere pestem, perniciem.

168 § *Palumbi femin.* Virg. Bucolicis: Nec tamen interea rauca tua cura palumbes. *Masc.* Lucil. lib. xiiij. Macrosque palumbos. Plaut. Bacchidibus: Qui enim intelligo duarum expertis palumbem. Pompon. de Vite: Quo palumbem unum ex ore tollit.

169 § *Pigror* generis *mascul.* Lucil. Satyr. li. x. Languor, & oppressit pigror, torporque quietis.

170 § *Pigna* Ennius lib. xvij. Potestate pigne sufferre laborem. Acc. Clytemnestra: Omnes gaudent facere rectè mali pignem. *Femin.* pigritia.

171 § *Pala* genere *femin.* *Neut.* Var. Flexatibus, *καὶ τὰς παλάμας*: Quid tu non vides in vineis, quòd tria pala habeant, tripales dici.

172 § *Periculum* generis *neutri.* Terent. Andr. At istuc periculum fieri in filia graue est. Periclitatio *femin.* M. Tul. de Deorum natura lib. ij. Sicut ex quibusdam stirpibus, & herbis, quarum vtilitates longinqui temporis vsu & periclitatioe percepimus.

173 § *Paratus* generis *masc.* Paratio *femin.* Afranius Priuigno: Silentio opus est, nulla inest paratio.

174 § *Penus* generis *femin.* Lucil. Magna penus paruo spatio cõsumpta peribit. *Masc.* Pomp. Dogali: Vnum penum, quæ omnem: ceterum aliam præberem penum. Næuius: Do facta meum in penum componam sati⁹ est. *Neutri* etiam lectum est apud plurimos, quorum auctoritas non probatur.

175 § *Polypus* generis *femin.* Lucil. libro xxix. Paulisper cui medentia medem hæc se vt polypus ipsa.

176 § *Paupertas* generis *femin.* *Neut.* Cæcilius Plocio: Ibo ad forum, & pauperi tutelam geram.

177 § *Papauer neut.* Virg. Spargens humida mela, soporiferumque papauer. *Masc.* Varro Admirandis: Infria scni papauerem. Plautus Afanaria: Formicis obitiis papauerem.

178 § *Pileum* generis *masc.* Plaut. Captiuis: Pileum, quem habuit, diripuit, eumque ad caelum tollit. *Neutri*; Plaut. Cornicul. Te obsecro, Lyde Pileum meum, mi fodalis, mea salubritas.

179 § *Prosecta* exta, quæ aris dantur ex fibris pecudum dissecta, sunt generis *neutri.* Licinius Macer Ornithogonia: Vulgari tosta vapore Cum virgis prosecta ferunt. *Femin.*

Lucil. lib. xiiij. Cenam, inquit, nullam, neque Diuo prosectam vllam. Var. Rerum diuin. lib. xj. Proficiem extorum vel in mēsam porrigere.

180 § *Pedis*, quem nos pediculum dicimus, generis *masculini* est. Nouius: Est pedis vnus ingens in naso. *Femin.* Plaut. Vidularia: Vbi quamque pedem videbat, suffurabatur omnis.

181 § *Pluuia*, vt sæpe, generis *femin.* Virg. Georg. lib. j. Tunc cornix plena pluuiam vocat improba voce. *Masc.* Laberius: Latè loquente qui pedem ex taberna tulimus, tantum cum staret pluoer.

182 § *Pistillus* *masc.* Nou. minia medicae: Lacrymæ cadent, caler pistillus. Idem Fullo nibus: Testes pestinas pistillos mihi cantent. *Neut.* Muntius: Pistillum grande est.

183 § *Propago* propages, vt sæpe, generis *femin.* Pacui⁹ Antiopa: Saluete gemini, mea propages sanguinis. *Neut.* Ennius: Boni secunde forent fructus, vt æque propaginem.

184 § *Patibulum* genere *neut.* *Masc.* Lucil. Rerum humanarum lib. xxj. Deligata ad patibulos, deligantur. & circumferuntur, cruci defiguntur. Plautus Carbonaria: Patibulum ferat, per urbem, deinde affigat cruci.

R

185 § *Rictus* generis est *masc.* Titinnius: Caue, exorge frontem, habeat semper factos rictus. § *Ricta* *neutri*; Lucil. lib. v. Mollia ricta tremunt duros nudantia dentes. M. Tul. de Signis: Vt rictum mentumque eius paulò sit attritus.

186 § *Rogus* *masc.* generis; Virgil. Æneid. li. iij. Hoc rogus iste mihi, hoc ignes aræ que parabant. *Neut.* Afran. Epistola: Pulcrè hoc incendi rogum, ardet, tenetur, hoc sepulcro sepeli licet.

187 § *Rudens* generis est *masculini*; Virg. Æneid. lib. ij. Excussòsq; iubet laxare rudetes.

Femin.

Femin. Plautus Rud. Dum hanc rudentem complico.

188 ¶ *Reticulum*, genere *masf.* M. Tullius Verrinarum actione vij. Reticulūque sibi ad nares admouebat, tenuissimo lino, plenum rosæ. Fenestella Annal. Fascem pectoralis reticulus. *Neutr.* Claud. lib. i. Prius hisce auctoribus inde reticula galearia.

189 ¶ *Ramenta* generis *neutri*, vt sæpe. *Femin.* Plautus: Ramenta siam plumbea propensior.

190 ¶ *Rastro*, genere *masf.* dicimus, vt apud Virgilium & Terentium. *Neutr.* apud Corneliū Celsum: Omnes rastra & artolunt, & adigunt.

191 ¶ *Rapius* generis *masf.* *Fem.* Terentius Adelph. Disperij Ctesiphonem audiui filium Vnā affuisse in raptione cum Æschino.

192 ¶ *Reditus*, generis *masf.* Virgilius Æneid. lib. iij. Nostri reditus expectarique triumphi. *Femin.* M. Tul. Philippicarum lib. i. Exponam vobis breuiter consilium profectiois, & regressiois meæ. Varro Rerum humanarum libro xx. Omnes Tarquinius eiecerent, ne quam redictionis per gentilitatem spem haberent. Idem eodem: Ad milites facit reuerfionem.

S

193 ¶ *Sexus*, *masf.* generis esse manifestum est. *Neutr.* Sallustius dixit Historiarum lib. ij. At Metellus in vltiorem Hispaniam post annum regressus, magna gloria concurrentium vndique virile, & muliebre sexus per vias, & tecta omnium viscebantur. Sisenna Histor. lib. iij. Tum in muro virile, ac muliebre sexus populi multitudine omni collocata.

194 ¶ *Specus*, genere *masf.* Varro Rerum diuinarum lib. iij. Ibi cum amissam capram desiderarent, animaduertissentque quendam specum tenebricosum. Ennius Lytris: Inferum vastos specus. *Femin.* Ennius Annalium lib. xvij. Concaua sub montis late specus intus patebat. Accius Nytris: Inde aduenio montem Oetam, scruposam specum.

195 ¶ *Strigilim* manifestum est esse generis *femini*. *Neutri*; Varro Bimargo: *στριγιλις* enim est vera, cum in candelabro pendet strigilis.

196 ¶ *Sortes*, genere *femin.* Virgilius lib. x. Nescia mēs hominum fati, sortisque future. *Masf.* Virgilius libro iij. Quæ sortitus non pertulit villos.

197 ¶ *Salis*, genere *masf.* Terentius Eunuchō: Labore alieno magnam partam gloriā, Verbis sæpe in se transmouet, qui habet salē, Quod in te est. Plaut. Mercatore: Quam si in aquam indideris salē. *Neutr.*; Varro Commentario veteri Fabij pictoris legi-

mus: Tesfit & sale, quo sale fordidum vestum est, & ollam rudem faciliē abiectum est, & postea id sal virgines Vestales terra ferrea fecant.

198 ¶ *Socrus*, & *mascul.* genere veteres dici posse voluerunt. Næuius Pellico: Desine soci tuo, fratri patri meo.

199 ¶ *Salum*, *neutri* generis est vulgari consuetudine. *Mascul.* Ennius Hecuba: Vndan-tem salum.

200 ¶ *Sibilum*, *neutr.* genere, vt apud Serenū: Suaue sibilum. *Masf.* Virgilius Bucolicis: Nam neque metantum venientis sibilus austri. Lucillius: Saxa & stridor: vbi atque erunt dum sibilus institis.

201 ¶ *Sagum* generis *neutri*, vt plerunque. *Mascul.* Ennius: Tergius igitur sagus pinguis opertat. Varro Virgula diuina: Cum neque aptam mollis humeris fibulam sagus ferret.

202 ¶ *Spari*, quod est genus teli *masf.* genere, vt est apud Virgilium: Agrestisque manus armat sparus. *Neutr.* Lucillius: Tum spara, tum rumices.

203 ¶ *Sanguis*, *masf.* generis in consuetudine habetur. Virgilius Æneid. lib. ij. Vos quibus integer æui Sanguis ait. *Neutr.*; Ennius Hecuba: Heu me miseram Interij, perdunt laure sanguen sanguine. Lucretius lib. primo: Visceribus viscus gigni sanguenque creati. Accius Amphitryone: Cum patre paruos patrum hostifice sanguine sanguen viscere suo. Idem Æneadis aut Decio: Vim gallicam obduc contra in acie exercitūve Patrum hostili fusum sanguen sanguine Varro Cosinotoryne, *σπινδορας νεσμων*: Africa terribilis cōtra concurrere ibis, atque Æneæ misceri sanguine sanguen. Cicero de finibus bonorum & malorum, libro quinto: Quotusquisque est, cui mors cum appropinquet, non fugiat timido sanguen, atque exalbescat metu?

204 ¶ *Subcubaneum* positum pro succuba. Titinnius testis est, in Psaltria: Contemplati ancillas quam arbitrer illarum subcuboneū esse.

205 ¶ *Simile* est pro similis est. pro *mascul.* positum neutrum. Titinnius Fullonibus: Formicę pol persimile est rusticus homo. Næuius Gymnastico: Pol haud parasitorum aliorum simile est. Næuius Militibus Pomtinesibus: Tu pueri pusilli simile es. quia enim ad os fers, quicquid nactus es.

206 ¶ *Schema*, *femin.* gen. dici veterum vsurpat auctoritas. Plautus Amph. Quod ego huc processi sic, cum seruili schema. Pomponius Prostibulo: Si valebit plus in buccam veteret si dicin' schema? *Neutr.*; Næuius Lycurgo: Pergite thyrsigeræ Bacchæ modo bacchico cum schemate. Lucil. lib. xxix.

In gymnasio vt schema antiquo est, peccatores retinerem.

207 ¶ *Scrobes*, femin. genere. *Masc.* Plautus Amph. Ibi scrobes fodito sexagenos in dies. Idem Aulularia: Ego escodiebam in die denos scrobes. Varro Rusticarum rerum libro primo, scrobiculū dicit. Idem Manio: Quod dum administrant in scrobe fodiendo, inueniunt arcam.

208 ¶ *Syngraphas*, fem. gen. *M.* Tul. auctore dicimus: Præ negotiatoribus Achaëis syngraphas, quas nostra voluntate conscripsimus. *Masc.* Plautus Afnaria: Agedum istum ostende, quem conscripsisti, syngraphum.

209 ¶ *Silex*, omnium consensu femin. appellatur genere. Virgilius Bucolico: Ah filice in nuda. *Masc.* Lucret. lib. i. Vnde queant validi silices, ferrumque creari. Idem libro quinto: Non ruere auulsos silices à montibus altis.

230 ¶ *Spice*, generis sunt feminini. Varro Sexagesi: Si canis sit è carello, sic è tritico spica. *M.* Tul. de finibus bonorum & malorum lib. quarto: Non enim quod facit in frugibus victum ad spicam perduxerit. *Masc.* Tul. de senectute: Calamòque erecta geniculato, vaginis iam quasi pubescēs includitur, ex quibus cum fundit fruges spici ordine structas. Varro lege Mania: Neque in bona segere nullum est spicum nequam; neque in mala non aliquod bonum.

231 ¶ *Squalor*, mascul. est generis. *Femin.* Accius Eurycle: Pro dii immortales speciem humanam, inusitatam, egregiam, indignam clade & squalitudine. Idem Telepho: Nam etsi operata squalitate est, luctuque horrificalli. Var. Manio: Ager derelinqueretur, ac periret squalē, scabre atque illunie & vastitustine. Lucil. Squalitate summa, scabie summa, erumna obrutam.

232 ¶ *Suasiones*, gen. fem. *Neutri*; Accius Clytemnestra: Scibam hanc mihi supremam lucem, & seruitutis finem dari.

233 ¶ *Scutum* generis *neutri*. *Masc.* Turpilus Demiurgo: Quia non minus res hominem, quam scutum tegit.

234 ¶ *Seplasiū*, generis *neutri*. Varro, ἀπρόπολι, ἀπὲρ ἡγεβλιακῆς. Doti dato insulam Chium, agrum Cæcubum, Seplasia Capuae, macellum Romuli. *Seplasia fem.* Varro Synephebo, ἀπὲρ ἡμωναῖς: Hic narium seplasiae, hic hedyus Neapolis. Pomponius Quiinqua tribus: Venit, inquit, rogatum nos, quando nostrae essent seplasiae.

235 ¶ *Stupor*, generis *mascul.* ¶ *Stupidatē fem.* Accius Epigono: Ita imperitus stupiditate erumpit se, impos consilij.

236 ¶ *Statura* gen. fem. Lucillius lib. xxviii. Quare pro facie, pro statura, status. *Masc.* *M.*

Tul. de offic. lib. i. In corporis denique motu, & statu cernitur.

337 ¶ *Stirpem* generis *femin.* Virg. Æneid. lib. vij. Heu stirpem inuisam, & fati contraria nostris Fata Phrygum. *Masc.* Ennius Annal. lib. v. Omnes Pyrrhus, vti memorant, à stirpe supremo. Pacuuius Atalanta: Dubito quam infistam viam, aut quod primordium Capissam ad stirpem exquirendum. Virgil. Æneid. lib. xij. Nanque diu luctans, lentoque in stirpe moratus.

238 ¶ *Satio*, generis *femin.* Virg. Georg. lib. j. Vere fabis satio. *Masc.* tamen *M.* Tul. de senectute: Quid ergo vitium ortus, satus, incrementa commemorem?

T

239 ¶ *Tactus*, generis *mascul.* vt saepe. *Femin.* Cicero Tusc. lib. iiii. Qualis hæc aurium, tales sunt & oculorum, & tactionum, & odoracionum, & saporum.

240 ¶ *Talis*, positum pro talis. Titinnius Setina: Accede ad sponsum audaciter, virgo nulla est, tale etiam est.

241 ¶ *Tonitrus*, positum pro tonitru. Plautus Amph. Strepitus, crepitus, sonitus, tonitrus.

242 ¶ *Tergum*, *neutro* genere dici, & consuetudo, & veterum confirmat auctoritas. Plautus Pseudolo: Nunquam ædopol vestrum durum tergam erit, quam hoc terginum meū. *Masc.* Plaut. Afnaria: Habeo opinor familiarem tergam, ne quaram foris.

243 ¶ *Textus*, *mascul.* est generis. *Neutri*; Lucret. lib. v. Treis species tam dissimileis, tria talia texta. Idem libro sexto: Propter dissimilem naturam, textaque rerum. Accius Nyctegresia: Scendit hora laterum texta Vulcani vorax.

244 ¶ *Terricula*, generis *femin.* *Neutri*; Acc. ὄνι ναυσὶ μέγχα: Vbi nunc terricula sita sunt. Idem Telepho: Proinde hæc ista tua aufer terricula: atque animum iratum comprime.

245 ¶ *Torquem*, gen. *mascul.* Lucil. Satyr. lib. xi. Cōuentus, pulcer, braca, saga, fulgere torques Magni. *M.* Tull. de offic. lib. iij. Atque hic Titus Manlius is est, qui ad Anicenum, Galli, quem ab eo prouocatus occiderat, torque detracto cognomen inuenit. *Fem.* Varro ἔχρησι, ἀπὲρ πύχνη: Tela dextra vibrant, ruffatia emicant, atq; insignibus Martis torques aureæ, & scuta celata Hiberō argēto graui crebra fulgent. Claudius Quadrigarius describens Manlij Torquati pugnam: Vbi eum euerit, caput præcidit, torque detraxit, eandemque sanguinolentam sibi in collum ponit. Varro de vita populi Rom. libro i. Audi pondo duo millia acceperunt ex ædibus sacris, & matronarum ornamentis, à quibus postea id aurum, & torques aureæ multæ relata Romam, atque consecrata.

246 ¶ *Ti-*

246 ¶ *Timor*, generis *masf.* [timiditas] *fem.* Pacuvius Periboca: Et fare quæ cor tuum timiditas territat. M. Tul. de repub. lib. ij. Esse autem angores, si miseria afflicta, atque abiectas timiditate, & ignavia. Idem de Orat. lib. ij. Pudore à dicendo, & timiditate ingenua quadam refugisti. In eodem: Neque illa mihi cautio, & timiditas incauti, propter præstantem prudentiam Crassi negligenda est.

247 ¶ *Tractus* generis *masf.* Varro, mutuū muli scabunt, *ἄνδρομοῦ*: vt venalem tuniculam poneret quotidie, vt videret, torum denique etiam suis manibus lanæ tracta ministrasset infectori.

249 ¶ *Tribula*, *fem.* Virg. Georg. lib. j. Tribulaque, traheaque, & iniquo pondere raffri. *Neuro.* Varro Rerum rustic. lib. j. Quod fit apud alios iumentis, hic tribulo fit.

250 ¶ *Torpor* generis *masf.* Lucret. Tantus conduxerat omnia torpor. *Torpor fem.* Salust. Hist. lib. j. Hæc si placent, si tanta torpore animos obrepfit.

251 ¶ *Tapete* generis *neutri.* Turpilius, & Cæcilius: Glabrum tapete. *Masf.* Virg. Pulcrôque tapetas.

252 ¶ *Tributum neuro:* sed *masf.* Cato Originum libris: Ne prædia in lubricum dirigentur, cum tributus exigeretur.

253 ¶ *Testa* genere *femin.* sæpe inuenitur. *Neuro* apud obscuræ auctoritatis, sed summos scriptores legimus.

254 ¶ *Turdi masf.* sunt generis, vt plerunque lectum est. *Fem.* Varro Quinquatribus: Tu Pledi contra audes dicere, cum in eborato lecto, ac purpurei operis toro cubare videas agrotum, & eius prius album, quam tympan subducere malis?

255 ¶ *Tarditas* generis *fem.* *Masf.* Varro Bimargo: Ne me prædatus versuum tardor, ne prenet tarte cum prytimon certum.

256 ¶ *Tibia* gen. *fem.* *Masf.* Varro. Modio: Quare meas lubidines, ac tibias bilingos.

257 ¶ *Tartara* genere *neuro.* Virg. lib. vj. At læua malorum Exercent pœnas, & ad impia tartara mittit. *Masf.* Virg. lib. vj: Tum tartarus ipse Bis patet in præceptis tantum.

V

258 ¶ *Vterus*, *masculino* genere dicuntur. *Neuro.* Plautus Aulul. Perij mea nutritrix, obsecro, vterum dolet. Turpil. Philopatros: Di perij misera, vterum cruciatur mihi. Afranius Vopisco: Sedit vterū, non vt omnino tamen.

259 ¶ *Venatus masf.* est generis. Virg. lib. viij: Venam assiduo, & torum cognouimus amnem. Et Georg. Sed rami atque asper victu venatus alebat. ¶ *Venatura fem.* Plautus Milite glorioso: Viden tu illam oculis venaturam facere, atque aucupium auribus.

260 ¶ *Vultus*, *mascul.* genere appellatur.

Vir. lib. v. Mene salis placidi vultum, fluctuque quietos. *Neuro.* Lucret. lib. quarto: Vt patribus patri, sed quod vtriusque figuræ Esse vides iuxtim miscentes vultu parentum. Ennius: Auerlabantur semper viuos, vultaque vultu.

261 ¶ *Vulgus*, *neuro* genere solum dici putat Lucill. Satyr. lib. xiiij. Dilectum video studiose vulgus habere. *Masf.* Sifenna Hist. lib. iij. Imperitum concitat vulgum. Virg. *Æneid.* lib. ij. Hinc spargere voces In vulgum ambiguo. Accius Euryface: Diffidam amantem cidere turbet vulgum ambigua. Accius: Euitat mæros disiciit. Idem Epigono: Et nonne Argiuos fremere bellum, & velle vi vulgum videt? Varro Erono, *ἄνδρομοῦ*: Quare Heraclides Ponticus plus sapit, qui præcipit, vt cõburerent, quàm Democritus, qui vt in melle feruarent. quem si vulgus secutus esset, peccarem, si centum denariis calicem mulsi emere possimus. Idem, *ἄνδρομοῦ*: Iurgare cepit dicens, quæ facis, atque in vulgum vulgas.

262 ¶ *Vsus*, generis *masf.* Cic. Orat. lib. ij. Adiungetur vltus frequens, qui omnium magistrorum præcepta superaret. *Fem.* Plautus Amphitr. Vsuramque eius corporis cepit sibi. Accius Oenomaos: Atque hæc postremam Solis vsuram cape. Varro *ταφῆ μυσταπυοῦ*: Diogenem litteras scisse, dū vsioni quod satis esset.

263 ¶ *Vellus* gen. *masf.* Lucillius Satyr. lib. iij. Ne agitarem, manu tu pessulus, hunc vctem polliis cuneo ipso. Virg. Centum arcei claudunt vctes.

264 ¶ *Vepres*, gen. *masf.* Virg. Sparsi rorabant sanguine vepres. *Fem.* Pomponius portoperipocons, *Vepra* est veprecula. Lucr. lib. iij. Nam sæpe videmus Illorum spoliis vepres volitantibus auctas.

265 ¶ *Vadam* generis *neutri.* Virg. *Æneid.* lib. primo: In vada cæca tulit. Sallustius Hist. lib. primo: Et mox stipidius adueniens cū legionibus, postquam tantas spiras haud facilem pugnantis vadum, cuncta hosti quàm suis opportuniore videt.

266 ¶ *Vespera fem.* Optatū germanus meas vespera oriente clanculum ferri ad speciem delino. *Masf.* Plaut. Amph. Hæc illis est pugmata pugna vsque à mane, ad vesperum. Virg. Georg. lib. iij. Cum frigidus æra vesper Temperat. Terent. Heanton. Nunquam tam mane domo egredior, neque tam vesperi reuortor.

267 ¶ *Vtres* vsu generis *masf.* tantummodo deputantur. *Neutri.* Lucillius Andronius: Flacci tege vtria.

268 ¶ *Vigilie* generis *fem.* sunt, vt plerunque *Neutri.* Varro Endymionibus: Animum mitto speculatum toto orbe, vt quid facerent homines cum expectetū sint, me fa-

ceret certiores, si quis melius operam superet, ut eius consilio potius vigiliam administrarem nostrum, qui videt alium curuantem extremo noctis tempore.

269 ¶ *Victus* pro vita positum genere *masf.* M. Tull. de finib. bonorum & malorum lib. 5 Persecutus Aristoteles animantium omnium ortus, victus, figuras.

DE VARIA SIGNIFICATIONE SERMONVM PER A LITTERAM.

CAP. IIII.

A

Aduosum significat *contra*. Terentius Adelphis: Neque seruulorum quisquam, qui aduersum ierant. Plautus *Afinaria*: Quae illac praeda est: Ibo aduersum, atque electabo quicquid est. ¶ Aduosum rursus, *apud* significat. Titinnius *Gemina*: Mulier credo aduersum illum res suas conqueritur. Terent. *Andria*: Et Id gratum fuisse aduersum te habeo gratia. Ennius *Telepho*: Te ipsum hoc oportet profiteri, & proloqui aduersum illam mihi. Afranius *Excerpto*: De vita, ac morte domini, fabulauerit aduersum fratrem illius, ac dominum suum. Plaut. *Aulul.* Egone ut te aduersum mentiar mater mea? M. Tullius de finibus bonorum & malorum libro iij: Nec verò pietas aduersum deos, nec quanta iis gratia debeat, sine explicatione naturae intelligi potest.

2 ¶ *Anima* est secundum consuetudinem *isti*: itus, quo vivimus. Virg. *Georg.* lib. iij. Animasque in vulnera ponunt. ¶ *Anima* rursus *halitus oris & odor*. Virg. *Georg.* lib. ij. Animas & olentia Medi Ora fouent illo, & senibus medicantur aahelis. Titinnius *Fullonibus*: Interea fortida anima nasum oppugnat. Plautus *Afinaria*: An foetet anima tuae uxori? Idem *Mercatore*: Ieiunitatis plenus animam fortidat. Cæcilius: Quae mihi vbi Domum adueni, asledi, extemplo suauium Dar ieiuna anima? ¶ *Anima, aqua*. Plaut. *Amph.* Ni ego illi puteo, si ocepso, animam omnem intraxero. ¶ *Anima, sonus*. Varro *Eumenidib.* Phrygios per ossa cantus liquida canit anima. ¶ *Anima iterum significat iracundia, vel furiosum*: vnde & *animosi* dicuntur iracundi. Plaut. *Amph.* Animam comprime. Accius *Menalippa*: Egone auxilio motus, temere ut hosti me animato offeram? Idem *in vauo* *μῆχρ*. Ut nunc cum animatus iero, satis armatus sum. Nouius *Fullonibus feriat*: Nihil est periculi, dabo tibi virum validum, virum animosum. M. Tull. de *Repub.* lib. j. Ergo non probares consilio pulso libidines, quae sunt innumerabiles iracundiae, quae tenerent omnia: Ego verò nihil isto animo, ni

hil ita animato homine miserius ducerem. Idem de *repub.* lib. j. Tum virtute, labore, industria quaereretur summi viri indolere, nisi nimis animose ferox natura illi nescio quo. Virg. *Georg.* lib. ij. Quos animosi curi assidue franguntque, feruntque. Et *Aeneid.* lib. xj. Pone animos & pulsus abi. Lucil. lib. xxx. Atque animosam Thessaliam, indomitam frenis subigantque domentque Bellando. ¶ *Anima, ventus*. Virg. lib. viij. Quantum ignes animaeque valent. Lucretius libro quinto: Aurarumque leues animae, calidaeque vapores. Varro *Margopoli*, *μῆχρ*: Noctilucam tollo, ad focum fero, inflo, anima reuiuiscit. Idem *Cosimotoryne*, *μῆχρ* *μῆχρ* *μῆχρ*: Detis habenas animae leui, dum ventus nos flamine sudo, stauem ad patriam perducit. Accius *Myrmidonibus*: Lassis trahere in salum, & vela ventorum animae immittere. Plaut. *Aulularia*: Neque quid emittat animae dormies.

3 ¶ *Aptum, necessarium*. M. Tul. de *Repub.* lib. iij. Eademque obiectum viuo, atque vram, noctemque efficiat, cum ad numerum dierum aptum ad laborum quietem. ¶ *Aptum eleganter, ac necessarie positum*. Tul. de *offic.* lib. j. Ut enim pulchritudo corporis, apta compositione membrorum, mouet oculos, & delectat. Idemque. Sed facile iudicabimus, quid eorum apte fiat, quid ab officio, naturaque diserepet. M. Tul. de *finib. bon. & malor.* lib. iij. Itaque natura sumus apti ad coetus, consilia ciuitatis. ¶ *Aptus significat adeptus*. Accius *Menalippo*: Obuia mens, idque aduersum aptus alteri in promptu occupat. Pacuu. *Hermiona*: Quod ego in acie celebri obiectans vitam, bellando aptus sum. Lucil. lib. xxix. Ut si id, quod concupisisset, non aptus. ¶ *Aptum, compositum, paratum*. Virg. *Aeneid.* lib. iij. Interea classem velis aptare iubebat Anchises. Idem lib. x. Proiecto dum pede lauo Aptat se pugnae. Pomponius: Heus aptate pueri munde, atque ampliter conuiuium. ¶ *Aptum rursus, conueniens & colligatum* significat. Virg. *Georg.* lib. iij. Iphis est torquibus aptos Iunge pares. Accius *Demetrio*: Hinc colemena

colemena lege minus aptum cornibus. Lucil. Satyr. lib. x. Confellas quoque validis in funibus aptas. Idem lib. xvj. Ibat fortè aries, inquit, quod genus quantis Restibus vix vno filo hæc se hæreere putares Pellicula extrema exaptum pendere onus ingens. Varro Mutuum muli scabunt, *scilicet de pexo pexo*: Vbi lucus opacus teneris fruticibus aptus. M. Tul. de deorum natura lib. iij. Quis enim huc hominem dixerit, qui tam certos cæli motus, tam statos astrorum ordines, tamque inter se omnia connexa, & apta viderit, neget his vllam inesse rationem? Sallust. Histor. lib. iij. Quod vbi frustra tentatum est, locordius ire miles, obrepere non aptis armis, vt in principio laxiore agmine. Lucillius lib. xxx. Vnus confertur nouis vetus pestibus aptus. M. Tullius Hortensio: Altera est nexa cum superiore, & inde apteque pendens. Et Tusculan. lib. v. Fulgentem gladium è lacunari seta equina aptum demitti iussit.

4 ¶ *Æquales sunt similes, & ex æquo.* Afranius Vopisco: Equidem te nunquam mihi Parasitum, verum amicum, æqualem, atque hospitem Quotidianum, & lautum etiam conuiuiam domi. ¶ *Æquales rursus æquani.* Virgil. Æneid. lib. x. Necnon Euantem Phrygium, Paridisque Mimanta Æqualem. Lucillius Satyrarum libro v. Veterum vaum ce cidisse tamen senem Tiresiam æqualem cõstat. Afranius Priuigno: Noui amicum, atque æqualem meum. Virg. lib. quinto: Ast illum fidi æquales. Terent. Eunuch. Patris cognatum, atq; æqualem Archidemidem Nostin? M. Tullius de offic. lib. tertio: P. Scipionem, Marce filii, eum, qui primò Africanus appellatus sit, dicere solitum scripsit Cato, qui fuit ferè eius æqualis. Et de Senectute: Ego verò propter sermonis delectationem tempestiuus quoque conuiuiis delector, nec cum æqualibus solum, qui pauci admodum restant, sed cum vestra etiam ætate.

5 ¶ *Apertum, purum, serenum.* Virgilius Æneid. libro primo: Scindit se nubes, & in æthera purgat apertum. ¶ *Apertum dicitur pafactum.* Virgil. lib. viij. Iamque adeo exierat portis equitatus apertis. Terentius Adelphi. Abi persitrenuè, ac fores aperi. ¶ *Apertum, nudatum.* Turpil. Demiurgo: Apertæ suræ, brachia autem procera horrorem mihi ex corde exsuscitabant. Sallustius Histor. lib. v. Quibus de causis Syllam in victoria dictatorem, sibi equo descèdere, fungere de sella, caput aperire solitum. M. Tullius de offic. lib. ij. Verentur enim ne si quo casu euenerit, vt corporis partes quædam aperiantur, aspiciantur non decorè. Virgilius lib. sexto: Aperit ramum, qui veste latebat. Var. Eumenidib. Capite aperto esse iubet, ante lucem suscitatur. Sifenna Hist. lib. iij. Adoruntur aduersos, vt

apertis lateribus. Varro de vita pop. Rom. lib. j. Minores natu capite aperto erant, capillo pexo, vtique innexis crinibus. ¶ *Aperit, mitigat, placat.* Virgilius Æneid. libro primo: Et vastas aperit fyrteis, & temperat æquor.

6 ¶ *Aperire, erigere, ostèdere.* Virg. Æn. lib. iij. Quarto terra die primùm se attollere, tandem Visa aperire procul. Idem Æneid. lib. octauo: Patriùmque aperitur vertice fidus. Varro Meleagris: Non modò furis apertis, sed penè natibus apertis ambulans.

7 ¶ *Autumare, est dicere.* Pacuuius Peribœa: Flexa, non falsa autumare dictio Delphis solet. Idem Hermiona: Quid beneficiam ei, patris cuius opera te esse vltum autumat? Lucillius lib. xxvij. Socraticum quid ante tyranno misisse Aristippum autumat. Plautus Amphitryone: Nisi hoc ita factum est, proinde vt factum esse autumo Non caussam dico, verùm qui insimules probri? ¶ *Autumare est sperare.* Pacuuius Duloreste: Aut hie est, aut hie adfore actutum autumo.

8 ¶ *Altum non solum aerium, vel profundum, sicuti plerunque. ¶ Altum ab alendo dictum.* Varro Manio: Habens ante positam alimoniam, sedens altus alieno sumptu.

¶ *Altum, magnum vel gloriosum.* Virgil. Georg. lib. iij. Te sine nil altum mens inchoat.

¶ *Altum, vetus, antiquum.* Virgilius Georgic. lib. iij. Altius omnem Expediam prima repetens ab origine famam. Et lib. viij. Quid causas petis ex alto? Accius Armorum iudicio: Cur vetera tam ex alto appetissis distidia Agamemnon? ¶ *Altum, pressum, obscurum.* Virgilius lib. xi. Quid me alta silentia cogis Rumpere? Idem eodem: Sin altior istis Sub precibus venia vlla lateat?

9 ¶ *Aditus, interpellatio.* Terentius Andria: Aliquot me adierunt, ex te auditum qui aiebant. Virgilius libro decimo: Regem adit, & regi memorat nomènque, genalque. Lucillius lib. xxvij. Cùm pacem peto, cùm placo, cùm adeo, & cùm appello meâ. ¶ *Aditus, ingressus.* Virgilius lib. ix. Huc turbidus, atque huc, Lufuat equo muros, aditumque per auia quærit. Tul. de suppliciis: In ipso aditu, atque opere portus. ¶ *Aditus rursus aduentus.* Accius Medea: Tunc Diomedes & cuius aditum expectant, peruixi vsque adhuc. M. Tullius ad Cæsarem in iuniorum lib. i. Er aut ad consules, aut ad te, aut ad Brutum adissent, his fraudi ne esset, quod cû Antonio fuissent.

10 ¶ *Attendere est intendere.* M. Tullius de officiis, lib. iij. Et si cùm animum attendaris, turpitudinem videas adunatam. Accius Diomedes: Simul autem attendo, vt quirem exaudire amplius. Lucilius lib. xxix. Præterea

vt nostris animos attendere dictis, Atque adhibere velis. Idem lib. xxvij. Rem cognoscas simul, & dictis animum attendas postula. Pacuvius Antiopa: Sed cum animum attendo ad querendum quid fiet. Pomponius Macco: Quid futurum est, si pol ego hanc discere artem attenderim? Attendere, *perseuerare*. Accius Diomede: Si vnquam perpediar gnato, puer, ne attenderis Petere à me id, quod nefas sit concedi tibi.

11 *Appellare*, est familiariter respondere. Lucillius libr. xxvij. Cum mei me adeunt seruuli nō dominam ego appellem meam? *Appellare, nominare*. M. Tul. de Offic. lib. iij. P. Scipionem, Marce fili, qui primus Africanus appellatus sit.

12 *Appellare*, est *applicare*. Afranius Excep. Aditu appellant huc ad molem nostram nauiculam. Lucillius lib. xxvj. Agere in iaciendo si quo est in vineis actis opus, primū id dant operam, vt. quamprimum appellent.

13 *Æmulus*, est *inuidus*. Virgilius Æneid. lib. v. Æmula necdum Temporibus geminis cauebat sparsa senectus. Et lib. vj. Æmulus exceptum Triton. *Æmulus* est *sectator*, vel *imitator*. M. Tul. pro M. Marcello: Illo æmulo, atq; imitatore studiorum meorum, ac laborum. Sallust. Histor. lib. iij. Sed Pompeius à prima adolescentia, sermone fautorum, similem fore se credens Alexandro regi, facta, consultaque eius quidem æmulus erat. Virgil. Æneid. lib. x. Spemque meam patriæ quæ nunc subit æmula laudi. Æmulus similitudinem vitæ, institurque sequens. M. Tullius de Repub. lib. j. Qua enim iudicatur iste optimus doctrina, artibus, studiis, audio quando.

14 *Argentum* significat *sonans*. Virgil. Bucol. Fortè sub arguta confederat ilice Daphnis. & multa huiusmodi. *Argentum*, *audax, malitiosum*. Lucillius lib. xxvij. Agite, agite fures, mendacia argutamini. Plaut. Mutilell. Exi è culina, sis foras mastigia, Qui mihi inter patinas exhibes argutias. *Argentum*, *parvulum, ac letum*. Virgilius Georg. lib. iij. Argutumque caput, breuis aluus, obesaque terga.

15 *Accipere, tractare, increpare*. M. Tull. Verrinarum actione ij. Malè accipit verbis Rabonium. Et ad Casarem Iuniorem lib. j. Roga ipsum, quemadmodum cum ego armis acceperim. *Accipere, est datum sumere*. Virg. Æneid. lib. iij. Accipe, & hæc manuum tibi quæ monumenta mearum sint puer.

Accipere, sentire. Terentius *auror*. Clinia aliter tuum amorem, atque est, accipis. *Accipere, videre*. Virgil. lib. viij. Vt te fortissime Teuerū, accipio, agnoscoq; lubens. Var. de re rust. lib. iij. Cum diceret se nullam accepisse

villā, quā magis delectatus esset. *Accipere, cōcipere*. Virg. lib. viij. Alij ventosis foliibus auræ Accipiunt, redduntque. *Accipere, audire*. M. Tul. Accipite nūc aliud eius facinus nobile. Lucil. lib. xxx. Hoc etiam accipe quod dico: nam pertinet ad rem. Virg. Æneid. lib. ij. Accipe nunc Danaūm insidias, & crimine ab vno Disce omneis. *Accipere, pascere*. Terent. Eunuch. Accipit hominem nemo melius profusus, neque prolixius. *Accipere, decipere*. Lucil. lib. xxix. Sic inquam veteratorē illum vetulum lupum Annibalem acceptū. *Accipere, admittere*. Plaut. Aulularia: Optumus tu conditionem hanc accipe.

16 *Ardere, est ignoscere, concremari*. Virgil. Æneid. v. Nanq; volans liquidis in nubibus arde arundo. Idem lib. ij. Iam proximus ardet Vcalegon. *Ardere, festinare*. Virgil. Æneid. lib. i. Instant ardentem Tyrij, pars ducere muros, Molirique arcem, & manibus subuolueret saxa. Idem lib. xij. Ardet in arma magis. *Ardere, fulgorem & splendorem emitere*. Virg. Æneid. lib. iij. Tyriōque ardebat murice læna. Lib. xi. Ardet apex capiti, tristisq; à vertice flamma Funditur. *Ardere, dolere, vel irasci*. Virgil. lib. x. Proxima quæque metit gladio, latūmq; per agmen Ardens limitem agit ferro, te, Turne, superbum Cæde noua quarens.

17 *Acere*, significat *celer, velox*. Virg. Geor. lib. iij. Calidūmq; animis, & cursibus acere. Idem Æneid. lib. iij. At puer Ascanius mediis in vallibus acri Gaudet equo. *Acere, austerum, acerbum, asperum*. M. Tullius Hortensio: Quod alterius ingenium, sicut actū Egyptium, alterius sic acris mel Hymettium dicimus. Var. Parmenone: Dimittisq; acreis pectore curas cantu, castaq; potēsi. *Acere, seuerum*. M. Tullius de offic. lib. i. Suum quisq; igitur noscat ingenium, acremque se & bonorum & malorum suorum iudicium præbeat. Idem eodem: Vtendum est fortasse vocis contentione maiore, & verborum gravitate acriore. *Acere, forte*. Virg. Æneid. lib. vij. Aut acrem dubites in prælia poscere Turnum? Cic. Tusc. lib. v. In rebūsq; gerendis virum, & acrem, & industrium, eundem tamen maleficum natura. *Acere, vehemens, sauum*. M. Tul. Hort. Aut Philippo breuius, aut Theopompo acrius. Virg. Georg. lib. iij. Acremq; Molossium Pasce sero pingui. Idem Æneid. lib. v. Acrior ad pugnam redit, ac vim sulcitat ira. M. Tul. Verrin. actione de signis. *Acere, prouidum, diligens*. Virg. Georg. lib. ij. Iam tum acer curas venientem extendit in animum Rusticus.

18 *Aer*, est medium spatium, quod inter cælum est & terram. Virgil. Æneid. lib. v. Aera dimouit tenebrosam, & dispulit umbras. *Aer, altitudo*. Virg. Geor. lib. ij. Vbi aera vincere

vincere summum Arboris haud vlla iactu potuerit sagitta. ¶ *Aer, sonus.* Var. Andabatis: Anima, vt conclusa in vesica quando est arctè ligata, si perculeris, aera reddet.

19 ¶ *Amarum* dicitur *asperum*. Virgilius Georg. lib. ij. Et amara Pausia bacca. Lucret. lib. iij. Interea perpotet amarum absinthii la ticem. ¶ *Amarum, acerbum.* Virg. Æneid. lib. iij. Isque amens animi, & rumore accensus amaro.

20 ¶ *Admonere, commonefacere.* M. Tull. in Verrem de signis: Rectè admones, Poly- cletum esse dicebant. ¶ *Admonere, percutere.* Virg. lib. x. Lucagus vt pronus pendens in verbera telo Admonuit biugos.

21 ¶ *Ambire*, significat *circuire, & concludere.* Virg. lib. iij. Quæ rapidus flammis ambit torrentibus amnis. Idem lib. x. Atque oras ambiit auro. ¶ *Ambire, ambitionibus appetere.* Virg. lib. vij. Ne connubiis ambire Latinum Æneadæ possint. Terent. Andria: Nisi vides, nisi senis amicos oras, ambis. ¶ *Ambire, in- terpellare.* Virg. Æneid. lib. iij. Quonam reginam ambire furentem Audeat affatu?

22 ¶ *Age re, gerere.* Varro Bimargo: Non Hercules potes, qui agebas, sed cono- pron.

23 ¶ *Audacia* consuetudine *temeritas* di- citur. Sallust. Catilinæ bello: Audacia pro mu ro habetur. ¶ *Audacia, fiducia.* Virg. lib. v. Quisque pedum cursu valet, & qui viribus audax.

24 ¶ *Atrum* dicitur *nigrum.* Virgil. lib. v. Quinquaginta atris immanis hiatibus hy- dra. Et Georg. lib. iij. Hic piscibus atram Im- probus ingluuiem. Var. Eumenidib. Vix vul- gus consistit non Furiarum, sed puerorum, atque ancillarum, qui omnes me bilem atrâ zigtare clamitantes.

25 ¶ *Alumnos* consuetudo quos *alios*, vel *educes*, vel eos qui aluntur dici vult. Virg. lib. vj. Nec Romula quondam Vllò se tantum tellus iactabit alumno. M. Tul. in Verrè de supplicii: Italia autem alumnus suum ser- uiculis extremo, summòque supplicio fixura videret. Var. Sefquilyse: Nisi quod lupanr alumni sefellerunt olim. Idem Eumenidib. Et ecce de improniso ad nos accedit cana ve- ritas Atticæ philosophiæ alumna. ¶ *Alumnū filium.* Virg. lib. vi. Nec non & Tyron- terræ omnipotentis alumnus Pacu. Teucro: Quæ desiderio alumnū, pœnitudine, Squale, sca- brèque, & inculta vastitudine? Alumnus, do- minum. Virg. lib. xj. Caro datus ibat alumno.

26 ¶ *Agere, leto dare.* Virg. Æneid. lib. j. Tū vulgus in omne Miferet agens telis. Actum rotarum. Virg. Æneid. lib. ix. Ipse ter addu- cta circum caput egit habena. ¶ *Agere, loqui.* Terent. Adelp. Sed estne ipse de quo agebā? ¶ *Agere, persequi.* Virg. Æneid. lib. iij. Quam

procul incautam nemora inter Cressia fixit Pastor agens telis. Et Æneid. lib. viij. Quos illi bello profugos egere superbo. ¶ *Agere, fugare.* Virg. Georg. lib. ij. Et membris agit a- tra venena. ¶ *Agere, porrigere.* M. Tul. de of- fic. lib. ij. Vera gloria radices agit, atque etiā propagatur. ¶ *Agere, intendere, inquirere.* Vir. Bucol. Id quidem ago, & tacitus Lynda me- cum ipse voluto. ¶ *Agere, urgere, impellere.* Tul. in Verrem actione ij. Agunt eum præci- pitem pœna ciuium Romanorum.

27 ¶ *Actum* dicitur *perfectum.* Virg. lib. vj. His actis properè exequitur præcepta Sibyl- læ. ¶ *Actum, appulsum.* Virg. lib. vij. Siue er- rore via, seu tempestatibus acti. Varr. Lege Mænia: Non hos Pactolus aureas vndas a- gens Eripiet vnquam è miseris. ¶ *Actum infixum.* Virg. lib. ix. Sed viribus ensis adactus Transadigit costas, Varr. γῶντι οὐαυτῶν: Non vi detis, vnus vt paruulus Amor ardifera lam- pade arida agat amantis æstuantis. ¶ *Actum, coactum, territum.* Virgilius libro sexto. Pro- digiis acti caelestibus ossa piabunt. ¶ *Actum, admotum.* Virg. lib. viij. Accelerant acta pari- ter testudine Volsci. Lucil. lib. xxvj. Aggere in iaciendo si quo in vineis actis opus.

28 ¶ *Asperum* significat *insuauè.* Terent. i autovr. Asperum pater, hoc est, aliud lenius. sodes vide. Virg. Georg. lib. ij. Asper in ore sa- por. ¶ *Asperum, nocens.* Virg. Æneid. lib. iij. Sauiat agris, asperque fiti, atque exterritus æstu. ¶ *Asperum, exasperatum, non lenè.* Virg. lib. ix. Bina dabo argento perfecta, atque as- pera signis Pocula:

29 ¶ *Equare* est *cum equitate diuidere.* Vir. Æneid. lib. j. Operumque laborem Partibus æquabat iustis. ¶ *Equare, continuare.* Virg. Æneid. lib. viij. Felix si protinus illū Equaf- ser nocti ludum.

30 ¶ *Accommodatum* dicitur *ad iunctum.* Virg. Æneid. lib. ij. Laterique Argium ac- commodat enses. M. Tul. in Ver. in frumen- taria: Flagitia, libidinisque accommodat. Ac- cius Bacchis: Tunc syluestres exuias sauo- pistas lateri accommodant. Idem de officiis lib. j. Qui se ad temp. & ad magnas res geren- das accommodauerunt. Et de Repub. lib. j. Expositamque ad exemplum nostræ reip. ac- commodabo eam, si potero, omnè illam o- rationem, quæ est mihi habenda de oprimo ciuitatis statu. ¶ *Accommodatum, proclive, propensum.* M. Tul. in Verrem action. iij. Tunc præterea maximè sedati, & quieti propè præ- ter ceteros ad summum Græcorum otium, potius quàm ad vllam vim, aut tumultum accommodati. ¶ *Accommodare, adhibere.* Marcus Tullius de officiis libro iij. Tan- tum dabit amicitia, vt veram amici causam esse malit, vt orandæ litis tempus, quoad per- leges liceat, accommodet. Et de senectute:

Cæterum & tempora metendis frugibus, & percipiendis accommodata sunt.

31 ¶ *Aridum* dicitur *secum*. Virg. *Æneid.* lib. j. Atque arida circum Nutrimeta dedit. ¶ *Aridum, horrificum, acutum*. Virg. *Georg.* lib. j. Et aridus altis Montibus audiri fragor. Lucret. Aridus vnde aures terget sonus. ¶ *Aridū purum, lucidum*. Plaut. Rudent. Argento arido.

32 ¶ *Auceps* est *dubium*. Virg. *Æneid.* lib. x. Auceps pugna diu. ¶ *Auceps, duplex*. Luci. lib. xxix. Nemo hos ancipites ferro effringat cardines. Virg. *Æneid.* lib. iij. Agnouit prolem ambiguum, geminisq; parentes. Var. de vita populi Romani lib. iij. Cæsar reuersione fecit, ne post occipitium in Hispania exercitus qui erant, relinquerent: quod se conuiceret Pompeius, vt ancipiti vrgeretur bello. ¶ *Auceps, acutum ex utraque parte*. Lucil. lib. xxix. Vecte, atque ancipiti ferro effringam cardines.

33 ¶ *Aura* est *ventorum [vis]*. Vir. *Geor.* lib. iij. At illi Dulcis compositis spirauit crinibus aura Idem *Æneid.* lib. vj. Discolor vnde auri per ramos aura refulsi. ¶ *Aura adactus*. Var. *Eumenidibus*: Simul ac languido corpore solis calidior visa est aura.

34 ¶ *Argutari* dicitur *loquaciter proloqui*. Ennius: Quem incertum tu isti credere, atq; exercere lingua, vt argutari possis. Nouius Exodio: Quando ad ludos venit, alij cum tacent, totum diem argutatur, quasi cicada. ¶ *Argutari, subsilire*. Titinnius Fullonibus: Terra hæc est noua, qua vbi tu solitus argutari pedibus, cretam dum compescis, vestimenta que lauas.

35 ¶ *Attollere* significat *erigere, fundere*. Virgil. *Æneid.* lib. iij. Attollit se diua Lacinia cõtra. ¶ *Attollere, afferre*. Pacu. *Medo*: Custodite istum vos, ne cum quis attollat, neve attingat. Idem *Armorum iudicio*: Pro imperio agendum est, quis vetat, quisve attollat. Vir. *Æneid.* lib. ix. Attulit & nobis aliquando oprantibus ætas.

36 ¶ *Auscultare* est *obsequi*. Pacu. Quis se magis audiendum, quàm auscultandum censeo. Ennius *Menalippa*: Mihi auscultate nate, Pueros cremati iube. Cæcil. *Embono*: Audire ignoti quod imperant, soleo, non auscultare. ¶ *Auscultare, audire*. Afran. *Simulante*: Næ ego illos vel tantis ausculto lubens. Põponius *Asia*: Atque auscultare disce, si nescis loqui. ¶ *Auscultare, videre, spectare*. Afranius *Priuigno*: Vider ludos, hinc auscultauit procul.

37 ¶ *Adducere, ducere*. Terent. *iavovr*. Adducimus ad te tuam Bacchidem. ¶ *Adduci, coepi*. M. Tul. de senectute: Nullo imbri, nullo frigore adduci, vt capite aperto sit. ¶ *Adducere, intorquere, rotare*. Virg. lib. ix. Ipse ter adducta circum caput egit habena. ¶ *Adducere,*

producere. Vir. lib. ix. Ocyus adducto torquens hastile lacerto.

38 ¶ *Æquor, campus*. Virg. lib. xij. Illi æquore aperto, Ante notos, Zephyrumque volant. ¶ *Æquor, mare*. Virg. *Æneid.* lib. j. Et vastas aperit syrtes, & temperat æquor. ¶ *Æquor, fluminis*. Virg. lib. iij. Viridèsque secant placido æquore sylvas.

39 ¶ *Aduenire, venire*. Cæcil. *Plocio*: Adepol senectus vt si nihil aliud apportes tecum cum aduenis, vnum id sat est. ¶ *Aduenire, incipere*. Plaut. *Amph.* Quæso aduenienti morbo iure medicabis.

40 ¶ *Æstus, solis & æstiu temporis flagrantia*. Virg. *Geor.* lib. iij. Æstibus in mediis vmbrosam exquirere vallem. ¶ *Æstus, marini impetus, vel commotiones*. Lucr. lib. 4. Frigus vt à pluuiis, calor ab sole, æstus ab vndis Equoris. Plaut. *Asin.* Quo magis te in altum capessis, æstus te in portum refert. Virg. *Fundòque exæstuat imo.*

41 ¶ *Acerbum, horrendum, infandum, immite*. Virg. *Æneid.* lib. iij. & lib. vj. Et funere merfit acerbo. ¶ *Acerbum, incoctum, precoquum, & de pomis frequentius dicitur*. Varro *Agath.* Virgo de conuiuio abdicatur ideo, quòd maiores nostri virginis acerbæ aureis Veneris vocabulis imbui noluerunt.

42 ¶ *Album, significatione manifesta est, vt Virg. Georg. lib. iij.* Color deterrimus albis, Et giluo. ¶ *Album, mite, vel placidum*. Var. *Sesquiuylisse*: Aduersi venti ceciderunt, quòd si pergunt diutius mare voluere, vereor, ne me quoque, cum domum ab Illo casus reuetero, præter canem cognoscat nemo.

43 ¶ *Adolere est vrere*. Virg. *Bucol.* Verbe nalsque adole pinguis, & malcula thura.

44 ¶ *Adolere, augere, honorare, propitiare, & est verbum sacratū, vt macte magis aucte*. Vir. *Æneid.* lib. j. Quinquaginta intus famulae, quibus ordine longo Cura penum struere, & flammis adolere penateis. Et lib. vij. Præterea castis adolet cum altaria tedis. ¶ *Adolescere, crescere*. vnde adolescentem dicit Lucret. lib. ij. Dúmque adolescendi summum terigere cacumen. *Laber. Soror.* Laus nomine gloriæ adolefcit.

B

45 ¶ *Bellum est, vt plerūque, pugna*. ¶ *Bellum, elegans, melius, prudens*. Lucil. lib. xxix. *Ætatem istuc tibi laturam, & bellum, si hoc bellum putat*. Varro *τὰ βέλματα*: Diogené litteras scisse dum vsioni quod satis esset, nunc quod etiam acta bellorum hominum. Idem eodem: In carteo stadio *Βραγίων* lego, à quo qui certasset animo bellus homo magis delectatus Stoicorum Pancratio, quàm athletarum. Idem *Sesquiuylisse*: Quid enim est, quòd homo masculus lubétius videre debeat, quàm bellá vxoré. Idé *Bimargo*: Socius es hosti-

es hostibus, socius bellum ita geris, ut bella omnia domum afferas.

C

46 *Committere, effigiare.* Pacu. Nypris: Barbaricam pestem Sabinus nostris obtulit, Noua figura factam, commissam infabre.

Committere, coniungere, sociare. Lucil. libro xxviii. Quid me fiet, si quidera non vis te improbis committere? Virg. *Æneid.* lib. iij. Delphinum caudas vtero commissa luporum.

Committere, donare, derelinquere. M. Tull. in Verrem actione ij. Is calumniatores ex sinu suo opposuit, qui illam hereditatem Veneri Erycinæ commissam dicerent. *Committere, facere.* M. Tull. in Verrem actione iij. Ego etiam quæ tu sine Verre commisit, Verri crimini daturus sum. Virg. *Æneid.* lib. j. Quid meus *Æneas* in te committere tantum? Lucil. lib. xxviii. Commouet se nusquam, neque committet, ut pereat sibi. Idem lib. xxvj. At enim dicis clandestino tibi quod commissum feris, ne mutires quicquam, nec mytheria efferes foras. *Committere dicitur initiare.* Virg. *Æneid.* lib. v. Et ruba commissos medio canit aggere ludos. Var. *Endymionibus*, Discumbimus multitudo, minus mature cenam committitis. *Committere, credere, permittere.* Virg. lib. ix. Portam, quæ ducis imperio commissa, recludunt. Terent. Eun. Quem commisit lupi. Lucil. lib. xxx. Quod sua committunt mortali claustra *Camænae*. M. Tull. de offic. lib. ij. Quamdiu resp. per eos gerebatur, quibus seipsa commiserat.

47 *Confutare, commonere.* Titin. *Setina*: Cocus magnum ahenū, quando feruit, paula confutat trua. *Confutare, opprimere, conuincere.* Terent. *Phorm.* Confutauit verbis admodum iratum patrem.

48 *Capere, implicare, impedire.* Virg. *Geor.* lib. j. Aur oculos capti fodere cubilia talpæ. M. Tull. in Verrem de suppliciis: Non ceperunt, sed abduxerunt onere suo planè captā, atque depressam.

49 *Condere, significat abscondere.* Virg. *Æneid.* lib. ij. Scandunt rursus equum, & nota conduntur in aluo. *Condere, constituere.* Sallust. *Catilina.* bello: Vibem Romā (sicuti ego accepi) condidere, atque habuere initio Troiani. *Condere, consecrare.* Virg. *Æneid.* lib. iij. Animāque sepulcro condimus. *Condere, potiri.* Virg. lib. vij. Optato conduntur Thybridis aluco.

50 *Colere, est venerari.* Virg. lib. ix. Summe Deū sancti custos Soractis Apollo, quem primi colimus. *Colere, exercere, ut rustici.* Virg. *Georg.* lib. j. Fructusque feros mollite colendo. *Colere, inhabitare.* Virg. *Æneid.* lib. iij. Hic mater cultrix Cybele. Et rursū: Quas dira *Celano*, *Harpia*que colunt alia. Plaut. *Afin.* O catenarū colone. Et *Aulul.* Hanc do-

mū iam multos annos est ut possideo, & collo. Var. *Endym.* Ut *Mercurium Arcadum* colonum. Idem *Eumeni.* Ut *Naiades vndicolæ.* *Colere, diligere.* Virg. *Bucolicis.* Ille colit terras, illi mea carmina cura. Idem *Æneid.* libro iij. Solam nā perfidus ille Te colere. Terent. *autr.* Quippe forma impulsi nostra, nos amatores colunt. Lucil. lib. xxvj. Quare hoc colere est satius, quam illam studium omne hic consumere. *Colere, ornare.* Var. *autr.* *Colere, ornare.* Var. *autr.* *Colere, ornare.* Var. *autr.* At in fegetibus post messem colligebant stramenta, qui domicilia colerent. *Colere, patri.* Terent. *autr.* Dum ille vitā illam colet inopem, carens patria.

51 *Cedere, significat secundum consuetudinem abire superatum, & locum victori dare.* Virg. lib. x. Conuenit *Euādri* victos discedere, ad urbem. Et libr. v. Cede Deo. Lucil. xxx. Quandoque pudor ex pectore cessit. M. Tull. de *Offic.* lib. ij. Cui quidem exercitus nostri, imperatorēque cesserunt. *Cedere, succedere.* Virg. lib. xij. Cesserit *Aufonio* si fors victoria Turno. *Cedere, dare.* Vir. li. xj. Hæc omnis regio, & celsi plaga pinea mōtis Cedat amicitiæ Teuerorū. & li. xj. Aur abeat victus, cedat *Lavinia* cōiux. *Cedere, recedere.* Luc. li. xxviii. Vel si alio opus sit fortè, si hinc aliqd cesseris. *Cedere, obsequi.* Vir. *Æn.* li. iij. Cedam *Phœbo*, & moniri meliora sequamur. Et li. ij. Vestrum hoc augurium, vestroque in numine Troia est. Cedo equidè, nec, nate, tibi comes ire recuso. *Cedere, enitare.* Virg. lib. v. Celestique elapsus corpore cessit. *Cedere, incedere.* Plautus *Aulul.* In hoste absolutus cedis. *Cedunt, petunt.* Var. *Parmen.* Cedit velocius iuuenis, membris leuis, nitidus oleo.

52 *Cursus, est pedum velocitas.* Virg. lib. v. Hic qui fortè velint rapido contendere cursu. *Cursus, volatus.* Virg. lib. v. Este duces o si qua via est, cursūque per auras Dirigit in lucos. Et *Bucol.* Quo cursu deserta petiuit. *Cursus, nauigatio.* Virg. *Æneid.* lib. iij. Sed tibi qui cursum venti, quæ fata dedere? M. Tull. de *Republ.* lib. iij. Quæ cursu frumento onustas petentibus *Rhodum* viderit.

53 *Castigare, increpare vel reprehendere.* Virg. lib. v. His grauis *Entellum* dictis castigat *Acestes*. Terent. *autr.* Seruas, castigas, mones. *Cicero* de *Orat.* lib. j. Et quoniam de imprudentia diximus, castigemus etiam segnitatem. Et *Tuscul.* lib. v. Sed hoc in me ipse castigo, quod ex aliorum, ut ex nostra fortasse mollicia, non ex ipsa virtute de virtutis robore existimo. *Castigare, vindicare, punire.* Virg. lib. vj. Castigatque auditis dolos, subigitque fateri. *Castigare, expedire.* Virg. *Æneid.* lib. iij. Castigatque moras, opere omnis semita feruet.

54 *Carpere, attenuare, aperire.* Virg. *Georg.* libro j. Nec nocturna quidem carpentes pen-

mū iam multos annos est ut possideo, & collo. Var. *Endym.* Ut *Mercurium Arcadum* colonum. Idem *Eumeni.* Ut *Naiades vndicolæ.*

Colere, diligere. Virg. *Bucolicis.* Ille colit terras, illi mea carmina cura. Idem *Æneid.* libro iij. Solam nā perfidus ille Te colere. Terent. *autr.* Quippe forma impulsi nostra, nos amatores colunt. Lucil. lib. xxvj. Quare hoc colere est satius, quam illam studium omne hic consumere.

Colere, ornare. Var. *autr.* *Colere, ornare.* Var. *autr.* At in fegetibus post messem colligebant stramenta, qui domicilia colerent. *Colere, patri.* Terent. *autr.* Dum ille vitā illam colet inopem, carens patria.

51 *Cedere, significat secundum consuetudinem abire superatum, & locum victori dare.* Virg. lib. x. Conuenit *Euādri* victos discedere, ad urbem. Et libr. v. Cede Deo. Lucil. xxx. Quandoque pudor ex pectore cessit. M. Tull. de *Offic.* lib. ij. Cui quidem exercitus nostri, imperatorēque cesserunt. *Cedere, succedere.* Virg. lib. xij. Cesserit *Aufonio* si fors victoria Turno. *Cedere, dare.* Vir. li. xj. Hæc omnis regio, & celsi plaga pinea mōtis Cedat amicitiæ Teuerorū. & li. xj. Aur abeat victus, cedat *Lavinia* cōiux. *Cedere, recedere.* Luc. li. xxviii. Vel si alio opus sit fortè, si hinc aliqd cesseris. *Cedere, obsequi.* Vir. *Æn.* li. iij. Cedam *Phœbo*, & moniri meliora sequamur. Et li. ij. Vestrum hoc augurium, vestroque in numine Troia est. Cedo equidè, nec, nate, tibi comes ire recuso. *Cedere, enitare.* Virg. lib. v. Celestique elapsus corpore cessit. *Cedere, incedere.* Plautus *Aulul.* In hoste absolutus cedis. *Cedunt, petunt.* Var. *Parmen.* Cedit velocius iuuenis, membris leuis, nitidus oleo.

52 *Cursus, est pedum velocitas.* Virg. lib. v. Hic qui fortè velint rapido contendere cursu. *Cursus, volatus.* Virg. lib. v. Este duces o si qua via est, cursūque per auras Dirigit in lucos. Et *Bucol.* Quo cursu deserta petiuit. *Cursus, nauigatio.* Virg. *Æneid.* lib. iij. Sed tibi qui cursum venti, quæ fata dedere? M. Tull. de *Republ.* lib. iij. Quæ cursu frumento onustas petentibus *Rhodum* viderit.

53 *Castigare, increpare vel reprehendere.* Virg. lib. v. His grauis *Entellum* dictis castigat *Acestes*. Terent. *autr.* Seruas, castigas, mones. *Cicero* de *Orat.* lib. j. Et quoniam de imprudentia diximus, castigemus etiam segnitatem. Et *Tuscul.* lib. v. Sed hoc in me ipse castigo, quod ex aliorum, ut ex nostra fortasse mollicia, non ex ipsa virtute de virtutis robore existimo. *Castigare, vindicare, punire.* Virg. lib. vj. Castigatque auditis dolos, subigitque fateri. *Castigare, expedire.* Virg. *Æneid.* lib. iij. Castigatque moras, opere omnis semita feruet.

54 *Carpere, attenuare, aperire.* Virg. *Georg.* libro j. Nec nocturna quidem carpentes pen-

50 *Committunt mortali claustra Camænae.* M. Tull. de offic. lib. ij. Quamdiu resp. per eos gerebatur, quibus seipsa commiserat.

40 *Capere, implicare, impedire.* Virg. *Geor.* lib. j. Aur oculos capti fodere cubilia talpæ. M. Tull. in Verrem de suppliciis: Non ceperunt, sed abduxerunt onere suo planè captā, atque depressam.

30 *Condere, significat abscondere.* Virg. *Æneid.* lib. ij. Scandunt rursus equum, & nota conduntur in aluo. *Condere, constituere.* Sallust. *Catilina.* bello: Vibem Romā (sicuti ego accepi) condidere, atque habuere initio Troiani. *Condere, consecrare.* Virg. *Æneid.* lib. iij. Animāque sepulcro condimus. *Condere, potiri.* Virg. lib. vij. Optato conduntur Thybridis aluco.

20 *Colere, est venerari.* Virg. lib. ix. Summe Deū sancti custos Soractis Apollo, quem primi colimus. *Colere, exercere, ut rustici.* Virg. *Georg.* lib. j. Fructusque feros mollite colendo. *Colere, inhabitare.* Virg. *Æneid.* lib. iij. Hic mater cultrix Cybele. Et rursū: Quas dira *Celano*, *Harpia*que colunt alia. Plaut. *Afin.* O catenarū colone. Et *Aulul.* Hanc do-

10 *Colere, est venerari.* Virg. lib. ix. Summe Deū sancti custos Soractis Apollo, quem primi colimus. *Colere, exercere, ut rustici.* Virg. *Georg.* lib. j. Fructusque feros mollite colendo. *Colere, inhabitare.* Virg. *Æneid.* lib. iij. Hic mater cultrix Cybele. Et rursū: Quas dira *Celano*, *Harpia*que colunt alia. Plaut. *Afin.* O catenarū colone. Et *Aulul.* Hanc do-

0 *Colere, est venerari.* Virg. lib. ix. Summe Deū sancti custos Soractis Apollo, quem primi colimus. *Colere, exercere, ut rustici.* Virg. *Georg.* lib. j. Fructusque feros mollite colendo. *Colere, inhabitare.* Virg. *Æneid.* lib. iij. Hic mater cultrix Cybele. Et rursū: Quas dira *Celano*, *Harpia*que colunt alia. Plaut. *Afin.* O catenarū colone. Et *Aulul.* Hanc do-

0 *Colere, est venerari.* Virg. lib. ix. Summe Deū sancti custos Soractis Apollo, quem primi colimus. *Colere, exercere, ut rustici.* Virg. *Georg.* lib. j. Fructusque feros mollite colendo. *Colere, inhabitare.* Virg. *Æneid.* lib. iij. Hic mater cultrix Cybele. Et rursū: Quas dira *Celano*, *Harpia*que colunt alia. Plaut. *Afin.* O catenarū colone. Et *Aulul.* Hanc do-

0 *Colere, est venerari.* Virg. lib. ix. Summe Deū sancti custos Soractis Apollo, quem primi colimus. *Colere, exercere, ut rustici.* Virg. *Georg.* lib. j. Fructusque feros mollite colendo. *Colere, inhabitare.* Virg. *Æneid.* lib. iij. Hic mater cultrix Cybele. Et rursū: Quas dira *Celano*, *Harpia*que colunt alia. Plaut. *Afin.* O catenarū colone. Et *Aulul.* Hanc do-

0 *Colere, est venerari.* Virg. lib. ix. Summe Deū sancti custos Soractis Apollo, quem primi colimus. *Colere, exercere, ut rustici.* Virg. *Georg.* lib. j. Fructusque feros mollite colendo. *Colere, inhabitare.* Virg. *Æneid.* lib. iij. Hic mater cultrix Cybele. Et rursū: Quas dira *Celano*, *Harpia*que colunt alia. Plaut. *Afin.* O catenarū colone. Et *Aulul.* Hanc do-

sa puella Nesciure hiemem. Et libro iij. Eam circum Milesia velleram nymphæ Carpebant huius sacro fucata colore. *¶* Carpere, *auferrere, decerpere.* Virg. Bucol. Inere Daphni puros, carpent tua poma nepotes. Lucr. li. iij. Iuuatque nouos decerpere flores. Virg. lib. iij. Carpit enim vires paullatim, vritque videndo Femina. *¶* Carpere, *celeriter praterire.* Virgil. Georg. lib. iij. Et acri Carpere prata fuga. Idē eodem; Carpere mox gyrum incipiat. Lucil. lib. xxix. Hiemem vnamquaque carpam. *¶* Carpere, *passere.* Virg. Georg. lib. iij. Carpanus dum mane nouit, dum gramina canent.

55 *¶* Contari, est dubitare, dissipare. Virg. Æn. lib. viij. Contantem amplexu molli fouet. M. Tul. ad Caesar. iuniorum lib. j. Sed citō pœnituit, domūque rediit, ceteri contabantur. *¶* Contari est manere. Virg. Georg. lib. iij. Non illis quisquam cōtantibus altum Ire iter, aut castris audebit vellere signa. Et Æneid. libro iij. Regnam thalamo contantem. *¶* Contari, *curacionem differre.* Virg. xj. Qui nobis contando restituit rem.

56 *¶* Capi, propitiari. Lucr. lib. ij. Nec bene promeritis capitur, nec tangitur ira.

57 *¶* Capere, facere. Terent. And. Non, si capiundos mihi scio esse inimicos omnes homines. *¶* Capere, *perpeti.* Terent. iavvrr. Dum abs te absū, omnes mihi labores fuere, quos cepi, leues. *¶* Capere est tollere, tenere. Virgil. Georg. lib. iij. Cape saxa manu, cape robora pastor. Et lib. iij. Hic tibi, nate, prius vinculis capiundus. *¶* Ar. Meleagris: Quem idcirco terram non cepit, & calceū recepit. Idem Eumenidibus: Stolan, calceōsque muliebreis propter positos capio. *¶* Capere, *eligere.* Terent. Hecyra: Cū illū generum cepimus. Virgil. Georg. lib. ij. Antē locum capies oculis. Mar. Tul. de officiis lib. iij. Quod in fit in his aliquid probi, quod capiat ignaros. *¶* Capere, *delectare.* Virg. Georg. lib. iij. Carmine quo capte. Et lib. viij. Æneas capitūque locis. M. Tul. Philip. lib. j. Non possum adduci, & suscipere pecuniæ captum. Lucil. lib. xxvj. Nunc itidem populū istum scriptoribus volumus capere animum illorum. *¶* Capere, *sustinere, habere.* Virg. lib. viij. Hæc illum regia cepit. Terent. Heautont. Dij boni quid turbæ est? aedes nostræ vix capient scio. M. Tul. de Signis: Tot domos locupletissimas domus istius vna capiet. *¶* Capere, *decipere, circumuenire.* Virg. Æneid. lib. ij. Captique dolis, lacrymisque coacti. Lucil. lib. xxvij. At metuis potro aspectu, & forma capiare Altera. Marc. Tull. Hort. Captum me fortasse, inquit, tu putas, & id, quod nollem, confiteri coactum. *¶* Capere, *occupare, detinere.* Virg. Æneid. lib. ij. Certantque illudere capto. M. Tul. in Ver. de supplicis. Nauem quandam piratarum præda referam nō ceperunt, sed abduxerūt. *¶* Ar. Melea.

Quid hic venator nō cepit? *¶* Capere, *satiare.* Virg. Georg. lib. iij. Tanta mea si te ceperunt taedia laudis. Capere, *accipere.* Virg. Æn. li. ij. Tu genitor cape sacra manu, patriōsque Penateis. Et lib. iij. Cape dona extrema tuortū. Terēt. Phor. Nā ex his prædiis talēta argenti bina statim capiebat. Lucil. lib. xxvj. Malis necesse luctu ē mensa purē capturus cibū. M. Tul. Hortensio: Deinde boni mores, & mode flores, & ad capiēda præcepta molliores. Plaur. Aulul. Nam tua gnata peperit decimo mense post; numerū cape. *¶* Ar. Quinquatrib. Cape hæc caducā Liberi mollē dapē. *¶* Capere, *complecti.* *¶* Ar. Marcipore: Propontis vnda quē liquētū cæculo Natantē perfundit, cape. *¶* Capere, *inuenire.* Terēt. Heautont. Rationem cepi, vt neq; tu egeres, neq; vt hæc possēs perdere. M. Tul. in Ver. actione ij. Reicēti a Chelidone capiūt consiliū necessariū. Et de offi. libro iij. Cū autē consiliū hoc princeps cepisset.

58 *¶* Corripere, *comprehendere.* Virg. Georg. lib. iij. Vt enim vbi correptū manibus, vincit ve tenebris. *¶* Corripere, *cōtorquere.* Virg. Æn. lib. j. Turbine corripuit. *¶* Corripere, *excutere.* Virg. Æn. lib. iij. Corripio ē stratis corpus.

59 *¶* Quassum, est conuulsum, & non integrum. *¶* Quassum, est mouere. Virg. lib. vj. Et lampada quassans Per Graiū populōs. Plaut. Milite: Qui suam vndatē chlamydē quassando fecit.

60 *¶* Certare, significat contendere. Virg. Bucol. Cettent & cygnis vlula. *¶* Certare, *præuenire.* Virg. Æneid. lib. j. Officio nec te certasse priorem Peniteat.

61 *¶* Cōponere, *finire.* Virg. Æneid. lib. j. Ante diem clauso componet vesper olympo. Et Bucol. Nō nostrū inter vos tatas cōponere liteis. *¶* Componere, *reficere, recreare.* Virg. Georg. lib. iij. Vix defessa senem passus componere mēbra. Idē Æneid. lib. j. Nunc placida cōpostus pace quiescit. *¶* Componere, *lenire.* Virg. Æneid. lib. j. Sed motos præstat cōponere fluctus. *¶* Componere, *disponere, constituere.* Virg. Æneid. lib. iij. Quam tuta possis vrbem cōponere terra. M. Tul. de offi. lib. iij. Atque, quod communiter compositum fuerat, solus duxit. Sifenna Hist. lib. iij. Exercitum disparitū ad cōsurgendum se comparant. *¶* Cōponere rursus significat *comparare.* Accius Ar. morum iudicio: Quid est cur componere ausis mihi te, aut me tibi? Lucillius Satyr. li. iij. Samnis, spurcus homo vita illa dignus, locōque, Cum Pacidiano componitur, optimus multō Post homines natos gladiator qui fuit vnus. Sallust. Incur. *¶* Vbi Metelli dicta cū factis composuit. Virgil. Georg. libro iij. Non aliter si parua licet componere magnis.

62 *¶* Componere, *ornare.* Virgil. Georg. libro iij. Dulcis.

Dulcis compositis spirauit crinibus aura.

¶ *Componere, colligere.* M. Tul. in Verrinis in diuinatione: Si ab isto libro, quem tibi magister Iudi, nescio qui, ex alienis orationibus compositum dedit. ¶ *Componere, simulare, vel fingere.* Acc. Agamemnon. Sic vincetus animus quorum atroci iunctus malitia est, Cōposita dicta è pectore euoluunt suo, Quæ cum componas, dicta factis discrepant. Sallust. Iugurtha: Non sunt composita mea verba. parui id facio. ipsa se virtus satis ostendit.

¶ *Cōponere, coniungere.* Virg. lib. viij. Componens manibusque manus, atque oribus ora. Lucil. Satyr. lib. viij. Cum Plocio eodem obuiio amplector, labra labellis compono, hoc est, cum ipso duco pœnias. Idem eodem: Tuū latus compone lateri: & cum pectore pectus. Sallust. Hist. lib. iij. Suspectusque fuit, incertum verò, an per negligentiam, societatem prædarum cum latronibus composuisset.

¶ *Componere pro redimere.* Sallust. Hist. lib. j. Quin lenones, & ynatij, lanique, quorum præterea vulgus [in dies] usum habet pretio compositi.

63 ¶ *Crepare, sonare.* Plautus Menæchmis: Dic mihi, an vnquam intestina crepat, quod sentias? Verum vbi satur sum, nulla crepitari; quando esurio, tunc crepant. Virgilius Geor. lib. j. Atque leuem stipulam crepantibus vire flammas. Terent. Phorm. Sed ostium concrepuit, nihil ad te. M. Tul. in Verrem de supplicis: Locum illum litoris percrepare totū muliebribus vocibus, cantūque symphonia. Lucillius lib. xxvj. Percrepa pugnam Pompili factam Corneliane. Varro Eumenid. Propter crepas vocibus volitans aures vulgi. Sisenna Hist. lib. iij. Conglobati, & collecti cō crepant armis. ¶ *Crepare* significat rursus *queri*, vel *dolere*. Horatius carminū lib. j. Quis post vina grauem molliciem, aut pauperiem crepat? Lucretius lib. ij. Et crepat antiquum genus vt pietate repletum. ¶ *Crepare iterum incantare.* Turpil. Pedio: Age tu Hymenæum increpa. ¶ *Crepare, frangere.* Virg. lib. v. Et acuto in murice remi Obnixi crepuere. ¶ *Crepare, ferire.* Enn. Thyeste: Sed sonitus aures meas pedum pulsu increpat. M. Tul. de offic. lib. iij. Itēque vir bonus habeat hanc vim, vt si digitis concrepuerit, possit in locupletum testamenta nomen eius irrepere.

64 ¶ *Comparare est sociare, coniungere.* Accius Amphitryone: Qui meum senium cum dolore tuo coniungam, & comparem. Plautus Asinaria: Prehende auriculas. ¶ *Comparare, adæquare.* M. Tul. ad Cæsarem iuniorem lib. j. Neminem tibi profectò hominem ex omnibus, aut anteposuissem, aut etiam comparassem. Terent. Eunuchus: Haud ne comparandus hic quidem ad illum est. ¶ *Comparare, componere, machinari.* Sisenna Hist. lib. iij. Eos, 60

qui hoc malum publicum clandestinis consiliis comparauerunt. ¶ *Comparare* veteres *confirmare*, & *constituere* dixerunt. Terent. Eunuchus: An potius ita me comparem, Non perpeti meretricum contumelias? Item Andria: Vt malis gaudeant, atque ex incommodis Alterius sua vt comparent commoda. Titinius Gemina: Ergo vt sua seruet dona, nobis faciendum est ita, vt cum ea primū blauditer comparemus colloquia. Accius Euryface: Nihil est: si autem ad te retardat sociū, in portu est, copiaque subsistat modo, tu te ipse effirma & compara. Idem Terent. Atque id ego semper mecum sic agito, & comparo Quo pacto magnam molem minuam. Turpilus Lemnius: Nunquam vnus me comparari feruire elegania. M. Tul. de repub. lib. vj. Quamobrem se comparet hic ciuis ita nec est, vt sit contra hæc, quæ statum ciuitatis permouent, semper armatus. Afranius Epistola: Nam proba, & pudica quod sum, consulo, & parco mihi: quoniam comparatum est, vno vt simus contentæ viro. Cicero de finibus bonorum & malorum libro v. Omnis auctoritas philosophiæ consistit in beata vita comparanda. ¶ *Comparare, emere.* Terent. Heaut. Argētum dabitur illi, vt vestem, atque alia, quæ opus sunt, comparet. ¶ *Comparare iterum estimare.* Accius *ἐπιμαρτυροῦμαι*: Proin tu id cui fiat, non qui facias, compara. ¶ *Comparare, apparare.* M. Tullius in Verrem actione ij. Vt erat, inter suos copiosus, conuiuium comparat. ¶ *Comparare, dare.* M. Tul. in Verrem de supplicis: Ex omni gemitu, ac dolore certa merces comparabatur.

65 ¶ *Calx est cinis.* Virgilius lib. v. Calcemque terit iam calce Diore.

66 ¶ *Callet* significat *scit*, hoc est calliditate, quæ est vrbana scientia. Accius Egistho: Melius quàm viri, callent mulieres. Afranius Abducta: Nescis, nam omnem melius callent rem, quàm volo. Pacunius Atalanta: Omnes qui tanquam nos sub regno seruiunt, Callet domi cum imperio metuere. Serenus O-pusculis: Callet senium arte viuendi. Acc. Æneadis, aut Decio: Quod periti sumus in vita, atque vsu callemus magis. Idem Neoptolemo: Sat in astu, & fallendo callet. Sisenna Hist. lib. iij. Lucillium Memmium focerum 50 Gaij Scribonij tribunum plebis, quem Marcellini consiliarium fuisse callebant, & tunc Curionis oratorem. ¶ *Callet* etiam dictum à *callositate*. Cæcilius Aloto: Tu iam callebis: ille festus desiderat. Plautus Persa: Plus calleo, quàm aprugnum callum callet. Idem Pœnulo: Quid opus verbis? callum aprugnum callere æquè non sinam.

67 ¶ *Constituere est disponere, definire.* Virgilius Æneidos lib. j. Hominē sine, serane Quarere constituit. ¶ *Constituere, retinere, fir-*

mare. M. Tul. de offic. lib. j. Ineuntis enim gratia inficitia senum constituenda, exercendaque est prudentia. ¶ Constituire, instituire. M. Tullius de senect. Constitutiones non modo delectant, sed etiam institutiones. ¶ Constituire, parare. M. Tul. in Verrem actione secunda: Quod ubi erat Philodemo nuntiatum: tamen est erat ignarus quantum sibi ac liberis suis iam tum mali constitueretur. ¶ Constituire, erigere. Virg. lib. vj. Et feraleis ante cupressos Constituunt.

68 ¶ Contendere, festinare. Virg. Æneid. lib. j. Quæ proxima, littora cursu Contendant petere. ¶ Contentio est perseverantia, vel elatio. M. Tul. de offi. lib. j. Ex contentione vocis, & summissione, & cæteris similibus facile iudicabimus. Sallustius Hist. lib. iij. Rursus iumenta nacti ad oppidum ire contendunt. ¶ Contendere, astringere, intorquere. Virg. Geor. lib. iij. Tanto, natè, magis contende tenacia vincla. Silenna Hist. lib. iij. Simul & tormenta contenduntur. ¶ Contendere, significat comparare. Plautus Vidularia: Signum rectè comparabat huius contendi annulum. Lucilius Satyr. lib. j. Ut contendere possem Thestias Ledæ, atque Ixionas Archilochio. Idem libro vij. Huncce inquam Hyacintho hominè cortinipotentis Delitiis contendi? Cæcilius Tithe: Egon? vitam meam Atticam Contendam cum istac rusticana Syra? Licinius Macer in epistola ad senatum: Illi suam vitam mecum contendunt, quorum in corpore ita crebra sunt vulnera vitæ, nonæ cicatrici ut locus non sit. Nævius Lycurgo: Caue, sis, tuam Contendas iram contra cum ira Liberi. Accius Tereo: Video te mulier more multarum vrier, ut vim contendas tuam ad maiestatem viri. Varro *ἡμῶν εὐκαίρως*. Age nunc contende alterum genus philoreon, nequid ibi viderit melius. ¶ Contendere, certare. M. Tul. de offic. lib. j. Miserrima omnino ambitio est, honorumque contentio. Virgil. Æneid. lib. iij. Quis talia demens Abnuat, aut tecum malit contendere bello? Sallustius Iugurthino bello: Fretus multitudine militum sperabat armis contendere. Cic. Tusc. lib. ij. Ut onera contentis corporibus facilius feruntur, remissis opprimunt. ¶ Contendere, continuare. Cic. de Oratore lib. ij. Id quod eius scripta declarant, & contentiones vocis, & remissiones continuarentur. Et lib. iij. Nihil perniciosius, quam & infusa sine intermissione contentio. ¶ Contendere, iterum significat extorquere. Cicero Epistola Cassij hoc ait: Ita contendo, ut in eo fortunas meas positas putem. Accius Euryface: Iam potero incipiam, & sine, quid vi contendam, ut hinc comportet texum Salaminè habeam. Turpilius Lemniis: Haber potestatem viri, potestatem senis: Pretio contendas, ut redempto Phædræa Liceat redire antiq̄a

in consuetudinem. Varro Serrano *ἡμῶν ἀπὸ τῆς ἡμετέρας*. Et petere imperium populi, & contendere honores. M. Tul. de offi. lib. ij. Extremum autem præceptum in beneficiis, operaque danda, ne quid contra æquitatem contendas.

¶ Contendit, *proripuit*, vel *direct* significat. Virg. lib. v. Qui tamen acrias telum contendit in auras. Licinius Macer: Quo die magistratum obiit, repente celeri gradu per forum se in Capitolium contendit. Turpilius Philopatro: Gere meas fortunas mater, hem Qua causa hoc opere maximo contenditur? Pacuvius Duloreste: Nihil coniectura quiui interpretariet Quorsum flexiuce contenderet. M. Tul. de repub. Sed audisse te credo, tum vero Platonem Socrate mortuo, primū in Ægyptum discendi causa, post in Italiam contendisse. Afranius Epistola: Nō licet me quod contendisset ita peruenire. Sallustius Iugurthæ bello: Ex prælio fugit in prouinciam, ac deinde Romam contendere. Varro Quinquatrib. Qui Tarentinum tuum ad Heraclidem Ponticum contenderit. ¶ Contendere, festinare. Virg. Æneid. lib. j. Quæ proxima, littora cursu Contendant petere. M. Tul. in Verrenis actione ij. Hac ubi filio nuntiata sunt, statim exanimat⁹ ad ades contēdit, ut & vitæ patris, & pudicitia sororis succurreret. ¶ Contendere, intendere. M. Tul. Hortensio. Magna etiam animi contentio adhibenda est in explicando Aristotele, si leges.

69 ¶ Cernere significat videre. Virg. Æneidos lib. iij. Cernimus adstantes nequicquam lumine toruo. ¶ Cernere rursus disponere. Lucil. Satyr. lib. v. Postquam præsidium castris educere creuit. Idem lib. xij. Acribus inter se cum armis configere cernit. ¶ Cernere, amittere. Varro *ἡμῶν ἀπὸ τῆς ἡμετέρας*. Non vides apud Ennium esse scriptum, Ter sub armis malim vitam cernere, quam semel modò parere. ¶ Cernere, audire. Accius Chrysip. Quid agā? Vox illius certè est, idem omnes cernimus. ¶ Cernere, iudicare. Pacuvius Armorum Iudicio: Et æquam est & rectum quod postulas, Iurati cernant. Ennius Thyeste: Impetrem facile ab animo, ut cernat vitalem Bæbium. ¶ Cernere, rursus dimicare, vel contendere. Accius *ἡμῶν ἀπὸ τῆς ἡμετέρας*. Primores procerum reuocarent nomina, nisi esset Quis, qui armis secum veller cernere. Ennius Medea exule: Nam ter sub armis malim vitam cernere. Pacuvius Armorum iudicio: Qui sese ad finem esse ad causandum volunt De virtute, & ego potestatem cernendi do omnibus. ¶ Cernere, rursum cedere. vnde & cernere hereditatem filij patribus, id est cedere dicti sunt. Accius Myrmidonibus: Regnum tibi petmitti malunt, cernam, tradam exercitum.

70 ¶ Circumferre est propriè *instrare*. Lucil. Satyr. lib. ij. Tum facto omnia sunt circumlata Plau-

lata. Plaut. Amphit. Quin tu istanc iubes procerita circumferri? Virg. lib. vj. Idem ter socios pura circumtulit vnda.

71 *Confidentia*, est *fiducia*. Virg. *Aeneid*. lib. j. Et afflicti melius confidere rebus. *Confidentia*, *duritia* & *patientia*. Plaut. *Afinaria*: Scapularum confidentia, virtute vlmorum freti. *Confidentia*, rursus *temeritas*, *audacia*. Pacuuius *Atalanta*: Grandem, atque atrocem eocere confidentiam. Idem lib. x. Improbis, cōfidens, nequam, malus videatur. Turpilius *Leucadia*: Videtur frigus incessum, quam est confidens diis tunc perdit. Terent. *Heaut*. Quid illo homine viuit confidentius? Accius *Myrmidonibus*: Iram in scenis obites, animis reprimas confidentiam. Afranius *Vopisco*: Excludat vxor tam confidenter virum? Non faciet. Virg. *Georg.* lib. iij. Nam quis te, iuuenum confidentissime, nostras Iussit abire domos? Terentius *Andria*: Nescio quis senex modò venit: illum confidens. *Confidentia*, *constantia*. M. Tul. de *repub.* lib. iij. Duas sibi res quò minus in vulgus, & in foro diceret, confidentiam, & vocem defuisse. Neuius *Danae*: Excidit orationis omnis confidentia. Plaut. *Amphit.* Quae non deliquit, decet auda cem esse confidenter.

72 *Consternari*, significat *deici pro se*, & *proterè loqui*. *Consternari* rursus, *erigi*. Pacuuius *Peribœa*: Consternatae animae, ex pectore hac, & voluere Cōsiliū subit omnes, quod de nata est modo. Quo pacto inimicis mortem, & huic vitam efferas. Idem *Dulorestes*: Vnde exoritur? quo praesidio fretus? auxiliis quibus? quo consilio consternatur? qua vi, cuius copis?

73 *Curriculum*, vt consuetudo fert, à *curru* diminutio est: dicitur breuissimum vehiculi epiroti genus. *Curriculum*, *cursum*. Varro *Epistola Iulij Cæsaris*: Quem nuntul ac Romā venissem, mihi attigit aureis nuntius exēplo eas, in curriculum contuli properè pedes.

74 *Calumnia*, est *malitiosa*, & *mendax infamatio*. *Calumnia* rursus, *calliditas*. M. Tull. de *repub.* lib. ij. Vt Carneadi respondeatis, qui sepe optimas causas ingenij calumnia ludificari solet.

75 *Conuenire*, placere, *constituere*. Sisenna *Hist.* lib. iij. Signum nactus à Papo, quod inter eos tolli conuenerat. *Conuenire*, *aptum esse*. M. Tul. *Hortensio*: Nam quod veteres, ne non cōueniat nostris atatibus ista oratio, quae spectat ad hortandum. *Conuenire* significat *obuium fieri*. Terent. *Eunucho*: Cōueni hodie adueniens quendam mei loci, atque ordinis Hominem. *Conuenire*, *videre*. M. Tul. de *senectute*: Neque verò eos solūm cōuenire habeo, quos ipse cognoui. sed illos etiā, de quibus audiui, & legi, & ipse conscripsi. Plautus *Afinaria*: Etatem velim seruire, Libanum vt

conueniam modò. *Conueniri*, *colligi*, *coire*. Virg. *Aeneid*. lib. j. Conueniunt, quibus aut odium crudele tyranni. M. Tul. *Philippicis* lib. iij. Cui quidem hodierno die P. C. nunc enim primū ita conuenimus. *Conuenire*, *constare*. Terent. *Phorm.* Conuenit numerus quantum debuit. *Conuenire*, *similem esse*. Var. *Lōgè* fugit, qui suos fugit: Solus rex, solus rictor, solus formosus, fortis, secus, vel ad adilicium modius purus, putis, si adhuc caractera Cleophantus conueniet, caue attingeris hominem. *Conuenire*, *placere*, *certum fieri*. Virg. lib. xij. Cesserit Ausonio si fors victoria Turno, Conuenit Euandri victos discedere ad urbem. M. Tul. de *finibus bon. & malorū.* lib. v. Viuendi cupiditate incensi omnes sumus, atque hoc mihi cum fratre tuo conuenit. *Conuenire*, *interpellare*. M. Tul. in *Ver. actione* ij. Non dubitat, quin ipse, si Verrē cōuenisset, aequitate causa, auctoritate sua cōmouere hominem possit. Lucilius lib. xxix. Hæc tui conuentus, tela insidiisque locui.

76 *Calidum* est *seruens*. Virg. *Aeneid*. lib. ix. Voluitur ille vomens calidum de pectore flumen. *Calidum*, *ferox*, & *inconsultum*. M. Tul. de *offi.* lib. j. Sic reperias multos, quibus periculosa, & calida consilia. *Calidum*, *citatum*, & *velox*. Varro *de i. na. ge. v. o. v.* Cū dixisset Vitulus, ecce caldis pedibus quidam nauicularius semiustulatus irrupit se in curiam.

77 *Cælum*, est *deorum domicilium*. Virg. *Aen.* lib. iij. Cælum qui vertice fulcit. *Cælū* rursus *aer*. Tul. de *deorum natura* lib. ij. Altiora eorum, qui terras incolunt eas, in quibus aer sit rarus, ac tenuis, quàm illorum, qui vtatur crasso cælo, atque concreto.

78 *Contentus*, dicitur *cui res etiam parua abundè est*. Virg. *Aen.* lib. vij. Patriis, sed non & filius armis Cōtentus. Terent. *Eunucho*: Quia neque tu vno eras contenta, neque solus dedit. Lucil. lib. xxx. His te versibus interea cōteatus teneto. M. Tul. ad *Brutum*: Sicigitur facies, & me aut amabis, aut quod contenti sumus, diliges. Idem de *offi.* lib. ij. Breuitatis causa familia contenti erimus vna. *Contentum* dicitur *extensum*. Virg. *Aeneid*. lib. v. Tum rapidus iam dudum arcu contenta parato Te la tenens. Lucil. lib. xxx. Hic vt muscipula cōtenta, vt scorpius cauda Sublata. *Contentū*, *colligatum*, *coniunctum*. Virg. *Georg.* lib. iij. Cōtenta ceruice trahunt stridētia plaustra. *Cōtentum*, *continuum*, *perseuerans*. Cicero *Tusc.* libro v. Socratem ferunt, cū vsque ad Piræū contentiū ambularet, quæsitūque esset ex eo, cur id faceret.

79 *Cogere*, *corraderere*. Varro *Eumenidibus*: Furando tamen, ac morbo stimulatū eodem, Ex sese ipse aliquid quærat, cogatque peculi. *Cogere*, *argere*. Marc. Tullius de *officiis* libro tertio: Diogenes contra nimium

temere coegit, qui ne hortatus quidem est. Terentius Eunuchus: Iubescite inbeo, immo cogo, atque impero. ¶ Cogere, mollire, subigere. Var. Virgula diuina: Sed pauca orio coacto Libamenta legens caduca verus. ¶ Cogere, in vnum colligere. Sifenna Hist. lib. quarto: Sumoti & intra moenia rursum coacti. Cicero Tuscul. lib. j. Caelum hoc, in quo nubes, imbres, ventique coguntur. Terentius E. aut. 10. Quasi talenta ad quindecim coegi. M. Tull. ad M. Catonem: Coactoque in vnum locum exercitum, castra in Lycaonia apud Iconium faceret. Virg. Bucolicis: Cogere donec oueis stabulis. Lucil. lib. xxvj. Rauco concionem fonitu, & curuis cogant cornibus. ¶ Cogere, malgere. Virgilius Bucolicis: Cogite oues pueri: si lac praeeperit astus, Vt nuper, frustra pressabimus vbera palmis. ¶ Cogere, stringere. Virgilius Georg. libro quarto: Nam frigore mella, Cogit hyems, eademque calor liquefacta remittit. ¶ Cogere, est imprimere, coarctare. Virgilius libro viij. Quadrifidam quercum cuneis vt fortè coactis scindebant.

80 ¶ Claudere, significat includere. Virgilius Georg. lib. tertio: Aut intus clausos satura ad praesepia seruant. ¶ Claudere rursum, obsistere. Virgil. Aeneidos libro ix. Ecce maris magna claudit nos obice pontus. ¶ Claudere, circumuenire. Idè Bucolicis: Claudite Nymphæ, Dictæ Nymphæ nemorum iam claudite sal- 30 tus. Si quæ fortè ferant oculis sese obuia nostris Errabunda bouis vestigia.

81 ¶ Citum, celere. Sallust. Catilinæ bello: Modò citus, modò tardus incessus eius. ¶ Citum, diuisum, vel separatum: vnde & oscitare dictum est. Virgil. libro octauo: At procul inde citæ Merium in diuersa quadrigæ Distulerant.

82 ¶ Citare est vocare. Marc. Tull. in Verrem: Citat reum, non respondit: Citat accusatorem. ¶ Citare, incitare, prouocare. Marc. Tull. de diuinatione: Quorum studium legendi, non scribendi studium vehementius indices citant. ¶ Citare, laudare. Marc. Tull. de offic. lib. j. Citeturque Salamis clarissimæ testis victoriae, quæ anteponatur consilio Solonis.

83 ¶ Cadere, est ruere. Virgil. Georg. libro j. Illa cadens rancum per leuia murmur Saxa ciet. ¶ Cadere, occidere. Virgil. Aeneid. lib. ij. Cadit & Ripheus, iustissimus vnus Qui fuit in Teucris. ¶ Cadere, euenire. Marc. Tull. de offic. lib. ij. Et vt iidem dicunt, omnes numeros habet, nec præter sapientè cadere in quæquam potest.

84 ¶ Capessere, perficere. Virgilius Aeneidos libro primo: Mihi iusta capessere fas est. Plautus Aulu. In herum matuta, in se sera condecet capessere. ¶ Capessere, immittere. Plautus Afinaria: Quo magis te in altum capellis, æstus te in portum refert. ¶ Capessere, recipe-

re. Plautus Amphi. Nunc tamen heri imperiū persequar, & me domum capessam.

85 ¶ Commodum sicuti plerunque, vile, commodum, aptum, comeniens. Virgil. libro xij. Accommoda fraudi. ¶ Commodum, integrum, totum. Lucillius Bisquinio octoginta videbis comoda de Capua quinquaginta atque octo. Plautus Afinaria: Viginti argenti commodas minas, eius quas dem matris.

86 ¶ Candet, ignitum est. Marc. Tullius de offic. libro ij. Cadente carbone adurebat capillum. ¶ Candet, candidum est. Virgil. Aeneid. lib. iij. Candentis vacca media inter cornua fundit. Varro γὰρ δὲ σαυτῶν: Candens corpore taurus triuo lumine luna.

87 ¶ Castum, sine libidinis & turpitudinis nota. Virgilius Georg. libro ij. Casta pudicitiam seruat domus. ¶ Castum, religiosum. Virgilius libro vj. Quisque sacerdotes casti dum vita maneret. Varro γὰρ εἰ τοῖς δὲ θεοῖς κέλευ: Ergo tum sacra, religiosa, castaque fuerunt res omnes. Idem Eumenidibus: Nam quæ venustas hic adest gallantibus, Quæ casta vestis? ¶ Castum à furtis, & rapinis abstinent. Varro Andabatis: Nec manus visco tenaci tinxerat viri casta. ¶ Castum, suauis, inuicendum. Varro Parmenone: Demittis acreis pectore luctus cantu, castaque poesi.

88 ¶ Censere, significat existimare, arbitrari. Accius Euryface: Nam ea oblectat spes ærænosum hospitem, Dum id quod miser est, clā esse censet alteros. Nau. Pennici Belli libro vj. Censent eò venturum obuiam Pœnum. Cassius Hemina Histor. libro ij. Censuit sese regem Porcennam occidere. Quadrigarius Annal. libro vij. Ne nos ad certationem censeas hæc incepisse. ¶ Censere, succensere. Var. Caprino prælio, τὴν μὲν δὲ: Ne vobis censēā, si ad me referretis.

89 ¶ Conicere, est iacere. Virgil. Aeneidos libro secundo: Telumque imbelles sine ictu Coniicit. Afran. Simulante: Vellem interuenissem antè, nam vt signa indicant, Hi conicere verba inter sese acrius. ¶ Conicere, colligere, certare. Afran. Simulante: Nolim mater me præsentem cum parte conicere, non si me non vis, vel meum. ¶ Conicere, agere. Afran. Matertis: Causam conicere hodie ad te volo, ambo adestis, profuturos arbitror. ¶ Conicere, furari, auferre. Afran. Incendio: Scruus est mihi in casu sceleratus, curiosus, is cum filio ei conicere ad nescio quicquid de latratiuncula. Lucil. lib. ij. Quid dicis? cur est factum, quod conicis istuc?

90 ¶ Contingere, est tangere. Virgilius Aeneidos libro secundo: Funemque manu contingere gaudent. ¶ Contingere, euenire. M. Tullius lib. v. Quod non modò singulis hominibus, sed potentissimis populis sæpe contia-

contingit. Ennius Thyeste: Quam mihi maxime hie hodie contigerit malum.

91 ¶ *Conferre* significationem habet manifestam. M. Tul. de Offic. libro ij. Omnes meas curas, cogitationesque in eum conferrebam. ¶ *Conferre, contollere*. Virgilius: Et conferre gradum, & procedere longius audent. ¶ *Conferre, conferere*. Virgil. lib. ix. Ergo & si conferre manum furor, iraque monstrat. 10 ¶ *Conferre, comparare*. M. Tul. de Offic. lib. ij. Quæ conferri, & comparari cum eorum studiis potest? ¶ *Conferre, transferre*. M. Tul. de offic. lib. ij. Ad hoc potissimum studium nos contulissemus.

92 ¶ *Confectum* dicitur *occisum, exanimatum*. Virgilius lib. xj. Hactenus Acca soror potius nunc vulnus acerbum Conficit. M. Tul. de Suppliciis: Plagis confectum dico à lictoribus tuis, pater, ante oculos tuos occidisse. 20 ¶ *Confectum, defessum*. Virgil. lib. xj. Ducitur infelix tuo confectus Aletes. Lucil. lib. xxvj. Tum doloribus confectum corpus animo obistere. M. Tullius de officiis lib. ij. Nec me angoribus dedi, quibus essem confectus.

93 ¶ *Conficere, frangere*. Lucil. lib. xxviii. Malo hercle vestro confectores cardinum. ¶ *Conficere, colligere*. Terent. Phorm. Id ut conficere, confeci: affero. M. Tul. ad Cæsarem iuniorum lib. j. In singulas tegulas impositis sexcentis sexcentis confici posse. Et in Verr. actione ij. Per magnam eum dicere ex illa re pecuniam confici posse. Lucil. lib. xxvj. Non te multitudinē tuorum, quam in album inelyta dextra confici sibi. ¶ *Conficere, facere*. Ter. Phor. Bonas me absente hic confecistis nuptias. M. Tullius Hortensio: Ea facultas maioribus nostris erat, qui confectis senatusconsultis. Et Tusculanarum lib. v. Nihil est enim apud istos, quod non eorum turba conficiat. ¶ *Conficere, explicare*. M. Tullius de offic. lib. ij. Honestatis pars confecta est, quæ tibi cupio esse notissimam. ¶ *Conficere, consumere, finire*. Terent. Phorm. Cùm hic non videant, me credant conficere argētum suum. M. Tullius ad Cæsarem iuniorum lib. ij. Bellum, ut opinio mea fert, & consensu civitatis confectum iam haberemus. Lucil. lib. xxx. Conficit ipse, comestque. M. Tullius Hortensio: Quæ est enim cōfectio valetudinis? quæ deformatio corporis? 30

94 ¶ *Concedere, dare, vel permittere*. M. Tul. in Verrem actione ij. Da mihi hoc, concede quod facile est. Virg. lib. vij. Concessit in iras Ipse Desim antiquam genitor Calydonia Diana. Terentius Adelphis: Hui meruisti, nisi de tuo iure concessisses paululum. Lucil. lib. xxix. Concedat homini, id quod velit deleniat. M. Tul. de officiis lib. ij. Si negligent omnia turpia per se ipsa, fugienda esse concedant. ¶ *Concedere, credere, vel consentire*. Te-

rent. Phorm. Nunquam ne hodie concedes mihi, neque intelliges? Lucil. lib. xxviii. Concedere vnum, atque in eo dicere, quo separatur manus. ¶ *Concedere, recedere, vel cedere*. Terent. Hecyra. Hic video me inuisam esse merito. tempus est concedere. Afranius Incendio: Atque etiam incendit hoc, procul concessero. Cæcilius Tithe: Hic dum abit, huc concessero. Cicero Tusculanarum libro iij. Ve cum magnitudine medicine, doloris magnitudo concederet.

95 ¶ *Consequi* significat *sequi*. Virg. lib. v. Quem deinde Cloanthus Consequitur. M. Tul. de offic. lib. iij. Ex quo intelligi debet, illum mentis agitatione, investigationeque earum rerum, quas cogitando consequabatur, neque otiosum, nec solum vnumquam fuisse. ¶ *Consequi, adipisci*. M. Tul. Epist. ad Cæsarem lib. j. Tunc cum ea, quæ es ab senatu summo cum honore tuo consecutus. Idem in Verrem actione prima: Quod ego meo labore, & vigiliis consecutus sum. ¶ *Consequi, exprimere, definire*. M. Tullius ad Cæsarem: Extrema verò nec quanta, nec qualia sunt, verbis consequi possum.

96 ¶ *Conserere* dictum est *miscere*. Virgilius Æneid. lib. ij. Multaque per cæcam congressi prælia noctem Conserimus. ¶ *Conserere, inferere*. Virg. Georg. lib. ij. Iuvat Ichnara Baccho Conserere.

97 ¶ *Cedere* est *verberibus dedere*. Terent. And. Verberibus casum te in pistrinum Dædædam. M. Tul. de suppliciis: Cædebat virgis medio in foro Mellanæ. ¶ *Cedere, excidere*. Virg. Georg. lib. j. Cæditur & tilia ante iugo leuis. Lucil. lib. xxvij. Lignum cedat, pen sum faciat, & deis verrat, vapulet. M. Tul. Horten. Aut tibi id ipsum peruertendum fuit, quod tu ne attigisti quidem, aut eius partes, quasi membra quædam cædenda. ¶ *Cedere, occidere, vel mactare*. Virg. Georg. lib. ij. Non aliam ob culpam Baccho caper omnibus aris Cæditur. Et Æneid. lib. ij. Cæduntur vigiles. Var. Eumenid. Maximum cædit ferro, sed cædere Vlysem, Cum bacca sylvam cædit, porcosque trucidat. ¶ *Cedere, immolare*. Plau. Aulul. Cædendum conduxit ego illum. Virg. Æneid. lib. iij. Cædunt quinas de more bidentis. ¶ *Cedere, frangere*. Virg. Georg. lib. ij. Cæduntque securibus humida vna. M. Tul. in Verrem actione ij. Cædere ianuam saxis instare ferro. Lucil. lib. xxix. Cæde ostiū, grato virgere istam perimus. ¶ *Cedere, consumere*. Lucil. lib. xxx. Lana opus omne perit, squalor, tinea omnia cædunt.

98 ¶ *Quatere* significat *percutere*. Virg. lib. viij. Quadrupedante putrem sonitu quatit ungula campum. ¶ *Quatit, infestat*. Virg. lib. viij. Aut rastro terram domat, aut quatit oppida bello. ¶ *Quatit, excludit*. Terent. Eunucho:

Nimirum homo quatietur certè cum dono foras. ¶ *Quatit, mouer.* Virg. lib. x. At verò ingentem quatians Mezentius hastam.

99 ¶ *Constat, valet, consistit.* Lucil. lib. xxviii. Trado ergo alias mimimo, porrò quod mihi constat carius. Cic. Tusc. lib. j. Animus, qui si est quatuor horum genetum, vnde omnia constare dicuntur. ¶ *Constat, compositum est.* Lucil. lib. xxvj. Principio Physici omnes homines ex anima & corpore constare dicunt. Sisen. Hist. lib. iiii. Multitudinem procul hostium constare viderunt. ¶ *Constat, conuenit, manifestum est.* M. Tul. ad Cæsarem iuniorem lib. ij. Cùm constet Cæsarem Lupercis id vctigal dedisse. qui antè poterat id constare? Et Tusc. lib. j. Siue quod à grauioribus leuiora natura repellantur, quæ cùm constet.

100 ¶ *Constitit, dicitur stetit.* Virg. Aen. lib. iiii. Hic primùm paribus nitens Cyllenius alis Constitit. ¶ *Constitit, erectus est.* Plaut. Amphit. Eremitu virtum, & spiritu atque anhelitu nebula constat. Virg. lib. v. Constitit in digitos. Cic. Tusc. lib. j. Vbi rigida constat crassa caligo inferum.

101 ¶ *Colligere, in unum redigere.* Virg. Aen. lib. vj. Colligere arma iubet, validisque incubere remis. M. Tul. Philippicis lib. vj. Succurrendum est de Bruto, omnes vndique copiar colligenda. ¶ *Colligere, rescicere.* Cic. in Verrè actione ij. Sed manifesto furto perturbatus, vbi se colligit. ¶ *Colligere, calare, suppressere.* Virg. lib. xij. Substitit Aeneas, & se colligit in arma Poplite subsidens. ¶ *Colligere, auferre.* Lucil. lib. xxx. Ruis hæc, & colligis omnia furtim. Plautus Aulularia: Quin ipsi pridem tonfor vngueis dempserat. Collegit, omnia abstulit præsegmina.

102 ¶ *Continens, est abstinentis, integer.* M. Tul. ad M. Catonem: Vt quæ copius, & opibus ferre vix possumus, ea mansuetudine, & continentia nostra, sociorum fidelitate tueamur. ¶ *Continens, coniunctum, continuum.* M. Tul. Epist. ad senatum: Itaque cum exercitu per Cappadociæ partem eam, quæ cum Cilicia continens est, iter feci. Idem Hortensio: In continentibus quidem terris vestrum nomen dilatarì potest.

103 ¶ *Curatum, est natum.* ¶ *Curatum, post laborem refectionem.* Virg. Corpora curamus, fessos sopor irrigat artus. ¶ *Curatum, cum delectu apparatus.* Lucil. lib. xxx. Et circum volitant ficedula, turdi, curatis coci.

104 ¶ *Conducere, emere.* Plaut. Aulul. Cædendum conduxì ego illum. ¶ *Conducere est sicuti vsu.* Lucilius lib. xxxix. Magno, non magna mercede, magno quidem conduxeris. M. Tul. de offic. lib. ij. Vt sæpe in nostra republ. videmus mercede conduxì. ¶ *Conducere, colligere, conuocare.* Var. Manio: Manius manè sulcitat nos, tum in rostra ad-

fert: populum in forum conduxì. ¶ *Conducere, conuertere.* Lucil. li. xxx. Et virtute tua, & claris conducere chartis. ¶ *Conducere, vtile esse.* Solus verò soli quid re, & questu conduxat suo. Mar. Tul. de offic. lib. ij. Quomodo stultè: etiã mne, si reipub. conducebat? Potest autem, quod reipub. inutile sit, id cuiquam vtile esse: Idem de republ. lib. j. Facillimum autem in ea republ. esse posse concordiam, in qua idem conduxat omnibus. Sisen. Hist. lib. iiii. Quid in rempub. suã maximè conducere videretur.

109 ¶ *Concelebrare dicitur commouere.* Lucil. lib. j. Quæ mare nauigerum, quæ terras frugiferentes Concelebras. ¶ *Concelebrare, diu amare:* dictum à celebritate. Lucil. lib. xxx. Multis indoctis sermonibus concelebrarunt.

106 ¶ *Crede, est fidem habere dictis, velsa-ctis.* Lucil. lib. 27. Hymnis velim te id, quod verum est, credere. ¶ *Virg. Aeneid. lib. ij.* Ora Dei iussu non vnquam credita Teucris. ¶ *Crede, fidei committere.* Lucil. lib. xxviii. Vitam ac fortunas cui crediderim meas. ¶ *Crede, est seruandum commendare.* Plaut. Aul. Vbi is obiit mortem, qui mihi id aurum credidit.

107 ¶ *Commodare, est mutare.* Lucil. li. 27. Certa sunt sine detrimento, quæ inter se commodent. M. Tul. de officiis lib. ij. Atque vt dando, & accipiendo, mutandisque facultatibus, & commodandis, nulla re egeremus. ¶ *Commodare, cum cõmodo dare.* M. Tul. ad filium. lib. ij. Cui ego quibuscunque rebus potero, libentissimè commodabo.

108 ¶ *Captare, capere.* Lucil. lib. xxvij. Quòd si paullisper captare, atque obseruare hæc volueris.

109 ¶ *Cognoscere, est audire, estimare.* Lucil. lib. xxvj. Rem cognoscas simul, & dictis animam attendas, postulo Pompi. Panfa Papipola: Magis curabo vbi cognorit, omnes vnà assentiant. Terent. Andria: Eo pacto & gnati vitam & consiliū meū cognosces. ¶ *Vir. Geor. lib. j.* Ni refugis, tenuisque piget cognoscere curas. ¶ *Cognoscere, nosse, vel perspicere.* Virg. lib. ix. Venatu assiduo, & totū cognouimus amnem. Idem Geor. lib. ij. Nunc quo quaque modo possis cognoscere, dicam. M. Tul. Hortensio: Vnde autem facilius, quam ex animalium monumentis, aut bellicæ res, aut omnis reipub. disciplina cognoscitur? Idem de senectute: Neque verò eos ipse cognoui, sed illos etiam, de quibus & audiui, & legi, & ipse conscripti. ¶ *Cognoscere, agnoscere.* Virg. Bucolicis: Incipe parue puer ritu cognoscere matrem. M. Tul. de republ. lib. j. Cognoscere me hercle inquit, consuetudinem istam, & studium sermonemque. Var. Sescuiulysæ: Vereor, ne me quoque, cùm domum ab Ilio Cessum reuertero, præter eanem cognoscat nemo.

110 *Competere*, significat honorem, vel coniugium, vel quidvis aliud aduersus alium petere, vnde *competitores*, vt saepe. *Competere*, par esse, vel simile: inde in aestimatione rerum, hoc illi comperit, dicimus. *Competere*, *rei cuiusque meminisse*, aut *constanter valere*. Sallust. Historiarum lib. I. Sic verò quasi formidine attonitus, neque animo, neque auribus, aut lingua *competere*.

D.

111 *Damnare*, est damno afficere, vnde & *condemnare* dictum est. E contrario nullo damno affectum indemnem probamus. *Damnare*, est *exharedare*. Lucillius Satyrarum lib. XI. Cassius Caius hic operarius, quem Cephalonem dicimus sectorem, furiumque, hunc Tullius quem Index heredem facit, & damnati alij omnes. *Damnare*, *necessitate constringi*. Terentius Phorm. Tuus est damnatus gnatus, non tu. *Damnare*, est *mortis dare*. Virgilius *Aeneid.* lib. III. Non dum illi flauū Proserpina vertice crimem Abstulerat, Stygiòque caput damnauerat Orco. Accius *Armorum iudicio*: Maior erit luctus, cum me damnatum audiet. M. Tullius in Verrem actione I. Reus in iudicium adductus est Verres, homo vita, atque factis omnium iam opinione damnatus. *Damnare*, & *condemnare* pro liberare positum est. Titinnius *Veliterna*: Fortasse notum fuisse, quo die liber foret, Nunc eius voti condemnatus immolauit hostiam. Virg. lib. XII. Quem damnat labor, aut quo vergat pondere letum. Turpilius *Leucadia*: Et amplius illam apparere concedet Quando quidem voti condemnata est Virgilius *Bucolicis*: *Damnabis tu quoque votis*. Sisenna *Histor.* lib. III. Quòd voto damnati ferum omnem dicuntur eius anni statim consecrasse. Cicero *Tuscul.* lib. V. *Rerum naturam*, quam errorem nostrum damnare maluimus.

112 *Delicere*, est *illicere*. Titinnius lib. V. Quòd ea parasitus habeat, qui illum sciat *Delicere*, & noctem facere posset de die.

113 *Defendere*, *vindicare*, *depellere*. Virgil. *Bucol.* Solstitium pecori defendite. *Defendere*, *tueri*, *depellere*. Ennius *Achille*: *Serua ciues*, defende hostes, cum potes defendere.

114 *Delica*, est *aperi*, vel *explana*. Titinnius libro quinto: *Quid istuc est? aut istic sibi vult sermo*, mater *delica*. Idem *Prælia*: *Tibiæ comediam*, quam sciam, non *delicem*: *Cæcilius Obolofate*: Si linguas decem Habeam, vix habeam te satis qui audē ache. Immo verò hic antè solitus sum, *delicat*. Accius *Achille*: *Qua re alia ex crimine inimicorum effugere possis*, *delica*. Lucillius lib. XXX. Nemo istum ventrem pertundet, *delicet* vi, atque videbis.

115 *Delinitus*, ad nostrā consuetudinem *placatus*. Turpil. *Demetrio*: Vide mirum ingenium, ac *delinificum* mulierum: *Commōrat hominem lacrymis*. *Delinitus*, *delectatus*. M. Tullius ad *Cassium* lib. I. Iam biennium est, cum virtuti nuntium remisisti, *delinitus*, illecebris voluptatis. Lucil. lib. XXX. *Præseruit*, labra *delicit*, *delinit* amore. *Delinitus*, est *mente alienatus*. Plautus *Amphitr.* 10 *Delinitus sum profecto*, ita vt me qui sim, nesciam. Lucil. lib. XXVII. *Concedat homini id, quod vult; delinuat, corrumpat* prorsus, ac *neruos omnes*.

116 *Delinit, deligat*. Titinnius *Prælia*: *Verum enim dotibus deliniti, vltro etiam vxoribus ancillantur*.

117 *Degere*, est *agere*. Lucretius lib. II. *Degimus hoc æui*, quodcunque est. *Degere*, etiam est *minuere*. Plautus *Aulularia*: *Nunc ego istum soror laborem degam, & diminuā tibi*. *Degere*, est *detrabere*. Plautus *Epidic.* *Degitur corium de tergo meo*.

118 *Dare*, est *exhibere*. M. Tullius de signis: *Cn. Pompeius cum filio*, qui fuit in *Tyndaritano*, cenam ipsi isti dabat apud *villam*. Terentius *Auronyr.* *Nanque ei vnam cenam, atque eius comitibus dedi*. *Dare*, *facere*. Virgilius *Aeneid.* lib. J. *Tu das epulis accumbere Diutim*. Et lib. III. *Immoramque coli dedit, & contemnere ventos*. *Da*, *significantiā* habet manifestam, id est, *dic*. Virgilius *Aeneid.* lib. III. *Da propriam Tymbræā, domum*. *Da, dic*. Virgilius *Bucolicis*: *Sed tamen iste Deus qui sit, da, Tityre, nobis*. Et lib. VI. *Tuq; o sanctissima vates Præscia venturi, da, non indebita posco*. Terentius *Auronyr. euboia*: *Nunc quamobrem has partes didicerim, paucis dabo*. Lucil. lib. XXX. *Si liceat facere, etiam hoc versibus reddere quod do*. Et lib. XXVII. *Persuade, & trāsi, vel da quamobrem transeas*. *Dare*, *adscribere*. M. Tul. in Verrem diuinatione: *Ego etiam quæ tu sine Verre commisisti, Verri crimini daturus sum*. *Dare*, *ostendere*. Lucil. lib. XXVI. *Animòque ægrotat, vidimus corpore hunc signum dare*. *Dare*, *petere*. Lucillius lib. V. *Sicuti cum primos ficos propala recentis protulit, & pretio ingenti dat primitus paucos*.

119 *Deponere*, est *ponere*. Virgilius *Bucolicis*: *De grege non ausum quicquam deponere tecum*. M. Tullius de offic. lib. II. *Existimaui honestissime molestias posse deponi, vbi me ad philosophiam retulissem*. *Deponere*, est *commendare*. Accius *Erigona*: *Hospitem deposita interimes*. Afranius *Epist.* *Amare, habere puerum depositum foris*. M. Tullius de officiis libro tertio: *Ego & promissa nonnunquam faciunda, neque semper deposita reddenda*. *Deponere*, est

alienare. Plautus Aulularia: Ut me deponat vino, eam affectat viam. ¶ *Deponere*, est *desperare*: unde & *depositi* desperati dicuntur. Lucillius Satyrarum lib. iij. Symmachus præteream iam tum depositus bubulcus Exhalans animam pulmonibus ager agebat. Virgilius lib. xij. Ille ut depositi proferret fata parentis. Accius Terentio: Tereus indomito more, atque animo barbaro Conspexit in eam amore vecors flammeus, & Depositus, facinus pessimum ex dementia Conspicit. Idem Alphesib. Et si est in malis Depositus animus meus, quæ scribi exinde audiet. M. Tullius in Verrem actione 1. Itaque mihi videor, iudices, magnam, & maximè agram, & propè depositam Reipub. partem suscepisse. Cæcilius Obolostate: Depositus modò sum anima, vita sepultus sum.

120 ¶ *Destitui*, est *desolari*. ¶ *Destitui*, rursum *statui*. Nævius Gymnastico: In alto nauem iubet destitui ancoris. Cæcilius Symbolo: Destituit omnes seruos ad mensam ante se.

121 ¶ *Dedicare*, est *dicere*. Accius Alphesib. Aduereor cum te esse Alcmaeonis fratrem factis dedicat. Cæcilius Annal. libro 1. Legati quò missi sunt, veniunt, dedicant mandata.

122 ¶ *Dicere, constituere*. Terentius Andria: Placuit, despondit, hic nuptiis dictus est dies. ¶ *Dicere, denotare*. Lucillius lib. xxviii. Minitari apertè capitis dicturum diem. Terentius Andria: Dico tibi, ne temerè facias. ¶ *Dicere, est iudicare*. Virgilius Bucolicis: Dic mihi Damoeta cuium pecus? ¶ *Dicere, dicare*. Virgilius lib. vi. Iunoni infernæ dictus sacer.

¶ *Dicere, destinare*. M. Tullius de offic. libro iij. Et is, qui morti addictus esset, paucos sibi dies commendandorum suorum causa postulauisset. ¶ *Dicere, est promittere*. Pompon. Pistoribus: Nummos certos dicas. dico quinquaginta millia. Sallustius Historiarum lib. ij. Eodem anno in Macedonia Caius Curio, principio veris cum exercitu profectus in Dardaniam, quibus potuit pecunias dictas coëgit. Afranius Vopisco: Igitur quiesceret, quoniam inter nos nuptiæ sunt dictæ, pareas istis verbis, si placet. Idem Fratt. De rustico nescio cui vicino suo Perpauperi, cui dicat dotis paullulum. Pacuuius Hermiona: Prius data est, quàm tibi dari dicta, aut quàm reditura est Pergamo. Var. Myster. In id virgo, dos à femina ut auferatur, que mihi postea quàm ad concordiam dicta est. ¶ *Dicere, dare*. M. Tullius de offi. lib. ij. Commodè autem quicumque dixit pecuniam.

123 ¶ *Dignatus*, significat dignus habitus. Virgilius Æneid. lib. iij. Coniugio Anchisa Veneris dignate superbo. Accius Neopt. Sed quem mihi iungent, cuique tu illo fuerint,

dignabor dari. Idem Atreco: Ego ne Argiuum imperium attingam, aut Pelopis digner domo? Quò me ostendam? quod templum adeam? quo more funesto colloquar? Cicero Orat. Quamquam enim omnis locutio oratio est, quæ tamen consimili laude dignantur.

124 ¶ *Dignari*, dicitur *dignum* aliquem *deputare*. Virgilius lib. x. Atque idem fugientem haud est dignatus Orodem Sternere.

125 ¶ *Dominus*, dicitur *cui seruitur*. Virgil. Æneid. libro primo: Romanos rerum dominos, gentemque togatam. ¶ *Dominus* rursum appellatur *conuiuij exhibitor*: unde & *dominia* conuiuia. Lucillius Satyrarum lib. vj. Qui te bonus Iuppiter inquit, Crasso Mutium cum cenabat dominum fortem. Idem libro xij. Primum dominia, atque sodalitia omnia tolluntur. Turpilius Philopatro: Fortè eo die meretricis ad me de leuitate Atticæ, ut cum venerat, quidam dixerat quæ cenam apud me Thais, atque Erotium, Antiphila, Pythias: ego extra cubui domina. Varro Papiapapa, *est ex xouliu*: Dominum conuiuij, vinum, aliudve quid mi laudato. Sallustius Historiarum libro tertio: Alteri scribam, & cenas in imo medius inter Tarquinium, & dominum Perpennam. M. Tullius in Verrem Frumentaria: Adria argento dominos vestre. Var. Endym. Discumbimus mustati, dominus matura oua ad cenam committit. ¶ *Domini, & mulierum amatores*. ¶ *Dominus, maritus*. Virgilius Æneid. lib. iij. Con nubia nostra Reppulit, ac dominum Ænean in regna recepit.

126 ¶ *Deliberare*, est *dubitare*. Terentius Phormione. Ego ampliùs deliberandum censeo.

127 ¶ *Deliberatum, expletum, defunctum, vel definitum*. Turpil. Philop. Certum, atque deliberatum est, me illis obsequi.

128 ¶ *Discrimen, diuisio, separatio*. Cicero de finibus bonorum & malorum lib. ij. Homo & acutus, & diligens Chrysippus non contemnit, totumque discrimen summi boni in eadem rerum comparatione positum putat. ¶ *Discrimen, est periculum*. Virgilius Æneid. libro primo: Per tot discrimina rerum Tendimus in Latium. ¶ *Discrimen* rursum, *separatio* à discernendo: unde & *discerniculum* dicitur acus, quæ capillos à media fronte dissipat. Sallustius Historiarum libro 1. Sertorius fortis turba morantibus, nullo, ut in terrore solet, generis, aut imperij discrimine, per calonum corpora ad medium quasi demissus instantium manibus in murum attollitur. Virgil. Æneid. lib. j. Troas, Tyriusque mihi nullo discrimine agetur. M. Tullius Philippicis lib. secundo: Hetruriam discriminat Cassius. Lucillius libro xxix. Et amabat omnes

omnes, nam discrimen non facit, neque signat linea alba. ¶ Discrimen, *certainen*. Virg. lib. v. Post hos æquo discrimine pistris, Centaurisque locum tendunt superare priorē.

129 ¶ *Duci, delectari, vel advocari*. M. Tul. de finibus bonorum & malorum libro v. Dantque sese ad ludendum, fabellarumque auditione ducuntur.

130 ¶ *Ducere, pati*. Virgil. Æneid. lib. iij. Nate Dea, potes hoc sub casu ducere somnos? ¶ *Ducere, nudare, exere*. Virg. Æneid. lib. xij. Ille tamen clypeo obiecto conuersus in hostem Ibat in auxilium, ducto mucrone petebat. ¶ *Ducere, excitare*. M. Tul. in Ver. actione ij. Quod si quem statua magnopere delectant: si quis earum honore, aut gloria ducitur.

¶ *Ducere, consuetudine, quam significantiam habeat, claret, sicut* Virg. Æn. lib. xij. Ducitur infelix æuo confectus Aletes. & multa talia. ¶ *Ducere, illicere, inducere*. M. Tul. de offic. lib. ij. Postremò pretio, aut mercede ducuntur. Et de senect. Sic adolescentēs senum præceptis gaudent, quibus ad virtutum studia ducuntur.

¶ *Ducere, struere, erigere*. Virg. Æneid. lib. j. Pars ducere muros, Moliri que arcem. ¶ *Ducere, existimare, iudicare*. Varro. Sexag. Auidus iudex reum ducebat esse *xanōr*, hoc modo. Virg. lib. x. Tanton me crimine dignum Duxisti? M. Tul. in Ver. diuinat. Clarissimi viri nostræ ciuitatis temporibus optimis hoc sibi amplissimum, pulcherrimumque ducebant. Lucil. lib. xxx. Non datur, admittit nemo, nec viuere ducunt, Orco spondent septimum. M. Tul. de offic. libro xij. A quatuor fontibus honestatis primo libro officia duximus.

¶ *Ducere, volvere, pertractare*. Virg. libro sexto: Sic equidem ducebam animo, rebârque futurum. Lucillius lib. xxix. Age nunc summam sumptus, ducârque æri simul, atque alieni. ¶ *Ducere, fabricare*. Varro, *γὰρ οὐκ ἔστιν οὐδὲν*: Nihil sunt Musæ policis vestrae quas artificē duxi.

¶ *Ducere, trahere, differre*. M. Tul. ad Casarem iuniorem lib. j. Ne res duceretur, fecimus vt Hercules Antianus in alium locum trãsferretur. Idem de offic. lib. iij. Apud prætorem criminatus est Balbum illum ducere. ¶ *Ducere, proprie proprie pro temporibus seruare*. Virg. Bucolicis: Astrum, quo segetes gauderent frugibus, & quo Duceret apricis in collibus vna colorē.

¶ *Ducere, demittere descendere*. Plautus Aulu. Vbi ille abit, ego me duco deorum de arbore. ¶ *Ducere, gerere*. Virgilius libro septimo: Hi bellum assidue ducunt cum gente Latina.

131 ¶ *Differre, est spatium temporis dare*. Virgil. Æneid. libro vi. Distulit in seram commissa piacula mortem. ¶ *Differre, diffamare, divulgare*. Lucillius libro xxx. Gaudes, cum de me ista foris sermonibus differs. Varro de

60

vita populi Romani libro iij. Si modò ciuili concordia exsequi rationem parer, rumores famam differant licebit, nolque carpant. ¶ *Differre, diuidere, vel scindere*. Virg. Georg. lib. iij. Scythiaque hyemes, atque arida differt Nubila. Terent. Adelphis: Miseram me, differor doloribus. Virg. lib. vij. At procul inde citæ Merium in diuersa quadrigæ Distulerant. Lucillius lib. xxx. Et maledicēdo multis sermonibus differs. Plaut. Aulularia: Nisi reddi mihi vasa iubes, pipulo te differā Ante ædeis. ¶ *Differre, in ordinem ponere*. Virg. Georg. lib. iij. Ille etiam seras in versum distulit vltimos. ¶ *Differre, distare*. M. Tull. in Verrem diuinatione: Ac vide quid differat inter meam opinionem, ac tuam. Lucil. lib. xxvij. Tamen aliti verruca, aut cicatrix medius papillæ differunt. M. Tull. Hortensio: Quantum inter se homines studentes moribus omni vite ratione differant.

132 ¶ *Durum, solidum*. Virg. Æneid. lib. iij. Sed duris genuit te cautibus horrens Caucasus. ¶ *Durus, nocens*. Idem Georg. lib. iij. Aut durum tinæ genus. Lucil. libro xxx. Et læuo, & duro in bello multo optimus hostis. ¶ *Durum, patiens, & perseverans*. Virgil. Georg. libro ij. Scipiadus duros bello. Et Æneidos lib. j. Durate, & vosmet rebus seruate secundis. Terent. Adelph. Nō hercle hīc quidem durare quisquam, si sic fit, potest. ¶ *Durum, immitte*. Virg. Georg. lib. ij. Quid iuuenis, magnum cui versat in ossibus ignem Durus amor? Terent. Heaut. Et quod illum infimulat durum, id non est.

133 ¶ *Decernere, est constituere, definire*. M. Tull. de officiis libro j. Quare expetenda quidē magis est decernendi ratio, quā decertandi fortitudo. Virg. Æneid. lib. iij. Decreuitque mori. Ter. Andria: Quicquid peperisset, decreuerunt tollere. Plautus Asinaria: Eos me decretum est persequi mores patris. Varro Eumenidib. Forenses decernunt, vt existimatio nomen eum in sanorum numerum referat. ¶ *Decernere, est dicere*. Plautus Amphitryone: Qui nequeas, nostrorum vter sit Amphitryo decernere. ¶ *Decernere, certare*. Virg. Æneid. lib. xi. Ipsum armis, ipsumque iubet decernere ferro. Idem Georg. lib. iij. Cornibus inter se subigit decernere amantibus. M. Tul. Philippicarum lib. iij. Quam ne seruiam animis, armisque decernere.

134 ¶ *Demissum, abiectum*. M. Tul. de offic. lib. iij. Perspicuū est enim ea, quæ timido animo, humili, demisso vultu accipit affert. ¶ *Demissum, humile, miserandum, abiectum*. Virg. Æneid. lib. iij. Deiecit vultum, & demissa voce locuta est. Lucil. li. xxvij. Re in secunda tollere animos, & in mala demittere. Cic. Tuscul. hb. v. Non est ausus elatē, & amplē loqui: humiliter, dimissēque sentire.

135 ¶ *Dimittere, permitttere, in potestatem dare.* Tul. de Rep. li. j. Tum annui consules, tum dimissi populo falces. ¶ *Dimittere, derelinquere.* M. Tul. ad Cæsarem lib. iij. Quæ si videres non de exercitu retinendo tueri, sed eo tradito, aut dimisso. ¶ *Demittere, desuper mittere.* Virg. Æneid. lib. ij. Demissum lapsi per fune. Sallust. Hist. lib. iij. Cum machinis strepitu dimissum Victoriæ simulacrum coronam capiti imponebat. Var. Meleagris: Cùm etiam Thais Menandri tunicam dimissam habeat ad talos. ¶ *Dimittere, dare.* Virgil. Geor. lib. iij. Dimissæque ab Ioue gentis Nomina. ¶ *Dimittere, mittere.* Idem Æneid. li. j. Equidem per litora certos Dimittam.

136 ¶ *Discere, est ignotam rem meditando assequi.* Lucill. libro ix. Discere labora, ne res te ipsa, ac ratio ipsa refellat. Virg. lib. xij. Discer puer virtutem ex me. ¶ *Discere, tentare.* Virgil. libro v. Et fractis discens curre remis.

137 ¶ *Defunctum* dicimus consuetudine mortuum. Virg. lib. v. Defuncta que corpora vita. ¶ *Defuncti, liberati.* Idem lib. vi. O tandem magnis pelagi defuncte periculis.

178 ¶ *Distrahere, est vendere.* Lucil. li. xxix: Diuidant, differant, dissipant, distrahant. ¶ *Distrahere, separare.* Terent. Phorm. Quod si cõ meæ fortunæ redierunt, Phannium abs te vt distrahat? M. Tul. Philip. lib. ij. Quod primum hæc natura coherentia, opinionione distraxissent. Var. de vita populi Romani lib. j. Distractione ciuium elanguescit bonum proprium ciuitatis, atque ægrotare incipit, & cõ se nescit. ¶ *Distrahere, diuidere, diffondere.* Virg. li. vij. Turbatus distractus equis. Varro de vita populi Romani lib. j. Metium Sufetium propter perfidiam interemit penè imperiosius, quàm humanius. Nã equis ad curriculum ex vtraque parte deligatum distraxit.

139 ¶ *Dicare, dictum est constituere, consecrare.* Virg. lib. v. Vrbe velim posita templis sibi ferre dicatis. ¶ *Dicare, tradere.* M. Tull. Epist. ad Cæsarem lib. j. Balbum quanti faciam, quàmque ei me totum dicauerim, ex ipso scies. Lucil. lib. xxx. Iuratum se vni cui sit data adæque dicata. ¶ *Dicare, indicare, munitare.* Lucillius libro xxx. Sic vbi ad aureis fama tuam pugnam claram allatam dicasset.

140 ¶ *Detrahere, derogare.* M. Tul. de signis: Et si quæris, vt ipse de me detraham, illos ego accusatores puto. ¶ *Detrahere, tollere.* Terent. Heaut. Astiduo, accurrunt serui, foccos detrahunt. Virg. Geor. lib. iij. Obseruans nido implumeis detraxit. M. Tull. Frumentaria in Verrem: Postremò sicui ciuitati focix tantum detraxit, quantum com modum fuit. Idem de offic. lib. iij. Nunquã

committit, vt alienum appetat, & id, quod alteri detraxerit, sibi assumat. Et Hortensio: Vt ea sibi ratio vera restituat, quæ consuetudo vitiosa detraxerit. ¶ *Detrahere, extrahere.* Lucil. lib. xxix. Cùm ipsi in locum descendant, cùm alios detrahant.

141 ¶ *Despicere, est pro nihilo habere.* M. Tul. in Verrem actione ij. Quemadmodum tenuissimum quenque contempserit, despexerit, liberum esse nunquam duxerit. Vir. Bucolicis: Despectus tibi sum, nec quis sim quaris, Alexi. M. Tul. de offic. lib. ij. Despiciunt autem eos, & condemnant, in quibus nihil virtutis, nihil animi, nihil neruorum putant. ¶ *Despicere, desuper adspicere.* Vir. Geor. lib. ij. Qualem sæpe caua montis conualle solemus Despicere. M. Tul. Hortensio: Consolabitur eam magnitudo animi, & humanarum opinionum alta quædam despectio.

142 ¶ *Deicere, elidere.* M. Tul. ad Cæsarem iuniorem libro secundo: Adest alba nescio cuius Clodij, quam cum restitui iussisset Anconæ cum eo deiectum esset ex senatus consulto. ¶ *Deicere dicitur mittere.* Virg. lib. viij. Toto genitor quæ plurima cælo Deicit in terras. Lucillius lib. xxvij. Has è fenestris in caput Deiciunt, qui propè ad ostium adspirauerant. ¶ *Deicere, precipitare.* M. Tull. in Verrem actione ij. Si me adilitate deiecissent. Lucil. lib. xxix. Detrusus tota vi deiectusque Italia. ¶ *Deicere, auertere.* M. Tull. Philippicis: Nec verò vsquam, nec à Republica deiciebam oculos.

143 ¶ *Deducere, vocare.* M. Tull. de repub. libro j. Quare si placet deducere rationem tuam de cælo ad hæc ceteriora. ¶ *Deducere, trahere, mouere.* Sisenna Hist. lib. iij. Ab armis recedere, præsidia de locis deducere. ¶ *Deducere, deprauare, transvertere à vero & à recto.* M. Tull. Hortensio: Habet enim ipsa incertam definitam viam, & ex ea multis virtutibus, & erroribus deprauata deducitur. Virg. Georgic. libro j. Riuios deducere nulla Religio venit.

144 ¶ *Deductum, dicitur molle, suauē.* Virg. Bucol. Pascere oportet oueis, deductum dicere carmen. ¶ *Deductum, delectatione ductum.* Virgilius Bucolicis: Carmina vel cælo possunt deducere lunam. Lucillius lib. xxvj. Illuc oculi deducunt ipsi, atque animū spes illuc rapit. ¶ *Deductum, diminutum, suppressum.* Lucillius lib. xxx. Deducat hunc voce leo. cur tu ipsa venire Non vis huc?

145 ¶ *Deferre, abducere.* Virgil. Æneidos libro sexto: Defer in Italiam. ¶ *Deferre, est asferre.* Virg. Æneid lib. iij. Celeres mandata per auras Detulit. ¶ *Deferre, calatum prodere.* Lucil. lib. xxvij. Quapropter certum est facere contra, ac persequi, Et nomen deferre hominis.

146 ¶ *Destinare*, dicitur *parare*. ¶ *Destinare*, *emere*. Lucillius lib. xxvij. Facio, ad lenonem venio, tribus in libertatem millibus Destinet.

147 ¶ *Docere*, significat *disciplinam vel artem quamquam magisterio dare*. Virgil. *Æneid.* libro v. Docuit post exitus ingens. ¶ *Docere*, *dicere*. Lucillius lib. xxix. At non sunt similes, neque dant: quid si dare vellent, Acceperis ne, doce.

148 ¶ *Diligere*, manifestam habet significationem, ut plerunque. ¶ *Diligit*, *diuidit*. Plautus *Curcul.* Clypeatus elephantum ibi machara diligit. Titinius *Prælia*: Pernam totam diligit.

149 ¶ *Dextrum*, dicitur *dextera partis*. Virgil. lib. quinto: Quod tantum mihi dexter abis? ¶ *Dextrum* dicitur *felix*, *propitium*. Virg. lib. viij. Et nos, & tua dexter adi pede sacra secundo.

150 ¶ *Deprecor*, amolior, depello, propulso. Tul. de *Repub.* lib. vi. Non modo inuidia patri non erant, sed etiam Claudij inuidiam Gracchi caritas deprecabatur. Ennius: Eripite o cui nunc arumnam, à libertate para quibus seruitutem meam miseram deprecor.

151 ¶ *Diuortium*, est *rerum omnium separatio*. Cicero de *Oratore* lib. iij. Sic è communis sapientia iugo sunt doctrinarum facta diuortia. ¶ *Diuortium*, *deflexus de via*, à diuertendo. Virgilius lib. ix. Obiiciunt equites sese ad diuortia nota.

E

152 ¶ *Exigere*, vi extorquere. M. Tullius in diuinatione: Et cum esset tritici modius sestertis duobus pro frumento in modios singulos duodenos sestertis exegisse. ¶ *Exigere*, *inquinare*, *verum perdisicere*. Virgilius *Æneid.* lib. primo: Quarere constituit, sociisque exacta referte. ¶ *Exigere* est *excludere*. Plautus *Aulularia*: Itaque omneis exigit foras. Terent. *Andr.* Spectanda, an exigenda sint vobis prius. Afranius *Fratriis*: Retinebitur vir ut voluntate vna probabili pragnatem quod non exigat. Næuius *Danaë*: Indignè exigor patria innocens. M. Tul. *Philippicis* lib. ij. Clauas ademit, forasque exegit. Lucil. lib. xxvi. Vestimentis frigus, atque horrorem exacturum putet. ¶ *Exigere*, *debitum repetere*. M. Tul. *Epistola* ad Cassium: Sed non vrgeo. Longiores enim spectabo, vel potius exigam, quando hercle ego temere exigam. ¶ *Exigere*, *scire*, *cogere*. Virgilius *Æneid.* lib. ij. Quos improba ventris Exegit cæcos rabies. ¶ *Exigere*, significat *agere*. Plautus *Captiuus*: Salue Tyndare, & tu cuius causa hanc arumnam exigo. Virgil. *Æneid.* lib. ij. Omneis ut recum meritis pro talibus annos Exigat. Terentius *Hecyra*: Illique exopto, ut reliquam vitam

exigat. Lucillius lib. xxvij. Cum cognoueris, vitam sine cura exigas. ¶ *Exigere*, *definire*, *constituere*. Virgilius *Æneid.* lib. iij. Deceuitque mori, tempus secum ipsa, modumque Exegit.

153 ¶ *Exactum*, *transcursum*, *præteritum*. Virgilius *Georg.* lib. tertio: At tribus exactis, vbi quarta accesserit æstas. Et eodem: Exactis grauida cum mensibus errant.

154 ¶ *Elidere*, *excludere* significat. Virgilius libro viij. Elisos oculos, & sicum sanguine guttur. Plautus *Rudente*: Iubeo oculos elidere, idem ut sepius faciunt coci. Lucillius *Satyr.* lib. ij. Iniuriarum hunc in fauces inuolasse, animamque elisse illi. ¶ *Elidere*, *suffocare*, vel *occidere*. Virgilius lib. octauo: Geminisque premens eliserit angues. ¶ *Elidere*, *collidere*. Virgilius *Æneid.* lib. iij. Ter spumam elisam, & rostantia vidimus astra. Cicero *Tuscul.* lib. v. Qui rebus his fractus ægritudine eliditur, potest tamen esse non miser. ¶ *Elidere*, *deicere*. M. Tul. de *Rep.* lib. ij. Ut auriga indoctus è curru trahitur, operitur, eliditur, laniatur.

155 ¶ *Exanclare*, significat *exaurire*. Plaut. *Sticho*: Næ iste ædopol vinum poculo pauxillulo Exanclauit. Idem *Pœnulo*: Sæpe exanclarum merum scitissimè. ¶ *Exanclari*, *perficere*. Pacuuius *Peribœa*: Non potest Menalippe, hic sine tua opera exanclari clauos. ¶ *Exanclari* etiam significat *perpeti*. Ennius *Andromacha*: Malo torquetis cum arumnis illum exanclari diem. Accius *Diomede*: Ferè exanclauimus Tyranni sæuum ingenium, atque execrabile. Idem *Amph.* Pertolerarem vitam, cladèque exanclarem impatibileis. Lucillius libro xxx. Quantasque modo arumnas, quantosque labores Exanclaris. ¶ *Exanclare*, *effundere*. Ennius *Eumenidibus*: Nisi patrem materno sanguine exanclando vlciceret.

156 ¶ *Eliminare*, est *exire*. Ennius *Medea* exsule: Antiqua ædilis fida custos corporis, Quid sic extra ædeis exanimata eliminat? Accius *Phœnissis*: Egredere, exi, effer te, elimina vrbe. Idem *Meleagro*: Timidè eliminor clamore, simul agnita vox ad aures accinit. Varro *Serrano*, *αὐτὴ ἀρχαῖστίον*: Occipitium ariuo deo ostendo, ex oraculo elimino me. ¶ *Eliminare* rursus *excludere*. Pacuuius *Duloreste*: Vbi ille est? me miseram quoniam clamor eliminat. Pomponius: Coclauos istic manet, eliminabo extra ædeis coniugem.

157 ¶ *Euadere*, *exire*, *tendere*. Terentius *Phormione*: Quid hic cœptat, aut quod euadet hodie? Lucillius lib. xxvi. Euadat saltem aliquid aliquam, quod conatus sum. Plautus *Afinaria*: Demiror quid sit, & quod euadat sum in meum. ¶ *Euadere*, *fieri*, *præduci*.

M. Tullius Philippicarum libro ij. An ver-
bare, ne non putaremus natura te potuisse
non improbum euadere? **E**uadere, est *libe-
rare*. Sallustius Jugurthæ bello: At ni Marius
signa inferre, atque euadere oppido prope-
rauisset, profecto cuncti, aut magna pars
Siccentium fidem mutauissent. Virgilius lib.
nono: Nostræne euadere demens Speraſti
te posse manus? Lucillius lib. xxv. Idcirco om-
nes euafuros censent ægritudinem. Sifen-
na Historiarum lib. quarto: Cohors vna post
concirata, qua murus erat interruptus, eua-
dit. **E**uadere, *adscendere*. Virgilius *Æneid.*
libro ij. Euado ad summi fastigia culminis.
Euadere, *apparere*. Virgilius *Æneid.* lib. ij.
Vt tandem ante oculos euasit, & ora pa-
rentum.

158 **E**xicipere, est *seimgere, separare*. Virgi-
lius libro ix. Ipsum illum clypeum, cristal-
que rubentis Excipiam sort. **E**xicipere,
excusare, vel calare. Plautus *Aulularia*: Ne-
que partem tibi ab eo, qui qui est, inde po-
ſces, neque furem excipias. **E**xicipere, est
suscipere. Virgilius *Æneid.* lib. iij. Heu quis te
caſus deiecitam coniuge tanto Excipit? M.
Tul. in Verrem de supplicis: Filiorum suo-
rum postremum spiritum ore excipere lice-
ret. **E**xicipit, *opprimere, vel circumuenit*. Virgi-
lius *Æneid.* lib. ij. Et scelerum furis agita-
tus Orestes Excipit incautum. M. Tullius ad
Pompeium lib. iij. Quod si est, non modò i-
ter meum interclusum, sed meipsum planè
exceptum putabat. Et rursum: Admoniti su-
mus vt cauermus, ne exciperemur à Cæsa-
re. **E**xicipere, *rursus extrahere*. M. Tullius de
Repub. lib. iij. Quos insepultos reliquissent
eos, quos è mari propter vim tempeſtatis ex-
cipere nò potuissent, innocentes necauerint.
Virgilius *Bucolicis*: Non ego te vidi Damo-
nis pessime, caprum Excipere insidiis? **E**x-
cipere, *manere, habere*. Virg. *Geor.* lib. iij. Ergo
iplas quanuis angusti terminus aui Excipiat.
Exicipere, *captare*. Cicero *Orat.* lib. iij.
Quædam dari ex hac vita ad pertractandos
animos hominum, & ad excipiendas eorum
voluntates.

159 **E**xplorare, est *intentius obseruare*. Virg.
Æneid. lib. ix. Necnon & trepidi formidine
portas Explorant. M. Tul. de offi. lib. iij. Hac
vi non mutatur, nisi exploratum quidem ha-
beat, id omnino neminem vnquam suspica-
turum. **E**xplorare, *verum inquirere*. Virg. *Æ-
neid.* lib. i. Exire, locòsque Explorare nouos.
Explorare, *probare*. M. Tul. in Verre actio-
ne ij. Tum in reliquis explorata, atque pro-
uisa. Lucil lib. xxix. Certum scio esse ita, vt
dicis. nam mihi erant de illo explorata om-
nia. M. Tul. de senectute: Quis est tam stul-
tus, quamuis adoleſcens, cui sit exploratum,
ſe ad vesperum esse victurum? **E**xplorare, 60

ſecare. Virg. *Geor.* lib. j. Et ſuſpenſa focis ex-
ploret robora fumus.

160 **E**xercere, *ſatigare*. Terent. *Adelph.* I.
ſanè ego exercebo hodie, vt dignus es, ſili-
cernium. **E**xercere, *exagitare*. M. Tullius de
offi. lib. i. Exerenda etiam est facilitas, &
altitudo animi. Virg. *Æneid.* lib. v. Nate Ili-
cis exerce fatis. **E**xercere, *inſequi*. Virgil.
Æneid. lib. iij. Tum vos, ô Tyrij, ſurpem, &
genus omne futurum Exerete odiis. **E**xer-
cere, *ſolidare*. Sallust. *Jugurthæ bello*: Nabdal-
ſa exercito corpore. Cic. *Tuſc.* lib. v. Equidè
meos caſus, in quibus me fortuna vehemen-
ter exercuit. **E**xercere, *imponere, imperare*. Vir-
gil. *Geor.* lib. ij. Tunc denique dura Exerce
imperia, & ramos compeſce fluenteis. Plaut.
Amph. Si in me exerciturus, quaſo in parie-
tem prius domes. **E**xercere, *in meliorem vo-
ſum & fructum formare*. Virgilius *Geor.* lib. i.
Exercetque frequens tellurem, atque impe-
rat aruis.

161 **E**quites, cum conſuetudine aut à ma-
giſtro equorum, aut ſeſſore appellamus. Vir-
gil. lib. iij. Interea præmiſſi equites ex vrbe
Latina. Et lib. x. Effuſumque equitem ſuper
iple ſecutus. **E**quites. Virg. *Geor.* lib. iij. e-
quos dici voluit. Impoſiti dorſo, atque equi-
tem docuere ſub armis Inſultare ſolo, &
greſſus glomerare ſuperbos.

162 **E**xterritum, *expauefactum* ſignificat. Vir-
gilius libro v. Plauſumque exterrita pennis
Dat tecto ingentem. Varro *Eumenidibus*:
Videmus populum furis inſtinctum tribus,
Diuerſum ferri, exterritum formidine. **E**x-
territum, *accenſum, inſtannatum*. Virg. *Geor.*
lib. iij. Sæuit agris, aſpèrque ſiti, atque exter-
ritus aſtu.

163 **E**xperiri, est *pati, ſentire*. Virgilius lib.
primo: Vos & Cyclopea ſaxa Experti. Teren-
tius *Hecyra*: Nam fuiſſe erga me miro inge-
nio expertus ſum. **E**xperiri, *ſentire*. Virgil.
Æneid. lib. quarto: Nequid in expertum fru-
ſtra moritura relinquat. Terentius *Eunuch.*
Omnia prius experiri conſilio, quàm armis
ſapientem decet. Lucillius lib. xxx. Summa-
tim tamen experiar ſcribere paucis. Plautus
Aſinaria: Dignos adire, atque experiri cer-
tum eſt mihi. **E**xperiri, *ſcire*. M. Tul. *Episto-
la ad Brutum* lib. vij. His contraria, atque pa-
rata vt eſſe ſoleat, expertus ſum. Virg. libro
nono: Experto credite, quantus In clypeum
inſurgat.

164 **E**xire, manifestam habet significa-
tionem, vt Terentius *Eunuch*: Exi foras,
ſceleſte. at etiam reſtitas Fugitiue? **E**xire,
euadere, liberari. Lucillius lib. xxvij. Ne hoc
faciat, atque ex hac ærumna exeat. **E**xire,
emittere. Virgil. libro quinto: Corpore tela
modò, atque oculis vigilantibus exit. **E**xire,
erumpere. Virgilius *Æneid.* libro tertio:
Non

Non sic aggeribus ruptis cum spumeus amnis Exit. ¶ Exire, prohibere. Virg. Æneid. lib. xi. Sustinet à iugulo dextram, & vim viribus exit.

165 ¶ Expedire, vile esse. Terent. Heaut. Expedit bonas esse vobis: nos, quibus enim est res, non sinunt. Lucil. lib. xxvij. Ego enim à pueritia, ut me amare expediat. Tul. de offic. lib. ij. Sape enim aut eos ledunt, quos non debeant; aut eos, quos non expedit. ¶ Expedire est desinere. Virg. Æneid. lib. iij. Et Aulonio possis considerare portu Expediam distis. Terent. Phorm. Atque id, si potes, verbo expedit vno. ¶ Expediri, liberari. Virg. Æneid. lib. ij. Flammam inter & hosteis Expedior. Terent. Hecyr. Teque hoc crimine expedit. Sienna Hist. lib. iij. Funeis expediunt, claustra foribus imposita periclitantur. ¶ Expedire, proferre. Vir. Æn. lib. j. Cereremque canistris Expediunt. M. Tul. in Verrem de suppliciis: 20 Hominem proripi, atque in foro medio nudari, ac deligari, & virgas expediri iubet. ¶ Expedire, colligere. M. Tull. ad Casarem iuniorum lib. j. Ex ceteris autem generibus tunc pecunia expeditur, cum legionibus victribus erunt, quæ sponduimus, persoluenda.

166 ¶ Enixa dicitur partu lenata. Vir. Æn. lib. iij. Triginta capitum fertus enixa iacebit. ¶ Enixa, subiugata. Vir. Æneid. lib. iij. Seruitio enixa tulimus.

167 ¶ Efferre, subdere. Lucil. lib. xxvi. Depugnabunt pro te ipsi, & morientur, ac se vltro efferrunt. ¶ Efferre significat proferre. Vir. li. v. Tunc fatus Anchita cestus pater extulit æquos. Et li. ij. Mene efferre pedem genitor? Lucil. lib. xxvi. Ego ubi quæ ex præcordiis versu effero. Ennius Medea: Vrfnam ne vnaquæ me de cordis cupido corde pedem extulisse. ¶ Efferre, ostendere. Virg. li. viij. Ut belli signum Laurenti Turnus ab arce Extulit. ¶ Efferre, 40 erigere, leuare. Virg. Æneid. li. v. Ostendit dextram insurgens Entellus, & altè Extulit. Lucil. lib. xxx. Continuo simul ac paulo, vehementius aura Instauit fluctus, erexerit, extuleritque. ¶ Efferre, edere, prouehere. Vir. Geor. li. ij. Extulit hæc Decios, Marios. Lucillius li. xxvi. Non idcirco extollitur, vel ira, vel gaudij dator. M. Tul. Hortensio: Præter ceteros nostra extulit ciuitas. ¶ Efferre, extollere. M. Tul. de signis: Nimirum forsitan hæc illi 50 mitterentur, atque efferant. Idem de offic. li. ij. Itaque eos viros suscipiunt, maximisque efferunt laudibus. Lucillius li. xxx. Omnia aha, in quibus efferimur rebus, ne ego multis loquar.

168 ¶ Extollere, differre. Cæcilius Plocio: Abi intro, atque ista hæc aufer, tamen hodie extollat nuptias.

169 ¶ Explere, dicitur implere. Lucr. lib. iij.

Atque explere bonis rebus, satiareque nunquam. Virg. Georg. lib. iij. Improbis ingluuiem, rarisque loquacibus explet. ¶ Explere, minere. Virg. lib. sexto: Discedam, explebo numerum, reddarque tenebris.

170 ¶ Educere, erigere. Vir. lib. vj. Aramque sepulcri Congerere arboribus, caloque educere certant. ¶ Educere dicitur exuere. Virgilius libro x. Hoc dicens, eduxit corpore telum. ¶ Educere, educare. Terentius Adelphis: Eduxi à paruulo, habui, amaui pro meo.

171 ¶ Excutere, dicitur commouere. Virgil. li. xii. Gaudetque comanteis. Excutens ceruice toros. M. Tul. de offic. li. ij. Explica, atque excute intelligentiam tuam. ¶ Excutere, emittere. Virg. ix. Excussus Aconteus Fulminis in morem. ¶ Excutere, excludere, deicere. Virg. Æneid. li. iij. Excutimur cursu, & cæcis erramus in vndis. Idem lib. ix. Excussi manibus radij, reuolutaque pensa. Lucillius libro xxx. Ipso cum domino calce omnis excutiamus. ¶ Excutere, elizere. M. Tullius Philip. lib. xij. Inuentum omnem ex tota Italia excussimus.

172 ¶ Exponere, extollere. M. Tul. de signis: Vocat ad cenam deinde ipse prætorem, exponit suas copias omnis. ¶ Exponere, deponere. Vir. li. xi. Socios de puppibus altis Pontibus exponunt. ¶ Exponere, differere. M. Tull. Philippic. li. j. Exponam vobis breuiter consilium professionis, & regressionis meæ. ¶ Exponere, abicere. Terent. Heauton. Erat hic Corinthia anus haud impura. ei dedi Exponendam. ¶ Expositum, subiectum. M. Tul. in Verrem actione ij. Cum tibi exposita esset ad prædandum omnis Pamphylia.

173 ¶ Exornare, sadare. Terentius Heaut. Egone? si viuo aded exornatum dabo, Aded depexum; ut dum viuat, meminerit semper mei. ¶ Exornare, ornare. M. Tull. in Verrem de signis: Exornat ample, magnificeque tridinium. Terent. Eunuchus: Ita visus est dudum, quia varia veste exornatus fuit. Cicero de Orat. li. j. Qui omnes eloquentes fuerunt, orationem suam, & Reipublicæ dignitatem exornabant.

174 ¶ Explicare, ostendere, explanare. M. Tul. in Verrem de signis: Vitam alterius totam explicare. Idem de officiis li. iij. Ut quædam sibi concedantur, quod facilius, quæ volunt, explicant. ¶ Explicare, emittere, extendere. Virgilius Georg. lib. secundo: Sed trudit gemas, & frondeis explicat omnis. M. Tul. de Repub. lib. ij. Quæ virtus præter ceteras, totam se ad alienas utilitates porrigit, atque explicat. Var. Selsquilyse: Vias stelligeras ætheris explicans ære cauo sonitum hic in cothurnis. ¶ Explicare, exercere. M. Tul. de offic. lib. iij.

Explica, atque exerce intelligentiam tuam, vt videas quæ sit in ea species, forma, & notio viti boni.

175 ¶ *Exui est exsolui.* Virg. Æneid. lib. ij. Suffulit exutas vinclis ad sidera palmas.

¶ *Exui, undari.* Virg. lib. v. Magna iussa, laceratōsque Exuit. ¶ *Exuere, deponere.* Virg. Æneid. lib. iij. Et si quis adhuc precibus locus, exue mentem. ¶ *Exui, liberari.* Lucil. libro xxix. Vnde domum vix redeat, vixque hoc exuat se.

176 ¶ *Excidere, cedere.* M. Tul. Philip. lib. ij. Excident gladij ciuenta arma de manibus. ¶ *Excidere, in obliuionem dare.* Virg. Æneid. lib. j. Nec dum etiam causæ irarum, sanique dolores Exciderant animo.

177 ¶ *Eiectum, exclusum.* Virg. lib. ix. Nec non Tarquinium eiectum Porfena iubebat Accipere. Lucil. lib. xxix. Ibi erat scopios Eicere istum abs te, quamprimùm, & perdere amorem. ¶ *Eiectum, extensum.* Virg. lib. x. Eiectoque incumbit cernuus armo.

178 ¶ *Exsultare, sauire.* M. Tul. de Repub. lib. ij. Quæ sanguine altur, quæ in omni crudi delicate sic exsultat, vt vix hominum acerbis funeribus satietur. ¶ *Exsultare est gestu, vel dictu inuiriā facere.* Lucil. lib. xxx. Quin totum purges, debelles me, atque deauras, exsultes, sollicites. Virg. lib. v. Exsultantiaq; haurit Corda pauor quifans. ¶ *Exsultare, gloriari cum iactantia.* Virg. Æneid. lib. x. Exsultat Amazon. M. Tul. Hort. Imbecillis autem est pudoris magister timor, qui, si quādo paullulum aberrauit, statim spe impunitatis, exsultat. Et de senectute: Et Annibalē iuueniliter exsultantem patientia sua moliebat. ¶ *Exsultare, supra modum exsilire, & efferi.* M. Tul. de Republica: Est igitur quidam turbulentum in hominibus singulis, quod vel exsultat voluptate, vel molestia frangitur.

179 ¶ *Eligere, significationē habet aperta.* ¶ *Eligere, defutigare.* Lucil. lib. xxix. Corruptat prorsus, ac neruos omneis eligat.

180 ¶ *Excludere, liberare.* Lucil. lib. xxvij. Primùm qua virtute seruitutem excluderit. ¶ *Excludere, dicitur eicere.* Terent. Eunuchō: Excludit, reuocat, redeam?

181 ¶ *Excidere, dissentire.* Lucil. lib. xxvij. Metuo vt fieri possit, egōque ab Archilocho excido.

182 ¶ *Exspectare, dicitur manere, obseruare.* Terent. And. Exspecto quid velis. ¶ *Exspectare, sperare.* M. Tul. de offic. lib. ij. Est enim deterior, qui accipit, atque etiam ad expectandum semper paratior. Virg. Georg. lib. j. Sed illos Exspectata seges vanis cluist arstis. ¶ *Exspectare, est à Deo pscere.*

183 ¶ *Expetere, accipere.* Plaut. Amphitr. Ergo in seruitute expetunt multa iniqua.

¶ *Expetere, transferre, euadere.* Plaut. Amphitr. Suamque vt culpam immortalem expetere vt sinat.

F

184 ¶ *Felix, dicitur fortunatus, beatus.* Virg. Æn. lib. iij. O felix vna ante alias Priameia virgo. ¶ *Felix, propitijs.* Virg. Æneid. libro j. An Phœbæ soror, an nympharum sanguinis vna, Sis felix. ¶ *Felix, fructuosus, ferax.* Virg. Georg. lib. ij. Exiit ad cælum ramis felicibus arbor. Varro de vita populi Romani lib. ij. Contra nouo marito cum item è foco in titione ex felici arbore, & inæquali aqua allata esset.

185 ¶ *Fastigium, ima altitudo.* Virg. Geor. lib. ij. Forsitā, & scrobibus quæ sint fastigia, quaras. Varro de re rustica lib. j. Fossa ita idonea fiat, vt omnem aquam, quæ de cælo venit, recipere possit, aut fastigium habeat, vt exeat è fundo aggeris.

186 ¶ *Ferre, ostentare.* Virg. lib. xi. Captiuo siue vt se ferret in auro Venatrix. ¶ *Ferre, consuetudine portare dicimus.* Vir. lib. v. Vix illam famuli Phegeus, Sabarisque ferebant. ¶ *Ferre, habere.* Virg. lib. v. In magno munere Cylleus Ferre sui dederat monumentum, & pignus amoris. cum filium nomen suum ferre voluisset. ¶ *Ferre, pati.* Virg. Æneid. li. ij. Miserere animi non digna ferentis. Lucil. lib. xxvij. Caterùm quicquid sit, quid non sit fero æquo animo, ac fortiter prælio captiuos prædones non posses iam amplius perferre, tamen suadet, vt notat Terent. Heaut. Nam quem ferret, si parentem non refert suum? Cic. in Verrem: De prætura Siciliensi, prout Thermitani hominis facultates ferebant. Et de Orat. lib. ij. Est autem vetustum verbum, quod tamen consuetudo ferre possit.

¶ *Ferre, conferre.* Virg. lib. v. Quibus acer Eryx in prælia fuerus Ferre manum. ¶ *Ferre, disturbare.* Virg. Æneid. lib. j. Quippe ferant rapidi secum, verrantque per auras. Et lib. ij. Alij rapiunt incensa feruntque Pergama. ¶ *Ferre, dicere, nominare.* Virg. Æneid. lib. ij. Et scelus expendisse merentē Laocoonta ferunt. Et lib. iij. Quæ nunc Samothracia fertur. ¶ *Ferre, dare, exhibere.* Virg. Æneid. lib. iij. Sacra Dioneæ matri, diuisque ferebant.

¶ *Ferre, afferre.* Virg. lib. xi. Legati responsa ferunt. M. Tul. de supplicis: Prohibetur suis liberis cibū, vestitūque ferre. Lucil. libro xxix. Colligere auxilium, tamen si est indignū vt feram. ¶ *Ferre, dirigere, ducere.* Virg. lib. vj. Hinc via Tartaræ, quæ fert Acherontis ad vndam. Lucil. lib. xxx. Quid sibi vult, quare sit, vt intro versus, vt ad te spectent, atque ferant vestigia, sed omnia prorsus? ¶ *Ferre, laudare.* Idem eodē: Et sola ex multis nunc nostra poemata ferri.

187 ¶ *Fluere, est decurrere.* Virg. Georgic. lib. ij.

lib. ij. Hæc eadem argenti riuos, ærisque metalla Ostendit venis, atque auro plurima fluxit. *Fluere, minui, deficere.* Virg. Aeneid. libro ij. Ex illo fluere, ac retro sublapsa referri Spes Danaum. *Fluere, latius, ac liberius excrescere.* Virg. Georg. lib. ij. Tum denique dura Exerere imperia, & ramos compellece fluentis.

188 *Fatum*, significat decretum, & voluntatem. Virgilius Aeneid. libro viij. Heu stirpem inuisam, & fatis contraria nostris Fata Phrygum. Et eodem: Filius huic fato diuum, prolesque virilis Nulla fuit.

189 *Fatigare, percutere.* Virg. lib. ix. Verfaque iuuenem Terga fatigamus hasta. *Fatigare, excitare, vel increpare, vel hortari.* Virgil. Aen. li. iij. Sociosque fatigat Præcipites. vigilate viri. *Fatigare, instigare, cogere.* Virgilius lib. ix. Collecta fatigat edendi Ex longo rabies, & sicca sanguine fauces. *Fatigare ad lassitudinem deducere.* Virg. lib. v. Veloceis iaculo ceruos, cursuque fatigat. Et libro xj. Quos nulla fatigant Proelia.

190 *Fædum*, consuetudine est deforme. Terent. Eunuchus: Nunc tibi videtur fædus, quia illam non habet. *Fædum, execrandum.* Virg. lib. vij. Auersuque refugit Fæda ministeria.

191 *Factio*, dicitur malorum consensus, & conspiratio. Sallust. Jugurthino bello: Inter bonos amicitia, inter malos factio. *Factio* ite significat, opulentiam, abundantiam, & nobilitatem. Titinn. Sed iam metuo hercle, Cæso, ne nimis stultè fecerim Qui ex tanta factione atque opibus ea sum aulius adgredi. Plautus Aulul. Ista magnas factiones, dotes dapsoles. Idem Trinum. Vostros cum nostris factiones atque opes. Turpil. Trafilcone: Non vitilute, factione fretus intercedere. Cæcilius Philomena: Lata eorum famam occultabat factio.

192 *Ferox*, est ferus, & indomabilis, translatum à feritate. Virg. Aeneid. lib. iij. Ac frena ferox spumantia mandit. M. Tul. de offic. lib. j. Ut equos propter crebras cõtentiones præciorum ferocitate exsultantes domitoribus tradere solent. Terent. Eunuchus: Eõne es ferox, quia habes imperium in belluas? *Ferox sum illa re dicitur, ut illa re sum fretus, vel arrogans.* Titin. Fullonibus: Videram ego te virginem formosissimam esse, sponso esse superbam, forma ferocem. Paut. Milite: Ut donatum equum, qui forma est ferox. Accius: Neque vi tanta quisquam est, neque tam abundans fortunis ferox. M. Tul. Epist. ad Cæsarem lib. i. Itaque vereor, ne feroci oratione faciant tutam præclara iudicia telo. *Ferox*, significat cordatus, vel factus. Plautus Milite glorioso: Nam tu, quamuis potis sis facere, ut suat factus, & quia tecum eram, propterea animo eram ferocior.

193 *Fama*, est opinio secundum consuetudinem. Virgilius Aeneidos libro tertio: Fama

volat, pulsum regnis cessisse paternis Idomeneam ducem. *Fama, spes profuturi numinis.* Virgilius Aeneidos libro quarto: Nos munera tepis Quippe tuis ferimus, famamque fouemus inanem. *Fama est rursus infamia.* Virgil. Aeneid. lib. iij. Neque enim specie, famave mouetur. *Vnde & famosum dictum infame.* Terent. Adelph. Maledicta, famam, meum amorem, & peccatum in se trãstulit. Plaut. Aulul. Qui etiam me miserum famosum facit flagitiis suis. Lucil. Satyrar. libr. xi. Quintus Opimius ille Jugurthini pater huius Et formosus homo fuit, & famosus, vtrumque Primò adolescens, posteriùs directius sese. Turpil. Pedio: Quæso omite, ac desere hanc meretricem, quæ te semel nacta semper studuit perdere, detegere, despoliare, opplerque adeo fama, ac flagitiis. M. Tul. de repub. lib. iij. Atque etiam, si qua erat famosa ei cognatio, osculum non ferebant. Sallust. Jugurt. Is postquam largitionem famosam, impudentemque. Neq. Danae. Subitò famam tollunt, siquam solam videre in via.

194 *Famosum, infamem.* Cic. de Orat. libro ij. Non pol, inquit, audeo. nam me ad famosas vetuit mater accedere.

195 *Fortis*, est celer. Luc. libr. iij. Aut quidnam tremulis facere artibus hædi Confusili incurfu possint, ac fortis equi vis. Virgil. li. xi. Quid tam egregium, si femina forti Fidis equo. *Fortis rursus formosa.* Plaut. Milite: Et quid fortis visa este? *Fortis etiam diues.* Plaut. Trinummo: Eum sororem despondisse suam in tam fortem familiam. id est, diuitem, & copiosam. Afran. Fratriis: Formosa virgo est, dotes dimidium vocant Isti, qui doctis negligunt vxorias: Præterea fortis. Lucil. libro xxx. Omnes formosi fortes, tibi ergo improbus esto. *Fortis, magnarum virium.* Virgil. Aeneid. lib. j. Fortemque Cloãthum.

196 *Facessere*, est facere. Ennius Annal. libro i. Hæc effatus, ibique latrones dicta facessunt. Afran. Imis: Multa atque molesta potiri, ut dicta facessas. Virgil. Aeneid. libro iij. Imperio læti parent, ac iussa facessunt. *Facessere* significat, recedere. Enn. Eumenid. Dico vicisse Orestem, vos ab hoc facessite. Titin. Gemin. At aliquis vestrorum nuntier, Gemina, ut res suas procurer, adibus facessat. Pacuuius Teucro: Te repudio, nec recipio naturam dico facessi. Item: Facessite hinc omnes, partim per tu mane. Cicero de legibus libro primo: Paullisper facessant rogemus. Afran. Liberto. Nolo hic te videat dominus est. puer facesse hinc. Plautus Rudente: Siquidem sis pudicus, hinc facessas. Marc. Tul. Hortensio: Facessant igitur omnes, qui docere nihil possunt, quo meliùs, sapientiusque viuamus.

197 *Fatiscere*, est aperire, rursus deficere.

Accius *in rursu ad...*: Tamen ante fatiscar, qui tuam implorem fidem. Pacuvius Duloreste: Vt si ita sunt promerita vestra, aequiparare vt queam, Vereor nisi nunquam fatiscar facere quod qui boni.

198 ¶ *Ferus*, significat *severus*. Virgilius *Aeneidos* lib. secundo: *Ferus omnia Iuppiter Argos Transulit.* ¶ *Ferus* significat *equum nō solum fictum, sed etiam verum*. Idem eodem: *Luque feri curuam compagibus aluum Con-* 10 *torfit.* Accius *Medea*: *Pente in stabulis frenos immittēs se ris.* ¶ *Ferus* item significat *ceruum*. Virgilius *Aeneidos* libro octauo: *Pectebatque ferum, puroque in fonte lauabat.*

199 ¶ *Fuga*, significatur *citus cursus*. Virgil. *Aeneid.* lib. primo: *Vel qualis equos Threiffa fatigat Harpalice, volucremque fuga pręuertitur Hebrum.* ¶ *Fuga* item *volatum* significat. Virgilius libro tertio: *Celerique fuga sub sidera lapsę Semesam prędam, & vestigia fœda relinquunt.* ¶ *Fuga* item dicitur *nauigatio*. Acc. *Telepho*: *Remisq; nixi pro-* 20 *periter nauem in fugam Tradunt.* Virgilius *Aeneidos* libro quinto: *Ipsę iam matres, ipsę, quibus aspera quondam Vilsa maris facies, & non tolerabile numen, Ire volunt, omnemque fugę perferre laborem.* Idem libro iij. *Nō fugis hinc pręceps, dum pręcipitare potestas?* Idem libro iij. *Tendunt vela noti, fugimus spumantibus vndis.* Plautus *Asin.* *Remigio, veloque, quantum potes, festina, & fuge.* ¶ *Fuga, vehemens afflatus*. Virgilius *Georg.* libro iij. *Ille volat, simul arua fuga, simul æquora verrens.*

200 ¶ *Frigit*, correpta prima syllaba, significat *erigit*. Acc. *Meleag.* *Frigit fricantem corpus aerium occultę abstruso in flumine.* Idē eodem: *Frigit æstas rubore ex oculis fulgēs flammæo.* ¶ *Frigere & frigitre* est *cum sono subsilire*. Plautus *Cassin.* *Nam quid frigitis?* 40 *Nam quid istuc tam cupidę petis?* Afranius *Prinigno*: *Occasione certa mulier inuolat In collum, plorat, orat, occurrit nepos Pauxillus neptis porrō de lecto frigit.*

201 ¶ *Fingere*, est *iungere*. Lucilius libro ix. *Eodem poculo bibo, eodem amplector, labra labellis fingens compono.* ¶ *Fingere, componere*. Virgilius *Georgic.* libro ij. *Persequitur vitem attondens, fingitque putando.* Marc. Tullius *de finib. bon. & malor.* lib. v. *Vt alia in primo ortu perficere; alia progrediente ætate fingere.* Lucil. lib. xxvij. *Item populum salute, & fictis versibus Lucillius, quibus potest, impetit.* M. Tul. *de offic.* lib. iij. *Ficta, & commentitiā fabulam prolatam dicunt à Platone.* ¶ *Fingere, purare*. Lucil. lib. xxvij. *Sed fuga fingitur, timido vadit pede percitus.* Var. *Cato*, vel de liberis educand. *Magnū est enim, vt Ariston scribit, in primordio pueruli quemadmodum incipiat, fingat id, quasi* 60

cuadat. ¶ *Fingere, effigiare, vel formare, & facere*. M. Tull. *de repub.* lib. iij. *Ego verō eodē, quo ille Homerū redimitum coronis, & delibutum vnguentis emittit ex ea vrbe, quam sibi ipse fingit.* Idem *de Decorum natura* lib. ij. *Deinde in ore sita est lingua, finita dentibus: ea vocem immoderatę profusam fingit, & terminat.* Virg. *Aeneid.* lib. ij. *Nec si miserū fortuna Sinonem Finxit, vanum eriam, mendacemque improba finget.* M. Tul. *de offic.* lib. iij. *Virum bonum fingimus, de eius deliberatione, & consultatione qui primus.* Sallust. *Catilinę bello*: *Quę natura prona, atque ventri obedientia finxit.* Plaut. *Asinaria*: *Nā neque fictum vsquam est, neque pictum, neque scriptum in poematis.* Var. *in p. in nou.* *Vt hirundines figulis oblitis luto tegulas fingebant.* ¶ *Fingere, simulare mendacium*. Afranius *Fratris*: *Nunc vide, hoc quo pacto eo aurum in medium proferam, Tu Castalia cogita, tu finge, fabricare vti liber.* Virgil. *Georg.* lib. ij. *Non hic te carmine ficto, Atque per ambages.* Terent. *Andria*: *Et fingunt quandam inter se nunc fallaciam.* Virgilius libro vj. *Vel cū se pauidum contra mea iurgia fingit Artificis scelus.* M. Tul. *de finibus bonorū & malorum* libro v. *Talibus exemplis non fictę solum fabulę, sed etiam historia referat.*

202 ¶ *Facinus, factum*. Sallustius *Catilinę bello*: *Qui aliquo negotio intenti pręclari facinoris, aut bonę artis famam quærunt.* Terent. *Heaut.* *Non fit sine periculo facinus magnum, & memorabile.* M. Tul. *de offic.* lib. iij. *Promissum potius non faciendum, quā tā tetrum facinus admittēdū fuit.* Et de *senect.* *Nullum denique scelus, nullum malum esse facinus, ad quod suscipiendum non lubido voluptatis impelleret.* ¶ *Facinus, rursus scelus*. Plaut. *Aulul.* *Hoc est serui facinus.* Sallust. *Catil. bello*: *Sed in ea cōiuratione fuit Quintus Curtius, natus haud obscuro loco, Agrippis atq; facinoribus cooperatus.* M. Tul. *de offic.* lib. iij. *Ab hoc nulla fraus aberit, nullū facinus.*

203 ¶ *Furtum, est occulta subreptio*. Vir. *Georg.* lib. iij. *Vulcani, Martisq; dolos, & dulcia furti.* ¶ *Furtū insidię*. Sallust. lib. ij. *Hlō profectō vicos, castellaq; incēdere, & fuga eultorū deserta igni vastare, neq; elata, ant securissimus metugentis ad furta belli peridoneę.* Virg. *Æn. lib.* xi. *Furta paro belli cōuexo in tramite syluę, Vt biuias armato obsidat milite fauces.*

204 ¶ *Fures, etiā serui dicti sunt*. Vir. *Bucol.* *Quid domini faciant, audēt eūm talia fures?*

205 ¶ *Fiducia, confidentia*. Vir. *Æn.* lib. ix. *Cernis quę Rutulos habeat fiducia rerū.* ¶ *Fiducia, est audacia*. Sallust. lib. ij. *Ita fiducia, quam argumentis purgatiores dimitunt.*

206 ¶ *Fatigare, cohibere, cōprimere*. M. Tul. *de offic.* lib. iij. *Qui nō verbis sunt, & disputationib; philosoph, sed vinculis, & carcere fatigādi.*

¶ *Fatigare,*

¶ *Fatigare, cōmonere, perturbare.* Vir. Æn. lib. j. Quæ mare nūc terrâsq; metu, cælūq; fatigat.

207 ¶ *Frigoris, quæ sit significatio, manifestum est.* Virg. Georg. lib. j. Frigūsq; calorēque Inter. Et Lucr. Frigus, vt à fluuiis, calor ab sole, æstus ab vndis Equoris. ¶ *Frigus, metus.* Virgilius Ænei lib. j. Extemplo Æneæ soluuntur frigore membra. ¶ *Frigus, aeris natura.* Virg. Geor. lib. ij. At sceleratum exquirere frigus Difficile est.

208 ¶ *Frigidum, venenatum.* Virgil. Bucol. Frigidus in prazis cantādo rumpitur anguis. ¶ *Frigidus, mortuus.* Virg. Æneid. lib. ix. Voluitur ille vomens calidum de pectore flumē Frigidus. ¶ *Frigidum, segne, imbecille.* Virg. lib. xj. Largus opus, & lingua melior, sed frigida bello Dexterā.

209 ¶ *Ferire, vñ significat percutere.* Virg. Bucol. Cornu ferit ille, cauto. M. Tul. de sup. plicis: Feriūtur securi: lætaris tu in omnium gemitu, & triumphas. ¶ *Ferire, sancire, firmare.* Virg. Æneid. lib. x. Haud mora Tarcon Iungit opes, scēdūsq; ferit.

210 ¶ *Fouere, est nutrire, pronehere.* Virgilius Georg. lib. iij. Hinc nescio qua dulcedine læti, Progeniem, nidōsq; fouent. Et Æneid. li. j. Iam tum tenditque, fouētque. Lucil. lib. 29. Ventrem alienum mœstum fouere exmolito ordeo, vt cataplasmo. ¶ *Fouere, adspargere.* Virg. lib. xij. Fouit ea vulnus lymphā longeuus lapis. ¶ *Fouere, constituere.* Virg. Georg. li. iij. Sub terra fouere larem. Vir. lib. j. Et interdū gremio fouet infcīa Dido, Insidiat quæ rus miseræ Deus. ¶ *Fouere, tueri.* Vir. Æneid. lib. ix. Obaia non ferre arma viros, sed castra fouere.

211 ¶ *Fetum, significat plenum.* Virgil. Æneid. lib. primo. Loca feta furentibus austris. Et li. ij. Scēdit fatalis machina muros Feta atmīs. Var. *ἡδὴ σιαυρόν:* Non videtis vnus vt paruulus Amor ardiseta lampade. ¶ *Ferū, onere leuatum.* Virg. lib. ix. Fecerat & viridi fetum Mauortis in antro. Et Georg. lib. iij. Nec tibi fetæ More patrum niuæ implebit multaria vaccæ. Var. de vita populi Rom. lib. ij. Menfæ anteponebantur cum culina ac vino, in quo quæ veniebant ad fetam amicæ gratulatum, Diis mactabant.

212 ¶ *Fasces, quam habeant significatiōnem, manifestum est.* Virg. Geor. lib. ij. Illū nō populi fasces, non purpura regum flexit. ¶ *Fasces, consulem posuit.* Virg. Georg. lib. ij. Iniuſto sub fasce viam dum carpit. ¶ *Fasces, vnus.* Idem Bucol. Ego te hoc fasce leuabo. Idem Georg. lib. iij. Vltrōque animas sub fasce dedere.

213 ¶ *Fundere, est liquorem defundere.* Virg. Geor. lib. iij. Hic duo rite mero libans Carthesia Baccho Fundit humi. ¶ *Fundere, prosternere, iacere.* Virg. Æn. j. Quam septem in-

gentia victor Corpora fundat humi. Et Æneid. lib. ij. Fusus sine mente, sine vllō subiacerent. M. Tul. Philip. lib. j. Sceleratissimorū hostium exercitum fufum, cælūmq; cognoui. ¶ *Fundere, dare.* Virg. Bucol. Ipsa tibi blandos fundent cunabula flores. Cic. Tusc. lib. v. Vt aut flores, aut fruges fundat, aut baccas. ¶ *Fundere, dicere.* Virgil. Æn. lib. iij. Talia fundebat lacrymans. Plautus Aſinaria: Næ il læ acastor funerato fundit. ¶ *Fundere, fugare.* Virg. Æneid. lib. ij. Hli etiam, si quos obicura nocte per vmbra Fudimus insidiis, totāque agitauimus vrbe, Apparent. ¶ *Fundere, dimittere.* Virg. Georg. lib. iij. Ruūtque effusi cære currus. Et lib. x. Cristisq; à vertice flamma Funditur.

214 ¶ *Filum, oris liniamentum.* Lucil. li. xxxix. Surge mulier, ducito filum non malum. ¶ *Filum dicitur ducta res quæque ad tenuitatem.*

20 Vir. li. x. Extremāq; Lauso Parcæ fila legunt.

215 ¶ *Flagitium, periculum.* Lucil. lib. xxxix. Quiete poscente minus, & præbent rectius multo, & sine flagitio. ¶ *Flagitium veteres, vitium, quod virgini infertur, dici voluerunt.*

216 ¶ *Fides, quid sit manifestū est.* Vt Vir. Æn. lib. j. Cana fides, & Vesta, vt plerunque fides chordæ appellātur. Tul. Hor. Ponendæ sunt fides, & tibiæ Et Vir. l. vj. Threicia fretus cithara, fidibusq; canoris.

30 217 ¶ *Facere, apertam habet significatiōnem.* ¶ *Facere rem diuinam, religionibus exhibere.* Plautus Aulularia: Mulsī, congialentā plenam faciam tibi fidelīā. Virg. Bucol. Cūm faciam vitula pro frugibus, ipse venito.

G

218 ¶ *Graue, grauidum.* Virg. Æn. lib. j. Donec regina sacerdos Marte grauis. ¶ *Graue, plenum.* Vir. Buc. Non insueta grauis tentabunt pabula fetas. Et Georg. lib. iij. Et grauido superant vix vberē limen. Et Æn. lib. j. Tunc pietate grauem, ac meritis. ¶ *Graue, fecundum, ac frugiferum.* Virg. lib. iij. Quid labor aut benefacta iuuant? quid vomere terras Inuertisse grauis? ¶ *Graue secundum consuetudinem, ponderosum.* Virgilius Georgic. lib. j. Vomis & inflexi primum graue robur aratri. Terent. Heaut. Hui tam grauis hos quæso? M. Tul. de offi. lib. i. Aut certè omnī pondere grauior habenda est. ¶ *Graue, amarum.* Var. Quinquatribus: Absynthium vt bibam grauem, & castoreum, leuēque robur? Virg. Et graueolentia centaurea. ¶ *Graue, multum valde, significare veteres probant.* Titin. Pfallia: Grauisque opsonio conuiuas. Nam & grauius multum intelligitur. Cæcil. Plocio: Placere hoc cœpit grauius, postquam est mortua. Acc. Deiphobo: Aut infando homine gnatula erat, aut arena, si ex sole, qui neque amico amicus vnquam grauis, neque hosti hostis fuit. Sallust. histor. lib. iij. Nanque

his præter solita vitiosis magistratibus cum per omnem prouinciam in fecunditate bienij proximi graue pretium fructibus esset. M. Tul. de officiis lib. j. Nec verò audiendi grauitè qui inimicis irascendum putant. Lucret. lib. j. Humana ante oculos hæc cum vita iaceret, In terris oppressa graui sub religione. Varro *περὶ τοῦ βίου καὶ τῆς πόλεως*. Vbi graues pacantur, atque alantur pauonum greges. Graue, *grandæum*. Virg. lib. v. Hic grauis Entellum dictis castigat Acestes. Graue, *molèsum*. M. Tullius de senectute: Quod nunquam senectutem tibi grauem esse senserim. In eodem. Facilius in morbos incidunt adulescentes, grauius agrotant, tristiùs curantur. Sallust. lib. ij. Et continetur grauis. Graue, *nocens*. Virg. Georg. lib. iij. Galbanè que agitare graui. M. Tullius de offi. lib. iij. Magnū illud bellum perfuga vnus, & grauem aduersarium imperij sustulisset. Graue, *triste*. Acc. Erigona. Sed vbi ad finem vètum est, in quo illum Fors expectabat loco, ad quem Orestes grauis sacerdos ferro prompto adtiterat, Virg. li. xij. Grauiòrne nuntius aureis Vulneret. Graue, *forte*. Virg. li. xii. Ferit ense grauem Tymbræus Ostrim. Graue, *utile*. Tul. de offic. lib. i. Vt iam sint alia grauiora, atque meliora, tamen nos studia nostra naturæ regula metimur. Graue, *solidum, & firmum*. Acc. Athamæte: Veneficiis, & egressa hostiū deperisti, & graue. Idē Nyctegresia: Id quod facis, gratum, & graue est. M. Tul. Hortensio: Vnde ad agendum, aut ad dicendum copia depromi maior grauiusimorum exemplorū, quasi incorruptorum testimoniorum potest. Graue, *sapiens* cum auctoritate. M. Tul. de offic. lib. i. Quæ grauis, & fortis ciuis, & in rebus dignus principatu, fugiet, atque oderit. Et Hortensio. Quid enim aut Herodoto dulcius, aut Thucydide grauius? Graue, *necessarium*. Lucil. lib. xxix. Habeasque animo mihi admodum causam grauem fore, quæ me ab illo commodo abducat tuo.

219 *Grassari*, dicitur *supra modum sauire*. Grassari, etiam dicimus *ambulare*. Titin. Veliterna: Vnde thensam, atque mulos, sine eam pedibus grassari, cum fingere eius superbiam. Nou. Pedio: Certamus si me diplodidæ recta grassatur via. Idem Ped. Nunc me res ipsa reprimat, sæpe hæc eadem grassatus via. Sallust. Jugur. Qui vbi ad gloriam virtutis via grassatur. Afranius Excepto: Consimili grassantur via, à quibus hic est omnis cultus.

220 *Garrula*, dicuntur *aves canora, & hilares*. Virgilius Geor. lib. iij. Garrula quam rignis nidum suspendit hirundo. Garrulus, est rursum *cordatus*. Varro Periplus libro primo: In hac ciuitate tum regnabat Dionysius homo garulus & acer.

221 *Gemini*, dicuntur *ex vno utero, vno die editi*. Virg. lib. ix. Geminos huic vbera circum Ludere pudenteis pueros. Geminum, rursum *simile*. Pacuius Hermiona: Par fortitudo, gemina confidentia. Geminæ, *duæ*. Virgil. lib. vi. Sūt geminæ somni portæ, quorum altera fertur Cornea.

222 *Gerere, habere*. Virgil. Æneid. lib. ii. Et nos aliquod noménque, decusque Gessimus. Gerere, *ferre*. Virgil. li. vii. Bella manu, lectumque gero. Et idem eodem: Læuèque ancile gerebat. Gerere, *facere*. Virg. lib. ix. Nec tecum talia gessi, Magnanimū Ænean, & fata extrema secutus.

223 *Gradius*, consuetudine sunt, per quos ad altiora domorum, & edificiorum omnium scanditur. Virg. Æneid. lib. i. Aerea cui gradibus surgebant limina. Gradus, *pedum gradientiū vicissitudo*. Vir. Geor. li. 4. Gradibusq; sonare Compositis. Gradus, *firmitas standi*. M. Tullius de offi. lib. i. Nec tumultuantem de gradu deiiciunt.

224 *Gestire, cupere*. Lucillius libro xxx. Quanto haurire animus Musarum è fontibus gestit. Gestire, *latum esse*. Vir. Geor. libr. primo: Et studio incassum videas gestire lauandi.

H

225 *Herba*, est *viride pecorum pabulum*. Virg. Geor. lib. j. Et sulcis frumenti quæret herbam. Herbam, veteres *palmam*, vel *vicloriam* dici volunt. Vir. Geor. li. iij. Atque immemor herbæ victor equus. Accius Meleagro: Gaudet, currunt, celebrant, herbam cōferunt, donant, tenent pro se quisque, cum corona clarum constat caput. Afranius Excepto: Fit opus luculentum, hoc dici herbæ det.

226 *Habere*, planum est quid significet, vt Vir. Æneid. li. iij. Habeat secū, seruetque sepulcro. Teren. Andria: Quod habui summum pretium persolui tibi. Habere, *satis esse*. Vir. li. xii. Hoc habet, hæc melior magnis data victima diuis. Habere, *tenere, occupare*. Virgil. Æneid. li. ii. Hostis habet muros. Lucil. lib. xxix. Hoc tum ille habebat, & ferè omnem Apuliam. Plantus Aulularia: Postremo, hunc iam perscrutauit, nihil habet. Teren. Andria: Certè captus est, habet. Habere, *rursus habitare*. Sallust. Catilinæ bello: Credo falsa existimans ea, quæ de inferis memorantur, diuerso itinere malos à bonis loca terra, inuenta, fœda, atque formidolosa habere. Virg. Æneid. li. vii. Quæ loca, quiue habeant homines. Afranius Excepto: Vbi hic me sis quæso habet meretrix Neapolitis. Accius Philoctete: Vbi habet urbem, agrone. Plaut. Aulularia: Patri auoue huius, qui nunc hic habet. Habere. Terentius Eunucho: Labore alieno magnam partam gloriam Verbis in se transfouet, qui habet salem, quod in te

est. Ha-

est. **Habere, facere** sape. Varro *κατὰ ἰσχυρῶς*. Saltem infernus tenebrosus *νεβελὸς ἀμύρας* tenet, atque habet homines sollicitos, quod eū peius formidant, quàm fullo vltulam. M. Tul. de Repub. lib. tertio: Nam cūm quereatur ex eo, quo scelere impulsū mare haberet infestum vno myoparone, eodem (inquit) quatuor orbem terræ. **Habere, audire**. Lucillius libro xxix. Habes omnem rem. timeo ne accifer. Terent. Heauton. Habes omnē rem, pergam, quod cæpi, hoc iter. **Habere, dirigere**. Lucillius libro xxix. Hic aliò cūm iter haberet præteriens venit.

227 **Habitare, est inhabitare**. **Habitare**, *ἰσχυρῶς*. Varro sermone Latino lib. iij. Vtrunque mulieres, & epicurocūm viri quoque habitant. Idem rerum diuinarū li. xvj. Hoc nomine antiquos secūdis reb. Cumas habitasse.

228 **Hiare, est aperire**. Sallust. Hist. lib. iij. Atque hiauit humus multa vasta & profunda. **Hiare, mirari, stupere**. Virg. Georg. lib. iij. Hunc plausus hiantem, Per cuneos geminatus enim plebisque patrūmq. Et Æncidos lib. vj. Incertus clamor fruitur hiantem. Varro Marci pōre: Quicumque eūdēter circumstant non rident, credo ridere hiantem. Video hiantem, non audio.

229 **Horrendum, significat vitabile, & terribile**. Virgilius libro sexto: Horrendas canit ambages, antrōque remugit. **Horrendum, nouum, & admirandum**. Virgilius Æncidos lib. tertio: Horrendū dictū, video mirabile monstrum. Idem libro viij. Nascenti cui treis animas Feronia mater (Horrendum dictū) dederat. **Horrendum, ridiculum**. Virg. Georg. libro ij. Orāque corticibus fumunt horrenda cauatis.

230 **Haurire, significat exhaurire, vel implere**. Lucretius libro iij. Inuit integros accedere fontem, Atque haurire. Lucillius libro xxx. Quantum haurire animus Musarum & fortia gessit. **Haurire, auarē sumere**. Cicero Tusc. libro iij. Cum inexplebili cupiditate, quod affluentius voluptates vndique hauriret, eo grauius, ardentiusque sitientem. Virg. lib. j. Ille impiger hausit spumantem patera, & pleno se proluit auro. **Haurire, defatigare**. Virg. Georg. lib. iij. Exultantiaque haurit Corda pauor pulsans. **Haurire, confodere**. Virg. lib. x. Per tunicam squalentem auro latus haurit apertum. **Haurire, accipere, vel audire**. Virg. lib. xij. Haud mollia fatu sublati aperire dolis, simul hæc animo hauri. Et lib. iij. Vocemque hauris auribus hausit. **Haurire, tenere**. Virg. Georg. lib. iij. Et medium sol igneus orbem hauerat.

231 **Honor, est dignitas**. M. Tull. Epistol. ad Casarem lib. j. Tu cūm ea que es ab senatu summo cum honore tuo consecutus. **Honor, gratia, & pulcritudo**. Virg. Georg. lib. ij.

Frigidis & syluis aquilo decussit honorem, Et Æneid. lib. j. Lumēnque inuenta Purpureum, & latus oculis afflarat honores. **Honor, substantia, delectatio**. Virg. Georg. lib. iij. En etiam hunc ipsum vitæ mortalis honorem. **Honor, cultura, obseruantia**. Virg. Æneid. lib. viij. Semper honore meo, semper celebrare donis. **Honor, integritas, pudicitia**. Virg. Æneid. lib. j. Et rapti Ganymedis honores. **Honor, sacrificium, litatio**. Virgilius lib. viij. Forte die solenne illo rex Arcas honorē Amphitryoniadæ magno, diuisque ferebat. Plautus Aulularia: Et quidem maiorem filium, Mihi honorem habere, quàm eius habuisset pater. **Honor, dilectus amor**. Virg. lib. xij. Per si quis Amara Tangit honos animum. **Honor, hostia**. Virg. Æneid. lib. iij. Meritos aris iactabat honores. **Honor, premium**. Virg. lib. v. Ipsi præcipue ductoribus addit honores. Lucillius lib. xxx. Cuius cum vultu, ac facie, ludo, ac sermonibus nostris, Virginis hoc premium, atque hunc reddamus honorem. **Honor, sepultura**. Virgilius libro sexto: Cernit ibi mortuos, & mortis honore carentes. Lucillius lib. xxvij. Nullo honore displetu, nullo funere.

I

232 **Inuitare, apertam habet significantiam**. Virg. lib. v. Celeri certare sagitta Inuitant, qui fortè velint, & præmia ponit. Terentius *ἰσχυρῶς*. Quam vellem Menædemum inuitatum nobiscum esset amphus. M. Tul. in Verrem actione ij. Rogat Rubrium, vt quos ei commodum sit, inuiter. Lucil. lib. xxx. Contra hæc inuitasse, aut instigasse videntur. M. Tul. de senectute: Ad quem fruendum non modò non retardat, verum etiam inuitat, atque allecat senectus. **Inuitari, est delectari**. Virg. Geor. lib. j. Inuitat genialis hyems curasque resoluit. Turpil. Trafileone: Onera, mensam, talos, vinum, in hæc huiusmodi, quibus rebus vita amat tum inuitari solem. Idē Philopatro: Locus ipse inuitat hercle hic Veneris. M. Tul. Hortensio: Voluptates autem nulla ad res necessarias inuitamenta afferunt senibus. Idem de Rep. Idque ipsa natura non inuitaret solum, sed etiam cogetet. **Inuitare significat repleri**. Plautus Amph. Mirum si inuitauit sese in corna plusculum. Lucill. Pulcrè inuitati, acceptique benignè. Turpil. Epicl. Non inuitat plusculum hic sese vt solet. Idē Leucadia: Inuitauit plusculū hic sese in prandio. Sallust. Hist. lib. iij. Reuersi postero die, multa quæ properantes deseruerat in castris naeti, cūm se ibi cibo vinoque læti inuitarent. Lucillius xxx. Citò enim benè longinquū mortalibus morbum In vino esse, vbi qui inuitauit dapsilius se. Varro Sesquiuylisse: Ipsum audi vino inuitari poculis largè atque benignè.

ra: Ain' tu tibi hoc incommodū euenisse iter?
Non hercle verbis Parmeno dici potest [tan-
tū.] Quātū re ipsa nauigare incommodū est.

245 ¶ *Innocens*, est bonum, & nulli nocens.
Virgilius Aeneidos lib. iii. Litūsq; rogamus
Innocuum. ¶ *Innocens*, rursus integer & in-
corruptus. Sallust. Iugurtha: Vbi, quae Metellus
agebat, ex nuntiis accepit, simul de innocen-
tia eius certior Roma factus, diffidere suis
rebus, ac tum demum veram deditionem fa-
cere conatus est.

246 ¶ *Indulgere*, augere. Lucillius lib. xxix.
Tu qui irā indulges nimis, Manus à muliere
abstinere melius est. ¶ *Indulgere*, veniam da-
re. Virgil. lib. x. Tolle fuga Turnum, atque
instantibus tripe fatis. Haecenus indulisse
vacat. ¶ *Indulgere*, dare, detinere. Virg. Aeneid.
lib. iii. Indulge hospitio, caussaeque in nocte
morandi. Et eodem: Indulgent vino, & ver-
tunt crateras ahenos. ¶ *Indulgere*, spatium ma-
ius dare. Virg. Geor. lib. ij. Sin tumulis accliuē,
solum collēsque supini, Indulge ordinibus.
¶ *Indulgere*, temperare, clementem esse. Virgil.
Geor. lib. ii. Si non tanta quies iret, frigidūq;
calorēque inter, & exciperet caeli indulgen-
tia terras. M. Tullius de officiis libro iii. Ma-
gnus vir in primis, & qui perindulgens in pa-
trem, idem acerbè seuerus in filium.

247 ¶ *Inane*, vacuum, sine pondere. Virg. Geor.
lib. iii. Atque illis iam saepe rote ducantur in-
anes. ¶ *Inane*, concanum. Virg. li. v. Galeam an-
te pedes proiecit inanem. ¶ *Inane*, vacuum, si-
ue leue. Virg. Geor. lib. iii. Instabileis animos
ludo prohibebis inani. Et Aeneidos li. iiii. Et
inania murmura miscent.

248 ¶ *Iacet*, significantiam habet mani-
festam. Virg. Bucolicis: Silenum pueri som-
no videre iacentem. Et: Strata iacet passim
sua quaeque sub arbore poma. M. Tul. de sup-
plicis in Verrem: Partis hi, quos videtis, iace-
bant in limine. ¶ *Iacet*, plenum est, oneratum.
Virg. Geor. lib. iii. Sed iacet aggeribus niuis
informis & alto Terra gelu latē. ¶ *Iacet*, per
plurimum porrigitur. Virg. Geor. lib. iij. Tantū
campi iacet. ¶ *Iacet*, sordet, nec latus est. Lucil-
lius libro xxx. Et sua perciperet retrō relicta
iacere. Lucretius libro j. Humana ante o-
culos frēde cū vita iaceret in terris. ¶ *Iacere*,
significat emittere. Vnde & iaculum. Virgil. li.
v. Sublatāque procul dextra comixa coru-
scat, Et iacit. M. Tul. in Verrem de signis: In
quem scyphum de manu iacere conatus est.

249 ¶ *Iacit*, habet positū. Virg. Geor. lib. iij.
Omnis in hanc certam regio iacit arte salu-
rem. M. Tul. Philippicarum lib. j. In quo tem-
plo quantum in me fuit, ieci fundamenta pa-
cis. ¶ *Iacit*, facit. Lucil. lib. xxvj. Aggere in ia-
ciendo, si quo est vineis actis opus.

250 ¶ *Improbū*, sicuti est manifestum, est
nimis probū. Cicero Epistol. ad Caesarem 60

lib. j. Debes odisse improbitatem eius, quia
impudentissimum nomen delegerit. ¶ *Impro-
bum*, seuum. Virg. lib. x. Laui improba tetet
Ora cruor. Et Geor. lib. iij. Tum piscibus a-
tram Improbis ingluuē, ranisque loquaci-
bus explet. Lucillius lib. xxx. Improbior mul-
tō, quā de quo diximus antē: Quanto blan-
dior, hoc tanto vehementius mordet. ¶ *Im-
probū*, turpe. Lucillius li. xxx. Omnes for-
mosi, fortes; ergo improbus esto.

251 ¶ *Iactare*, est dimittere, dependere. Virg.
lib. vij. Et dextro iactata recumbit in armo.
¶ *Iactare*, voluere. Virg. Aeneid. lib. j. Atque il-
lum taleis iactantem pectore curas. ¶ *Iacta-
re*, plagis sternere. M. Tul. in Verrem actione
ij. Iactatur domi suae vir primarius, & homo
honestissimus, pro se quisque manus affert.
¶ *Iactare*, fatigare. Virg. Aeneid. lib. j. Iactatos
a quore toto Troas, Et: Iacteturque odiis Iu-
nonis iniquae. ¶ *Iactare*, ambitiosius gloriari.
Virg. lib. vj. Quem iuxta sequitur iactantior
Ancus, Nunc quoque iam nimium gaudens
popularibus auris. Idem lib. x. Ecce paro, vos-
ces dum iactat in certis. Lucil. li. xvij. In re ia-
ctanda ipsa ridicula id atque ad se deret. ¶ *Ia-
ctare*, iactata mittere. Virgil. Aeneid. lib. iij. Et
flammas, ac lumina iactant. ¶ *Iactare*, excute-
re, commouere. Varro Eumenidibus: Tibi nunc
semituri teretem comam volentem iactant
tibi galli.

252 ¶ *Inuoluere*, significat volutum superimpo-
nere. Virg. Geor. li. j. Scilicet atque Ossa fron-
dosum inuoluere Olympum. ¶ *Inuoluere*, te-
gere. Virgil. Aeneid. li. ij. Vertitur interea cae-
lum, & ruit oceano nox Inuoluens umbra
magna terramque, polūmq; Myrmidonū-
que dolos. ¶ *Inuoluere*, implicare. M. Tul. ad
Caesarem iuniorem li. j. Sed quod videret no-
mine pacis bellum inuolutum fore. ¶ *Inuolu-
tum*, occupatum, comprehensum. Varro Sexage-
si: Adest fax inuoluta incendij.

253 ¶ *Interpres*, dicitur obscuri disertor. Virg.
Aeneid. li. iij. Troiugena interpres diuūm.
¶ *Interpres*, auctor. Virgil. Aeneid. libro iij.
Tūque harum interpres curarum, & conscia
Iuno.

254 ¶ *Imponere*, significat supra ponere. Virg.
Aeneid. lib. iij. Vidit Thunice mis cum
dona imponeret aris. ¶ *Imponere*, dare. Virg.
Aeneidos libro iij. Finemque imponere
curis.

255 ¶ *Intentum*, sulcitum, suspensum, sollicitē,
diligenter intuentem. Virgil. li. v. Intenti
expectant signum. ¶ *Intentum*, extensum. In
eodem: Confidunt transiris, intentaque bra-
chia remis.

256 ¶ *Intendere*, innectere, illicare. Virgil.
Aeneidos li. ij. Et stuppea vincula collo In-
tendunt. M. Tullius Hortensio: Quaero enim
non quibus intendam rebus animum, sed

quibus relaxem. Idem de supplicis: Tabernacula carbascis intenta velis collocabat. Et de senectute: Intentum enim animum tanquam arcum habebat, nec languēs succumbebat senectuti.

257 ¶ *Imago* dicitur *similitudo*. Virgil. *Aeneidos* li. ij. Atque ipsius umbra Creula: Visa mihi ante oculos, & nota maior imago. ¶ *Imago*, *vagina*. Virgil. vij. Curuam seruans sub imagine falcem.

258 ¶ *Increpat*, & *increpat* paria sunt: & est aut incutiare, aut insultare. Virgil. *Geor.* lib. 4. Aestatem increpitans feram. Et lib. x. Hostis amare, quid increpitans, mortemque minaris? Et libro nono: Quem Turnus pariter cursu, teloque secutus increpat his victor. M. Tullius Hortensio: Tum Pseudomenus, & sortitam, & totam dialecticam aut illudis, aut increpas. ¶ *Increpare*, *sonare*. Virgil. lib. viij. Iterum atque iterum fragor increpat ingens. Et libro nono: At tuba terribilem sonitum procul are canoro increpuit.

259 ¶ *Inuehi*, dicitur *vehi*. Virgil. lib. v. Centauro inuehitur magna. ¶ *Inuehi*, *aggredi*, *increpare*. M. Tul. ad Caesarem iuniorum lib. iij. Itaque in eum palam vehementer est inuectus.

260 ¶ *Immittere*, *dimittere ad prolixitatem*. Lucillius lib. xxx. Neque barbam immiseris istam. Virg. *Aeneid.* lib. iij. Respicinus, dira illuuias, immissaque barba.

261 ¶ *Inducere*, *ingere*, *immittere*. M. Tul. de offi. lib. iij. Hinc ille Gyges inducitur à Platone. ¶ *Inducere*, *persuadere*. Lucil. lib. xxvij. Hymnis ego animum sic induco, quod tu ab insano auferas. ¶ *Inducere*, *instituere*, *confirmare*. Lucil. libro xxvij. Ad quod animum induxit semel, & ut ille omnino putat. ¶ *Induci*, *delectari*. Lucil. libro xxvj. Veterem historium inductus studio, scribis ad amores tuos. ¶ *Induci*, est aliquibus fallacis decipi. Lucil. li. xxx. Quid quarimus acie Inductum cantu, custoditum.

262 ¶ *Insultare*, dicitur *insilire*. Virg. *Geor.* li. iij. Insultare solo, & gressus glomerare superbos. ¶ *Insultare*, *iniuriosus aliquid dicere*. Lucil. lib. xxi. Insulta miseram te quoque in me.

263 ¶ *Interficere*, *occidere*. Lucillius lib. 29. Prius non tollas, quam Tulli animum ex nomine, atque hominem ipsum interfeceris. M. Tul. de offi. lib. iij. Ab iisdemque, quæ nocent, interficiuntur. ¶ *Interficere*, *perdere*, *concremare*. Virgil. *Geor.* li. iij. Fer stabulis inimi cum ignem, atque interfice melle. ¶ *Interficere*, *consumere*, *finire*. Lucil. lib. xxviii. Piscium magnam, atque altitium vim interfecisti, ut nego.

264 ¶ *Interpellare*, *dicere*, *ducere*. Lucil. lib. xxvij. Verum tu quid agis? Interpella me, ut

sciam ¶ *Interpellare*, *adire*, *commouere*.

265 ¶ *Ire*, est *ambulare*. Virg. *Geor.* lib. iij. It tristis arator. ¶ *Ire*, *incumbere*. Lucil. lib. 28. In medium Chremes, in summum ire admenetus.

266 ¶ *Insigne*, dicitur *magnum*, *vel prestans*. Virg. *Aeneid.* lib. j. Insignem pietate virum. ¶ *Insigne*, *utile*, *necessarium*. Lucil. xxvij. Cocus non curat caudam insignem esse, illa dum pinquis fiet. Sic animum amici quarunt, parafiti autem diuitias.

267 ¶ *Impedire*, est *implicare*, *inuolueri*. Virg. lib. v. Haud aliter Teucrum nati vestigia cursu Impediunt. ¶ *Impedire*, *sordidare*, *ac probri ducere*. Plautus *Amphitryone*: Immo hunc ego Thebani ciues, qui domi vxorem meam Impudicitia impediuit.

L

260 ¶ *Lauum*, *aduersum*. Virgilius *Bucolicis*: Saepè malum hoc nobis, si mens non leua fuisset. ¶ *Laua*, *prospera*. Virg. *Georg.* li. iij. Si quem Numina laua sinunt, audirque vocatus Apollo.

269 ¶ *Lac*, *succus maternus*, quo animalia nutriuntur. Virgil. *Bucolicis*: Et lac subducitur agnis.

270 ¶ *Lactes*, dicuntur *intestina*. Titinn. *Psaltia*: Particula, cerebellum, lactes agninas. Plaut. *Cure*. Ita cibi vacuitate venio laxi lactibus. Idem *Pseudolo*: Vna opera alligem fugituum canem agninis lactibus.

271 ¶ *Legere*, sicut est in consuetudine, significat *oculis scripta percurrere*. Virg. *Bucolicis*: At simul heroum laudes, & facta parentis iam legere. ¶ *Legere*, *accedere*. Virg. *Geor.* lib. ij. Ades, & primi lege litonis oram. Et *Aeneid.* lib. xj. Implicuere inter se acies, legitque virum vi. ¶ *Legere*, *trifsum colligere*. Titinn. *Veliterna*: Hodie hostes fugauit, spolia placide posterius leget. Virg. lib. x. Extremaque Lauo Parca: sula legunt. Et *Geor.* l. j. Atque omnis nauita poto Humida vela legit. Cæcilius *Fallacia*: Officulatim Parmenonem de via liceat legam. Varro *Virgula diuina*: Sed pancarpineo cibo coacto Libamenta legens cauduca victus. ¶ *Legere*, *præterire*. Virgilio auctore dicimus *Aeneidos* lib. iij. & lib. v. Litoraque Epeiri legimus. Et *Fractolq;* legunt in gurgite remos. ¶ *Legere*, est *uagare*, *præstringere*. Virg. *Aeneid.* li. ij. Pars cætera potum Ponè legit. ¶ *Legere*, est *am eligere* dicitur. Idem *Bucolicis*: Ipse ego cana legam tenera languine mala. Turpil. *Epiclero*: Quoniam legere te optimum esse atque æquissimum, quacum atas vegeta, & iubendū esse tibi. M. T. de offi. lib. iij. Cætera autem, quæ secundum naturam esse in vita legere, si ea virtuti non repugnare diligentius intèdentes inuenimus.

¶ *Lege-*

¶ Legere, *surripere* significat. Vnde & sacrilegium dicitur, id est, de sacro furtum. Virgil. Bucolicis: Nam quæ sublegit tacitus tibi carmina nuper. Turpil. Boëthiabus: Qui verba venatur, mea pestis ars cadat, & sermonem hinc sublegam. Lucil. li. xxviii. Omnia visca-tis manibus leget. Plaut. Aulul. Sed leno egreditur foras. Hinc ex occulto sermone satus sublegam. ¶ Legere, *russum videre*; hoc & a-queilegi. Virgil. Æneid. lib. vi. Quin protinus omnem Perlegerent oculis, ni iam premissus Achates Afforet. Et eodem: Longo ordine possent Aduersos legere.

272 ¶ *Lustra*, dicuntur *ferarum habitacula*. Virgil. Georg. lib. ij. Non absunt illic saltus, ac lustra ferarum. Et Æneid. lib. ij. Cum vitam in syluis inter deserta ferarum Lustra, domosque traho. ¶ Lustra etiam *lupanaria* dicuntur. Plaut. Afinar. Lustris studet. Idem, Apud scortum corruptela, & liberis lustris studet. Idem Casina: Vbi in lustra iacuiisti: Egone in lustra? Turpillius Lindia: Quibus te in rebus despoliasti fordam, in lustris latet. Afranius Priuign. Vxorem quatit firmamentum familiaris, Scias abesse ab iis lustris ingenium procul. Cicero Philippicis libro ij. Cum omnes impunitates, impudica in domo quotidie susceperis, vino lustrisque confectus.

273 ¶ *Linquere*, est *dimittere*. Virg. Æneid. lib. iij. Linquimus Orthygiae portus, pelagique volamus. Et lib. ix. Inque salutatam linquo. Varro *rusticorum*: Ille nobiles quondam canes hinc liquit homines omnes in terra pila. ¶ *Linquere*, *desuere*. Virg. Georg. lib. ij. Huc summis linquuntur rupibus amnes. Idem Æneid. lib. iij. Nam quæ prima solo ruptis radicibus arbor Vellitur, huic atro linquuntur sanguine guttae.

274 ¶ *Limare*, *exquirere*, & *delimitare*, secundum consuetudinem à lima dictum. Plautus Menæchmis: Ianuam lima proterunt. Idem Bacchidibus: Limaces viri, quod atterant, & consumant. ¶ *Limare* etiam dicitur *constringere*. Plautus Bacchidibus: Nec cum quoquam acceperis alio mercedem annuam iussi abesse, nec cum quoquam limares caput. Idem Schematico: Nam pater tuus nunquam cum illa etiam limabit caput. Liuius Tereio: Credito cum illos soli mea voluntate nunquam limauit caput. Cæcil. Pausimacho: Hoc à te postulo, Ne cum meo gnato posthac limassis caput. Turpilius Lencadia: Veritus sum, Ne amoris causa cum illa limassis caput.

275 ¶ *Liquidum*, *suaue*, *dulce*. Varro Eumenidibus: Frigus per ossa cornus liquida canit anima. ¶ *Liquidum*, est *purum*. Virgilius libro sexto: Liquidumque per aera lapsa. Varro Serrano, *est à ῥυπιον*: Hunc vocas, sed & liquida vita incuria vestra fecem. ¶ *Liquidum*, *prosperum*. Plautus Pseudolo: Ab

sinistra auspicio liquido, atque ex sententia Confidentia est inimicos meos me posse perdere. ¶ *Liquidum*, *russum* significat *mole & fluxum*. Plautus Milite: Liquidius, cultusque, quam vêtus est fauonius. Idem Casina: Quondam prognatis in sortiendo fors deliquerit. Varro Diuinarum rerum libro tertio: Lucius Scipio, cum aurum factum haberet vt vinea fulmine, ita est ictus, vt ista esset integra, aurum colliquisset. Idem de proprietate scriptorum: Quid est tanti, aut quid aliud eius generis feruefactum colliquisset, & in forma esset infusum? Virgilius Æneid. lib. i. Aut cum liquentia mella Stipant. Næuius Lycurgo: Iam solis aestu candor cum liqueceret. ¶ *Liquerit* significat *reliquerit*. Accius Stasiast. Cum subidæ delio de lore hoc animo corpus liquerit. Næuius Belli Pœnici lib. ij. Blandè & doctè percontaris, quo pacto Troiam urbem liquerit.

276 ¶ *Laudare*, est *verbis efferre*. Virgilius: Laudato ingenia rura. ¶ *Laudare* etiam significat *nominare*. Virgilius Georgic. libro ij. Aut illaudati nescit Bufiridis aras: id est, nec nominandi. Plaut. Captiuus: Id vt scias, Iouè supremum testem laudo, Hegio.

277 ¶ *Lustrare*, *expiare*. Virgilius Bucolicis: Et cum solennia vota Reddemus nymphis, & cum lustrabimus agros. Lucillius Satyrarum libro secundo: Lustratus piatus.

¶ *Lustrare*, *circumspicere*. Virgilius Æneid. lib. tertio: Omnia collustrans, hanc primo ab littore classem Conspexi venientem. Cicero Tusculan. libro quinto: Ego autem omnia collustrarem oculis. Est enim ad portas Agragianas. ¶ *Lustrare*, est *circumire*. Virgilius libro viij. Lustrat Auentini montem. Næuius Egistho: Tum autem lasciuum Nerei simum pecus Ludens ad cantum clausum lustratur. ¶ *Lustrare*, *sequi*. Virgilius Bucolicis: At mecum raucis tua dum vestigia lustris.

¶ *Lustrare*, *patetacere*. Sallustius Catil. libro i. Si lustrantur, si erumpunt omnia, muta iam istam mentem. Virg. Æneid. libro iij. Postera Phœbea lustrabat lampade terras. ¶ *Lustrare* dicimus & scortari, à *lustris*. Plautus Pseudolo: Luxantur, lustrantur, comedunt quod habent. Lucillius lib. xxx. Quem sumptum facis in lustris circum oppida lustrans. ¶ *Lustrare*, *perspicere*, *agnoscere*. Virgilius libro viij. Ille os, oculosque loquentis landudum & tacito lustrabat lumine corpus. M. Tul. de offi. lib. iij. Sed cum omnia ratione, animoque lustraueris.

278 ¶ *Limen*, *locus standi datus*. Virg. li. vj. Corripiunt spatio audito, limenque relinquunt. ¶ *Limen*, *omnis ingressus*. Virg. Æneid. li. ij. Limen erat, cæcæque fores, & peruius vsus. Varr. Virgula diuina: Ad quos cum vocis lucis veni, vt eos vsq; ad limina nitidabilis.

¶ Limen nõ solum, quod sub pedibus est, dicitur, sed etiã quod *superius est ingressus*. Nou. Macco exũle: Limen superum, quod mihi misero sæpe confregit caput: inferum autem, vbi ego omneis digitos defiegi meos.

279 ¶ *Leuare, soluere*. Virgil. *Æneid.* lib. ij. Atque arcta leuari Vincla iubet Priamus.

¶ *Leuare rursũ, releuare*. Cic. *Tusc.* lib. v. Alia nulla potuit inueniri leuatio. Virg. *Bucol.* Ego hoc te fasce leuabo. M. Tul. *Epist.* ad Cæsarem: Iam amplitudinem, gloriamque tuam magno mihi ornamento fore existimo; quod me leuas cura. Pacu. *Peribœa*: Neque tuum te ingenium moderat, neque fraternum ira exsilium leuat. Var. Virg. *diu.* Quos nos iacta nouo leuata pascat. ¶ *Leuare etiam minuire*. Acc. *Meleagr.* Caue lassitudo poplirum cursum leuet. Idem *Nyctegresia*: Illos suapte induxit virtus: tu laudẽ illorum leuas. Var. *de iudic.* Quẽnam te esse dicam feram, qui manu corporis feruidos fontium aperis lacus sanguinis, tẽque vita leuas ferreo ense? Virg. *Georg.* lib. ij. Omne leuandum Prodimus. Turpil. *Demet.* Nunc me ex aliorũ ingenis iudicat, Intercapedo quorum amicitias leuat. Var. *Quinquatr.* Ablynthium vti bibã grauem, & castoreum, leuẽque robur.

280 ¶ *Lautum*, significat *lotum*. Terentius *Phorm.* Tene ad symbolum venire vnctũ, atque lautum ẽ balneis? ¶ *Lautum, nudum*. Lucil. li. xxvi. Malis necesse est lautum ẽ mensa purẽ capturus cibum. ¶ *Lautum, abundans, cõprensus*. Var. *de iudic.* *de iudic.*: Video quod habeat satis, si vix putant lautum. ¶ *Lautum etiam inquinatum, vel maculatum*. Virg. *Georg.* lib. ij. Lauti ater vulnera sanguis. Acc. *Stahia stis*: vel *Tropæo*: Vulnere retro deformatum suo sibi lautum sanguine tepido. ¶ *Lautum, elegans, suauis*. Terent. *Eunucho*: Facetẽ, lautẽ, lepiddẽ, nihil suprà. *Afran.* *Vopisco*: Equidem te nunquam mihi Parasitum, verum amicũ, æqualem atque hospitem Quotidianum, & lautum etiam conuiuiam domi. M. T. in *Verrem* actione ij. Romani vt ex Sicilia redij, comites istius, atque amici, homines lauti, & urbani. Et Hortens. *Quæ* est igitur philosophia? Socrate nec dubito quid, quacũque sit laetitia, cui ictum elegantẽ magnificẽ, neque minus quã deceret, colere instituisent.

281 ¶ *Lentum*, significat *cardium*. M. Tul. *de repub.* li. v. Marcellus vt taceret pugnax; maximus vt consideratus, vt lentus. Et Hortens. Hunc Crassum qui lentius (vt scitis) dicere solebat, ad imitationem quasi nostri generis contendisse. ¶ *Lentum, securum, otiosum*. Virgil. *Bucol.* Nos patriam fugimus, tu Tityre lentus in vmbra. ¶ *Lentum, flexuosum*. Virgil. *Bucol.* Lenta salix quantũ pallenti cedit oliuæ. Idem *Geor.* i. Atq; Amerina parant lætæ retinacula vici. ¶ *Lentum, patiens, placidum*.

M. Tul. Hortensio: Qui, cum publicas iniurias lentẽ tulisset, suam non tulit. ¶ *Lentum, facile*. Lucil. *Satyr.* li. xi. Cotta senex Crassi pater huius Panæti Magnus tritico fuit nupmarius soluere nulli lætus. ¶ *Lentum, tenax*. Plautus *Menæchmis*: Nimis lenta sunt vincula. Vig. *Geor.* lib. iij. Et visco, & Phrygia feruant pice lentius Ida. ¶ *Lentum, frigidum*. Virg. *Geor.* lib. i. Noctẽ leues melius stipula, nocte arida prata Tondentur, noctis lentus nõ deficit humor. Cic. *Orat.* lib. ij. Neque enim est facile perficere, vt irascatur ei, cui tu velis, si vel iudex, vel ipse ferre id lentẽ videare.

282 ¶ *Locum, decus* significare vult Accius *Diomed.* Non genus virum ornat, generi vir fortis loco. ¶ *Locus*, significationis manifestæ est. Virg. *Æneid.* li. iij. Hac loca vi quondã. Et: Hic locus vrbis erit. ¶ *Locus, genus, nobilitas, dignitas*. Acc. *Euryface*: Atque, vt vides, non tenui de loco. Sallustius *Catilina*: Natus haud obscuro loco.

283 ¶ *Languor, est corpus, & inertia*. M. Tul. *de offi.* li. j. Nihil autem magis cauendum est senectuti, quã ne languori se, desidiaque dedat. ¶ *Languor, defectio, & dissolutio*. Vir. li. ix. Purpureus veluti cum flos succisus aratro Languescit moriens. Idem *lib. x.* Qualẽ virgineo demessum pollice florem, Seu molles viola, seu languentes hyacinthi.

284 ¶ *Longum, est per planũ porrectum*. Virg. *Geor.* li. ij. Tum longo nullus lateri modus. ¶ *Longum, altum, erectum*. Virg. *Æneid.* li. ix. Stant longis innixi hastis, & leuta tenentes. ¶ *Longum, diuturnum, perseverans*. Virg. *Æn.* lib. iij. Et longum Andromache testatur amorem. ¶ *Longum, seuum, perniciosum*. Virgil. *Æneid.* li. j. Infelix Dido, longũque bibebat amorem.

285 ¶ *Longẽ etiam valde*. Virgil. libro v. Ante omnes stupet ipse Dares, longẽq; recusat. M. Tul. in *Verrem* de prætura Siciliensi: Hic longẽ primus ciuitatis est Epicrates. Et de *offi.* lib. i. In his & nobilissimi philosophi longẽ principes. Lucil. lib. xxx. Cui vbi decimutia meã epitegina appedi longẽ opera ante alia omnia. Silen. *Hist.* lib. iij. Egregias & longẽ præstanteis, ac metuendas aduersariorum opes esse. Terentius *Adelph.* Et errat longẽ, mea quidem sententia. ¶ *Longẽ etiam significat aut temporis prolixitatem*, vt Virgil. *Geor.* li. ij. Nec longũ tempus, & inges Exiit ad cælum ramis felicibus arbor. Aut spatij estimationẽ. M. Tul. in *Clodium*, & *Curionem*: Credo, postquam tibi speculum allatum est longẽ, & à pulcris abesse sensisti. Virg. lib. xij. Longẽ illi Dea mater erit, quæ nube fugacẽ Femineã regat.

286 ¶ *Luxuria, est contra pudorẽ, & supra modum profusio*. M. Tul. *de offi.* lib. j. Intelligimus quã sit turpe diffuere luxuria, delicatẽ ac molliter

molliter viuere. ¶ *Luxuria, intempestua ab undantia.* Virg. Geor. li. j. Luxuriam segetum tenera depalcit in herba. M. Tul. de Orat. li. j. Et omnis luxuries stilo depascenda. Virg. Geor. li. j. Aut si luxuria foliorum exuberat ymbra. Cic. de Orat. Gemmare vites, sitire agros, latas segetes, luxuriosa frumenta.

287 ¶ *Laxum, liberum, & remissum.* Vir. Æn. li. j. Et premere, & laxas sciret dare iussus habenas. Idem Geor. li. ij. Et cum se latus ad auram Palmes agit laxis per purum immissus habenis. ¶ *Laxum, non angustum, sed spatij maioris.* Virg. Geor. li. ij. Et primum laxos tenui de vimine circulos Ceruici subnecte. M. Tull. de offic. li. j. Et admittenda hominum cuiusque modi multitudo, adhibenda est cura laxitatis.

288 ¶ *Locandi, significatio manifesta est, vt aut operis locandi, aut fundi.* M. Tul. Epist. ad Casarem li. ij. Vel quod locatio ipsa pretiosa. Idem in Ver. Frumentaria: Ac Senonis Meneni nobilissimi hominis vxoris fundus erat colono locatus. ¶ *Locare, constituere.* Vir. Æn. li. j. Hinc alta theatri Fundamenta locant alij. Lucil. li. xxx. Virtutis hæc tuæ artis monumenta locantur. ¶ *Locare, marito dare.* Plaut. Aulul. Virginem habeo grandem dote cassam, atque illocabilem. ¶ *Locare, parare.* Lucil. li. xxvij. Hæc tamen conuentus, tela, infidiasque locaui.

289 ¶ *Latum, hilarum, secundum consuetudinem.* Vir. Geor. li. j. Et læta pecudes, & ouantes gutture corui. ¶ *Latum, ferax.* Vir. Geor. li. j. Lætus ager: nullo tantum se Mœsia cultu lætat. ¶ *Latum, pingue.* Vir. Geor. li. j. Glande sues læti redeunt. ¶ *Latum, gratia plenum.* Virg. Æn. li. j. Lumenque iuuenta Purpureum, & lætos oculis afflarat honores. ¶ *Latum, plenum, distentum.* Virgil. Geor. li. ij. Læta magis pressis manabunt vbera mammis.

290 ¶ *Lassum, dicitur fatigatum.* Lucil. lib. xxx. Leonem agrotum, ac lassum. ¶ *Lassum, marcens, grauatatum.* Vir. Geor. ix. Lassoue papauera collo Demisere caput.

M

291 ¶ *Maclare, precipitare.* Acc. Antenor. Qui aut illorum copias fundam in campo, Aut nauis vram, aut castra maclabo in mare. ¶ *Maclare, honorare.* Acc. *diduxerunt* li. j. Sapientiaque inuictæ gratia, atque honoris Pater, honeste rem maclauit aurea. ¶ *Maclare, est immolare.* Vir. Geor. li. iij. Et nigram maclabis ouem, lucumque reuises. Lucr. li. v. Et nigras maclant pecudes, & ignibus Diui. Acc. Erigone: Quod vnam me suis arcitenens telis maclasset Dea. Var. de vita populi Romani libro j. Quod Calendis Iuniis & publicæ, & priuatim fatuam pultem Diis maclat. ¶ *Maclare, est magis angere.* Vir. li. ix.

Maclæ noua virtute puer. Cic. Tul. lib. j. Maclæ virtute. Accius Philoctera: Vt dixi, maclæ his, armisque maclæ virtutem patris. Lucill. Satyr. li. v. Maclæ, inquam, virtute, simulque his versibus esto. Turp. Boethontibus: Maclæ virtute esto. Pacu. Dulorestæ: Maclæ esto virtute, operaque, omneque approbo. M. Tull. de repub. Ferunt laudibus, maclant honoribus. ¶ *Maclare, malo afficere, significat.* Plautus Amphit. At ego certè cruce, & cruciatu maclabo, exi foras, macligja. Idem Aulular. Do date maclantem malo, & damno viros. Nou. Gallin. Maclato te misce virginis verbenis maclat villam in fortuito. P. P. Præc. posteriorè: At te Dij omnes cum cõsilio, calue, maclassint malo. Acc. Epigono: Maneas adhifante exilio maclæ pelopis externis. Et Enn. Telepho: Qui illum Dij, Deaque magno maclassint malo. Afranius Priuigno: A fulica penè peristi, Dij te maclassint malo.

292 ¶ *Modicum, in consuetudine paucillim volumus significare.* ¶ *Modicum, veteres moderatum, & cum modo dici volunt.* Plaut. Bacchid. Quibus ingens in animo vibile est modicum & sine venilitate. Idem Persa: Modicè & modestè est melius vitam viuere. Et Milit. Modicè sapias. Enn. Hecuba: Quæ tibi in concubio verecundè & modicè morè gerit. Acc. Bacch. Agite modico gradu iaceat nifus leuis. Turp. Demiur. Ego æpol docta dico, quæ mulier volet Sibi summum amicū esse indulgentem, & diutinum, Modicè, atque parè eius serui ad cupidines. M. Tul. de repub. li. ij. Statu esse optimo constitutam remp. quæ ex tribus generibus illis regali, & optimati, & populari confusa modicè, nec puniendo irriter animum immanem, ac ferum. Varro *de i. v. h. c.* Sapiens & bonum ferre potest modicè, & malum fortiter, ac leuiter. Var. Tithon. *de i. v. h. c.* Si multum lusi, modicè ambis. Sallust. Jugurth. bello: Animus belli ingens, domi modicus, libidinis & diuitiarum victor.

293 ¶ *Mitis, est tranquillus, & leuis.* Virg. li. viij. Mitis vt in morem stogni, placidæque paludis. Lucil. lib. xxx. Et illud quoque mite malum, blandum atque dolosum. Tul. Hort. Aut Theopompo acius, aut Theophrasto mitius inueniri potest? ¶ *Mitis, est maturus.* Plaut. Mil. Mitissimè quidem sustibus. Virg. Bucol. Sunt nobis mitia poma. Turp. Lindia: Misero mihi mitigabat sandalio caput. Pac. Dul. Nec grandiri frugum ferum posse, nec mitescere. M. Tul. de Repub. lib. iij. Cùmque autumno terras ad concipiendas fruges pertecerit, hyeme ad concipiendas relaxarit, a fistula maturitate alia mitigauerit, alia torruerit. Idè de senect. Facit perlepe ipsa sibi audientia disertis senis compta, & mitis oratio.

294 ¶ *Mator, est quæ quoduis animal partu.*

edit. Virg. Georg. lib. iij. Mater Cyrene, mater. ¶ Matrem veteres etiam *nutricem* dici volunt. Plaut. Menach. Ita forma simili pueri, ut mater sua Non internosse possit, quae mammam dabit, Neque adeo mater ipsa, quae illos pepererat. Virg. Aeneid. lib. viij. Et lambere matrem Impavidos. id est, nutricem.

295 ¶ *Merum*, est *solum*. Terent. Phor. Nihil habet nisi spem meram. Var. τὸ πᾶσι τὸ πᾶσι: Ac liberos parare cui necesse sit, non est merum, nec tu adepot quid simulas tuis? Plaut. Aflinar. Aurum atque argentum merum est. Fixus hic apud nos est animus tuus clauo Cupidinis. Varro Selsquilylisse: Diogenem postea pallium solum habuisse, & habere Vlysses meram tunicam, pileum ideo non habere. Idem Eumenid. Tu non infans, quod tibi vino corpus corrumpis mero. ¶ *Merum*, *syncerum*. Pompon. Piscatoribus: Nescio quid non est hoc merum, quod hic plorat. Var. Marci. Eodem coniecisse mera miracula nescio quae. Cic. de Orator. lib. ij. Ecce tibi exortus est Ilocrates magister istorum omnium, cuius est ludo tanquam ex equo Troiano meri principes exierunt.

296 ¶ *Meret*, *meretur*. Virg. lib. x. Qualem meruit Pallanta remitto. Et lib. iij. Si bene quid de te merui. M. Tul. ad Caesarem iuniorum lib. ij. Quem periisse ita de Reputentem consulem doleo. Lucil. li. xxx. Publica lege ut mereas, praesto est tibi quae stes. Varro Eumenid. Quia plus, inquit, merere debet, in quo est virtus. ¶ *Meret* rursus *dolet*. Virg. Aeneid. lib. iij. Sola domo meret vacua. ¶ *Meret*, *militat*. Lucil. Satyr. li. xv. Dum miles hybernas ac meret terfa ex aetate quasi annos. Idem li. xi. Annos hic errat iam plures miles hyberna, Nobiscum meret. Virg. li. v. Merui quoque, saepe furores Compressi. Var. de vita populi Romani li. iij. Qui in exercitu donati essent, & aro publico mererent. ¶ *Meret*, *humillimum*, & *sordidissimum* questum capit. Varro Rerum humanarum li. xx. Qui in ordine erat, is aet militare merebat, & ob mercedem, laborem, vel infamiam corporis locat. Lucil. lib. j. Et mercede meret religiones. Varro Agathone Duloreste: Qui merita hominem, & seruum facit. vnde & *mercenarij*, & *meretrices* dicuntur. Idem Eumenidibus: Primum iste qui meret sestertios vicinos.

297 ¶ *Medicamentum*, est quo homines, vel animalia caetera curantur. M. Tul. de offi. li. iij. Si quis medicamentum cuiquam dederit, ad aquam intercutem. ¶ *Medicamentum* rursus *venenum*, ut Graece φαρμακον: vel producta eius verbi prima syllaba, quod apud Medos venefici sint plurimi, secundum Virgilium Geor. libro ij. Media fert succos tristis, tardumque saporem Felicis mali. Et in sequen-

tibus: Pocula siquando saeva infecere nouerca, Miscueruntque herbas. Var. αἰεὶ ἐξαρῶν: Querit ibidem ab Annibale, cur biberit medicamentum. quia Romanis, inquit, me Prusias tradere volebat.

298 ¶ *Minutum*, est, ut saepius, *breue*. ¶ *Minutum* est, *obscurum*, & *seropulosum*, ut a Graecis dicitur λεπτομαρτε. Cicero de finibus bonorum & malorum li. j. Ecce autem mali, minuti, & angusti, & omnia semper desperantes, aut maleuoli, inuidi, difficiles, lucifugi, maledici, monstruosi.

299 ¶ *Malignum* significat consuetudine, *maleuolum*. ¶ *Malignum*, *obscurum*. Virg. lib. vj. Quale per incertam lunam sub luce maligna Est iter in syluis. ¶ *Malignum*, *gracile*, *minus ferax*. Virg. Georg. ij. Difficiles primum terrae, collisque maligni.

300 ¶ *Moliri*, est *facere*. Vir. Aen. lib. j. Molirive moram, & veniendi exposcere causas. Idem: Res dura, & regni nouitas me talia cogunt Moliri. M. Tul. Philippicis: Quem nihil aliud agere, nihil moliri, nisi necem ciuium, atque imperum ciuitatis videre. Idem de senectute: Iners non fit, verum etiam sit operosa, & semper agens aliquid, & moliens. ¶ *Moliri*, *retinere*, *morari*, ac *repigrare*. Caecil. Progammo: Ita quod laetitia me mobilat, maior molitur metu. Lucil. li. vij. Mutilatur, molimur, subducimur. ¶ *Moliri*, *exstruere*, dictum a molibus. Virg. Aeneid. lib. j. Molirique arcem, & manibus subuoluere saxa. Acc. Philoctete: Vbi horrifera, & soni stridor gelidas molitur niues. Vnde *demoliri* dictum est destruire. M. Tul. de offic. lib. j. Hanc Scaurus demolitur, accessionem adiuxit adibus. Calfius Hemina de censoribus li. ij. Et iam aurea in Capitolio signa, quae erant, demoluntur. M. Tul. de offic. lib. iij. Demoliri ea, quorum altitudo officeret auspiciis.

301 ¶ *Molle*, est *non durum*. Virg. lib. viij. Mollibus est stratis opera ad fabrilis surgit. Idem Geor. li. ij. Quid nemora Aethiopum molli canentia lana? ¶ *Molle*, *reccens*, *nouum*. Virg. Bucolic. Sunt nobis mitia poma, Castaneae molles. ¶ *Molle*, *opportunitum*. Virg. Aeneid. lib. iij. Sola viri molles aditus, & tempora noras. Idem: Et quae mollissima fandi Tempora. ¶ *Molle*, *leue*, *coetennendum*. Vir. Geor. li. iij. Tua Maecenas haud mollia iussa. M. Tul. de senectute: Quod ferendum est molliter sapienti. ¶ *Molle*, *no arduum*, *nec erectum*. Vir. Buc. Quae se subducere colles Incipiunt, mollique iugum dimittere cliuo. ¶ *Molle*, *dulce*, *incondum*. Virg. Geor. li. ij. Mollisque sub arbore somni. M. Tul. de legibus libro ij. In animos teneros, atque molles influere, quam varios canendi sonos. Idem de senectute: Omnis absterferis senectutis molestias: sed etiam effeceris mollem, ac incondam senectutem. ¶ *Molle*,

¶ Molle, placidum. Accius Teleph. Remisque nixi propter nauem in fugam Tradunt, subter saxa ad læuam, quã mons mare Molliat. M. Tullius de senectute: Et Annibalem iuueniliter exultantem patientia sua mollebat.

302 ¶ *Mirari*, significat nouo aliquo obstupesceri. Virgil. Æneid. lib. i. Artificumque manus inter se, operumque labore miratur. ¶ *Mirari, delectari, accendi*. Virg. Georg. lib. iij. Seu quis Olympiaca miratus premia palmæ Pasce equos. ¶ *Mirari*. Virgilius lib. viij. Ille operum custos, illum admirantur, & omnes Circumstant.

303 ¶ *Micare*, est fortiri digitis. M. Tul. de offi. lib. iij. Dignum esse dicunt, qui cum in tenebris mices. & eos, quas ipse quasi sorte, aut micando victus alteri cedit. Varro Parmenone: Micandum erit cum Græco, vtrum ego illius numerum, an ille meum sequatur. ¶ *Micare, per vices sine ordine mouere*. Virg. Georg. lib. iij. Micat auribus, & tremat artus. Idem libro decimo: Semianimique micant digiti, ferrumque retractant. Et Georg. libro quarto: Et linguis micat ore trifidulis. Lucilius lib. xxx. Omnia tumendo mucro videas feruente micare. ¶ *Micare, fulgere*. Virgil. Æneid. libro primo: Micat ignibus æther. Et libro secundo: Ardentis clypeos, atque ara micantia cerno.

304 ¶ *Mittere*, manifestam habet significationem. Virgilius libro septimo: Mittitur & magni Venulus Diomedis ad urbem. Et Georgic. tertio: In saltus vtrunque gregem, atque in pascua mittes. Et: Mitte in Venerem pecuaria primus. ¶ *Mittere, est excludere*. Virgil. Æneid. lib. i. Mæstumque timorem. Mitire. Sisenna Histor. lib. tertio: Mulierem missa fide, ac pietate propter amoris nefarii lubricinam exstitisse. ¶ *Mittere*. Virgilius Bucolicis: Hos illi (quod nec bene vertat) mittimus hædos. ¶ *Mittere, omittere*. Terentius Adelph. Hera lacrymas mitte. Virgilius lib. xi. Mitto ea que maris bellando exhausta sub altis. Lucil. lib. xxx. Hoc missum face, illomet vtere libenter. M. Tullius de offic. lib. tertio: Manlium missum fecit. tantum temporibus illis iusurandum valebat. Plaut. Aulularia: Iam scrutari mitto: redde huc.

305 ¶ *Mandare*, significationem habet notam: vt Virgil. libro octauo: Multa patri madata dabat portanda. ¶ *Mandare, commendare*. Virgil. Æneid. lib. iij. Furtim mandat alendum Threicio regi. M. Tul. de offic. li. ij. Dein scriptis non ea, que nunc, sed actiones nostras mandarem, vt sæpe fecimus.

306 ¶ *Maturum*, dicitur celer. Virgil. Æneid. li. j. Maturare fugam, regique hæc dicite vestro. Acc. Menalippo: Est res aliqua, que presente his prius maturè institit. M. Tul. de

offi. lib. tertio: Venit ipse maturè, scalmum nullum videt. Varro Endymion. Qui vt vigilatè maturè cepisti, in eo retinueri s. ¶ *Maturum, grane, sapiens*. Virgilius lib. v. Hoc Helymus, hoc xui maturus Acestes. M. Tul. de senectute: Iam constantis ætatis, & senectutis maturitas. ¶ *Maturum, mite, coltum*. Virg. Bucolicis: Triste lupus stabulis, maturis frugibus imbres. Varro Eumenidibus: Discumbimus mustati: dominus matura oua ad cænam committit.

307 ¶ *Metus*, dicitur, sicuti plurimum, timor. Virgilius libro sexto: Et metus, & malè suada fames. ¶ *Metus, religio*. Virgil. li. vij. Sacra coma, multosq; metu seruata per annos.

308 ¶ *Manere, est loco insistere*. Virgilius li. decimo: Manet imperterritus ipse Hostem magnanimum opperietis. M. Tul. in Verrem: Qui iudicia manere apud ordinem senatorium volunt. Idem de offic. Cysilum quendam suadentem, vt in vrbe manerent. ¶ *Manere, imminere, deberi*. Virgilius libro septimo: Te, Turne nefas, te triste manebit Supplicium. M. Tul. Philip. lib. xij. Sin autem me aliud fatum manet. ¶ *Manere, expectare*. Terent. Eunuch. Quam mox irruimus: mane. Omnia prius experiri consilio, quam armis sapientem decet. ¶ *Manet, inhaeret, infixum est*. Virgil. Æneid. li. i. Manet tela mente repositum. Plautus Afinaria: Vale. aliquanto amplius valerem, si hic maneres.

309 ¶ *Monstrum*, dicitur horrenda magnitudo. Virg. Æneid. lib. ij. Monstrum horrendum, informe, ingens. ¶ *Monstrum, monstratorem*. Virg. Æneid. li. iij. Monstra delum refero.

310 ¶ *Maculosum, sordidum, immundum*. Lucil. li. xxx. Hæc vestimentis maculosis tum aspici iste. ¶ *Maculosum, est varium*. Virgil. Æneid. libro i. Succinctam pharetra, & maculosa tegmine lyncis.

311 ¶ *Macula, turpitudine*. M. Tul. in Verrem actione ij. Cuius vt adolescentiæ maculas, ignominiasque præteream. Lucilius lib. xxx. Quæ scis scire tuas omnes maculasq; notatque. ¶ *Macula, in retibus plaga*. M. Tul. de supplicii in Verrem actione ij. Reticulumque ad nares sibi admouebat, tenuissimo lino, minutis maculis, plenum rosæ.

312 ¶ *Metiri, est transire*. Lucilius lib. xxx. Vir mare metitur magnam fluctibus tradit. Virg. Georg. li. quarto: Et iuncto bipedum curlu metitur equorum.

313 ¶ *Manica*, dicuntur vestium. Virg. li. xi. Et tunica manicas, & habent redimicula mitra. ¶ *Manica, quibus manus vincuntur*. Lucil. li. xxx. Si laqueis, manicis, pedicis mens irrita est. Virgil. Æneid. lib. ij. Manicas atq; arcta leuari Vincla iubet Priamus. Plaut. Afin. Vbi manus manica complexæ sunt.

314 ¶ *Mæstru, triste, miserabile*. Virg. Æneid.

lib. ij. Et mastas expromere voces. Lucillius xxi. Cohibet & domi mastus se Albinus. ¶ Mastum, *enochim fame*. Lucillius libro xxix. Ventrem alienum, mastum, fouere ex molito ordeo, uti cataplasma.

315 ¶ Mutare, *develinquere*. Lucil. libr. xxvj. Mihi quidem non persuaderetur, publicè ut mutem meos. ¶ Mutare, *transferre*. Lucil. lib. xxvij. Doctior ceteris isalaminis mutes aliquò tecum sacra facta vitia. ¶ Mutare, *aliud pro alio accipere*. Lucil. libro xxvj. Publicanus verò, ut Astæ stam scripturarius pro Lucillio, id ego nolo; & vno hoc non muto omnia.

316 ¶ Mouere, manifestum est, quam habeat significationem. ¶ Mouere, *excludere*. M. Tul. de offi. libr. iij. Atqui quodam quasi veneno perficiat, ut veros heredes moueat, in eorum locum ipse succedat.

317 ¶ Meditari, est discere, perdoceri. Plaut. Amph. Prius ipse mecum etiam volo hic meditari, si hoc pro hoc loquar. ¶ Meditari, *excogitare*. Terent. Andria: Venit meditatus alicunde ex solo loco.

N

318 ¶ Nobile, ad dignitatem generis refertur. Sall. Lucius Catilina, nobili genere natus fuit. ¶ Nobilis dicitur & *notus*. M. Tul. de offi. lib. ij. Testis est Phalaris, cuius est præter ceteros nobilitata crudelitas. Lucil. Satyr. li. vij. Phryne nobilis illa ubi amatorem improbius quæ. Varro *de rei agrorum*: Tum contremula aquilenta apud alta litora Oriris, ac reluces nobilis omnibus. Acc. Diomede: Me Argos referam: nam hic suam nobilis, necui cognoscar noto. Teren. Heauton. Mea est potens, magnifica, sumptuosa, nobilis. Virgil. lib. iij. Est locus Italiae medio sub montibus altis Nobilis. M. Tul. in Verrem actione ij. Oppidum est in Hellespoto Lampacum. id in primis Asiae provinciae clarum, & nobile. Lucil. l. xxix. Tum illud Epiphoni, quod etiam tum nobile est. Vnde nobilitarent, notificarent dictum est. Titinnius Prælia: Magisque fame obiectarent, ne eam malefactis nobilitarent. Accius Telepho: Nam is demum miser est, cuius nobilitas miserias debilitat. Pacuvius Duloreste: Hiccine is est, quem fame gratia ante omneis nobilitat viros?

319 ¶ Numerum, ordinem. M. Tul. de Deorum natura lib. ij. Nihil est enim ut orationem numero moveri possit sine consilio, in quo nihil est temerarium. Virg. Æneid. li. iij. Digerit in numerum. ¶ Numero, *signo*. Acc. Oenomaio: Numero te expurgasti. Idem Antigona: Ne istum numerum amittas subitum oblatum. Turpil. Demetrio: Nūquā nimis numero quenquam vidi facere, quam facto est opus. Idem Lindia: Ego interim in turba foras subduxi cum hac me, Nequis ad numero mihi videbat currere. Varro *de rei agrorum* Quid

puer rogasset, & petasatus capite annuisset: ac discedens numero venire ait adolescentem. Afran. Priuigno: Numero inepti pertimuitis cassam terriculam aduersarij. Plaut. Amphit. Numero mihi in mentem fuit. Var. Cato, vel de liberis educandis: Ut qui contra celeriter erant nati, ferè munerariis premuniabant: quod, qui citò facturum quid se ostendere volebat, dicebat numero id fore, quod etiam in partu precabantur numeri, & quam deam solent indigetare etiā pontifices. ¶ Numeros modos. Virg. Bucol. Numeros memini, si verba tenerem. Tul. de offi. li. iij. Perfectum atque absolutum est, & ut idem dicitur, omnes numeros habet.

320 ¶ Niti, est conari sub onere. Virg. Geor. li. iij. Post valido nitens sub pondere faginus axis Increpat. Cic. Tusc. li. i. Num illud, quod Sisyphus versat Saxum, sudans nitendo, neque proficit hilum? ¶ Niti, *sultum esse*. Lucil. libro xxvi. Summis niti natura opibus; at ego contra, ut dissimilis siem. ¶ Niti, est *incumbere*. Virgil. lib. vi. Ille vides pura iuuenis qui nititur hasta. ¶ Niti rursum, *ambulare*. Pacuvius Peribœa: Ardua per loca agresti, ac trepidate gradu nititur. Virg. Æneid. li. ij. Pressit humi nitens. Varro Pranso parato: Contra coactus seruus latratu canum Ferrur bisulcis vngulis nitens humu. ¶ Niti, *volare*. Virg. Æneid. lib. iij. Hic primum paribus nitens Cyllenius alis Constitit.

321 ¶ Nare, est natate. Virg. li. viij. Et fluvium vinculis innaret Cœli a rupis. ¶ Nare rursum *volare*. Virg. Geor. lib. quarto: Hinc ubi iam emissum caueis ad sidera cœli Nare per æstatem liquidam suspexeris agmen. ¶ Natate iterum *trepidare*. Virg. Geor. li. iij. Conditque natantia lumina somnus.

322 ¶ Necessitudo, pro necessitate. Sallust. Iugurthæ bello: Etiam iam ante Iugurthæ filia Boccho nupserat, verum ea necessitudo, quæ etiā timidos fortes facit. Idem eodē: Coactus rerum necessitudine, statuit armis certare. Var. Modio: Assè vinum, assè pulmentarium sededas, quò natura aurigatur, non necessitudo. Sisen. Hist. li. iij. Id me neque metu, neque calamitatis necessitudine inductum facere.

323 ¶ Necessitas, *vis quadam, quæ alterum cogere inuitum potest*, ut plerunque. ¶ Necessitas, *affinitas*, vnde & hoc iure coniuncti necessarii appellantur. C. Cæsar, cum Plautiam suaserit rogationem: Equidem mihi videor, pro nostra necessitate, non labore, non operam, non industria defuisse.

324 ¶ Nomen, est proprium vocabulum singulorum. Virg. lib. vij. Cui nomina mille, Mille nocendi artes. Et: Nomen aui referens Priamus. ¶ Nomen, *decus, dignitas*. Virgil. Æneid. lib. j. Auuiamque humeris caput, & sine nomine corpus. ¶ Nomen etiam, *debitum* dicitur.

325 ¶ *Nota*, dicitur *probrum*. Lucil. li. xxx. Quem seis scire tuas omnes maculasque notasque. ¶ *Nota, signum*. Virg. Georg. libr. iij. Continuóque notas, & nomina gentis incurrunt. ¶ *Nota, distinctio*. Virg. lib. quinto: Carulea cui terga nota.

326 ¶ *Nudum*, cōsuetudine, sine tegmine dicitur. Virg. lib. v. Nudatósque humeros oleo perfusa nitescit. ¶ *Nudum, in sepulchrum*. Virg. libro v. Nudus in ignota Palinure iacebis arena.

O

327 ¶ *Occupatus, impeditus*, vt Græcè dicitur ἀσπληνός, id est, vacuus non est. Plautus Amphitruo occupatus. Cic. Tul. lib. j. Vt si occupati profuimus aliquid civibus nostris, profimus etiã, si possumus, otiosi.

328 ¶ *Occupare*, est propriè *præuenire*. Cic. Tul. li. v. Quod idem melioribus etiam verbis Metrodorús occupavit. Titinius Veliter na: Ergo occupa foras exire, vt præsit linteũ. Virg. lib. xij. Et venienti Ebulo, plagamque ferenti Occupat os flammis. Accius Eurysace: Quemadmodum impetu occupemus facere vltro in regem fidẽ per eos, & nisi clamoris regem, aut ferre ab regina occupo puerum. Turp. Trasileone: Cello occupare, & me in colloquium conferre horum: Ennius Hectoris Lyris: Hector re summa armatos educit foras. Castriisque castra vltro iam ferẽ occupat. Pacuvius Dulorestes: Is quis est? qui tunc si tu illum occupas, leto dabis. Varro Ephebo, *ὅτι ἐμμενέει*: Crede mihi plures dominos serui comedere, Quam canes: Quod si Actæon occupasset, & ipse prius suos canes comedisset, & non negasset saltatoribus in theatro fieret. Idem Eumenidibus: Prius quam responderem, foris nescio quis occupat res indicare. ¶ *Occupare, detinere*. Plaut. Epidico: Atque id non decem occupatum tibi erit argentum dies. Pacu. Atalanta: Super satis agere, vt ne in mare animum occupes. M. Tul. de officiis libro primo: Et in ea funditus delenda occupati sunt, & fuerunt. Vir. Geor. li. iij. Manicisque iacentem Occupat. Var. Eumenid. Cum in eo essem occupatus, atque in schola curaret, vt scribit Scantius homo per Dionysia. ¶ *Occupare etiam, inuenire, tenere, vel possidere*. Plaut. Trinummo: Familiam optimam occupavit. M. Tul. Hortensio: Et Paulum Marcelli occupavisse. Vir. Æneid. lib. sexto: Occupat Æneas aditũ custode sepulchro. M. Tul. Philip. xij. Agri Lucani possessiones occupavit. ¶ *Occupare, collocare*. Pomp. Pistorib. Quæ tu letam mecum, nulla deinde victoria tam Græca mercede illico curavi, vt occuparem. M. Tul. in Verrẽ actione ij. Præterea pecunias occupauerat apud populos, & syngraphas fecerat.

329 ¶ *Opinio, est fama*. M. Tullius ad Cæsarem iuniorem libr. j. Erat opinio bona de Plautio, bona de Lepido. ¶ *Opinio, suspitio*. Var. Eumenid. Qui omnes me bimatram agitare clamitantes, opinionem mihi infanix meæ confirmant. Accius Eurysace: Opinione factum est, quanto minus stirpem educabant, tantò vereremur magis eos esse. Tul. de offi. lib. iij. Qui primũ hæc natura coherentia, opinione distraxissent. ¶ *Opinio, spes, opinatio*. Tul. ad Cæsarem iuniorem: Post hæc quod voles à me fieri scripto, vincam opinionem tuam. Idem de offi. ij. Opinionem afferunt populo, eorum similes fore, quos sibi delegerint ad imitandum. Varro Endymionibus Sic ad vos citius opinione vestra abundè miser cecidi. Sisenna Hist. lib. iij. Popedius opinione frustrata.

330 ¶ *Obscenum, est immundum*. Virg. Æneidos li. iij. Obscenas pelagi ferro fœdare volucres. M. Tul. de offi. lib. j. Alter ne libero quidem, si rerum turpitudini adhibetur verborum obscenitas. Varro Agathone: Plagamque obscenis verbis nouæ nuptulæ aures restaurant. ¶ *Obscenum, vitabile*. Virg. Æneid. lib. iij. Obscenamque famem, quæ prima pericula, vito. Idẽ xij. Ne me terrete timentem Obscena volucres. Accius Astryanacte: Hunc alta spinem regionum fac, ac desister exercitum motari, nec me ab domuitione marce retur obsceno homine. Cic. Tusc. lib. ij. Vna & obscenas voluantes, de quibus multa ab illis habetur oratio. ¶ *Obscenum significat maledicum*. Acc. Oenomao: Vos ite actutum, atque opere magno edicite per urbem, vt omnes, qui arcana, astetumque accolunt ciues, omnibus faustis angustam adhibent fauentiam, ore obscena dicta segregent. Lucil. lib. xxix. Deum rixa vertat verba obscena.

331 ¶ *Obitus, significat mors, vel occasus*. Virgilius Georgicorum libro primo: Nec frustra signorum obitus speculamur, & ortus. ¶ *Obitus rursus aduentus*. Accius Antigona: At, at, nisi me fallit in obitum sonitus. Turp. Epidico: Equis est, qui interrumpit sermonem meum obitu suo?

332 ¶ *Omen dicitur auspiciũ prosperum*. Virgil. Georg. libro iij. Omine quo firmans animum, sic incipit ipsa. ¶ *Omen significatio aduersa*. Virgil. lib. xij. Nève omine tanto Persequere.

333 ¶ *Olim, trinam habet significationem temporum præteriti*. Virg. Buc. Meos olim si fistula dicat amores. ¶ *Olim temporis futuri*. Virg. Æneid. lib. j. Hunc tu olim cælo spoliis Orientis onustum Accipies secura. Lucil. Satyr. li. xix. Sic tu illos fructus quæras aduersa hyeme olim, Quæis vti possis, hæc de lectare domive. Turp. Philop. Deinde cum ad te redierit res olim post mortem patris.

Africanus Suspecta: Non amatorem olim defensorem per eum voler.

334 ¶ *Optare*, est precibus à dys aliquid postulare. Vir. Æneid. li. vij. Et reor, & siquid veri meus augurat, opto. ¶ *Optare, eligere*. Lucil. Satyr. li. xix. Aurum vis, hominēve habebas hominem: quid ad aurum? Quare (vt dicimus) non video hic quid magnopere optem. Sallust. Hist. li. iij. Atque cum cupio laudatum accensum, quæ præmiorum spes, quibus cum optauisset, ire iubet. Vir. Æneid. li. iij. Optauitque locum regno. M. Tul. de offi. li. j. Quæque maiori parti pulcherrima videantur, ea maximè optant. Terent. Eunuch. Hoc si effeceris, Quoduis præmium donum à me optato. Varro Marcipore: Diogenes, qui amicos, qui ab Alexandro rege iussus optare, quid veller se facturum.

335 ¶ *Offendere*, est percutere. Turpil. Paraterrula: Caput vt offendit ad limen pol. Lucil. li. xxix. Crus lapide, nihil est, credam si te offenderit. Varro Marcipore: Dein mittit virile veretrum in flumen, offendit buccam bolumnio. ¶ *Offendere, ledere*. M. Tul. de supplicis li. iij. Cum iste cum pallio purpureo, parique tunica versaretur in conuiuio cum mulieribus, non offendebantur homines in eo, neque molestè ferebant. Lucil. li. xxvij. Nam hic quidem reditum [suum] talem portendebant, neque alia in re vlla offendere. ¶ *Offendere, inuenire*. Pacu. Ilioa: Quos ego ita, vt volui, offendo incolumis. Afran. Homine: Ea memoriter cum venero confecta vt offendam. Quadrigarius Annal. li. ij. Inde postquam aliquantum recessit, offendit montem loca munita, resque omnes habere, quæ militibus opus sunt, ligna, aqua, pabulum. Et Teren. Eun. Offendi adueniens quendam mei loci, atque ordinis hominem. M. Tul. du signis: Quod nondum perfectum templum offenderant, neque ponere, neque vulgò ostendere voluerunt. Lucil. lib. xxvi. Si quod verum, inusitatum autem *inuenire* offenderam. M. Tul. de Repu. li. ij. Sed imitator Architam illum Tarentinum, qui, cum ad villam venisset, & omnia aliter offendisset, ac iusserat. Plaut. Amphit. Eo more expergefatum, adueniens tenebrosum offendi dominum. Varro Sexagesi: Romā regressus, ibi nihil offendi, quod ante annos quinquaginta, cum primùm dormire cœpi, reliqui.

336 ¶ *Obscurum*, est sine lumine. Vir. Georg. li. j. Si nigrum obscuro comprehenderit acra cornu. ¶ *Obscurum, ignobile*. M. Tul. de offi. li. ij. Qui magna sibi proponunt obscuris orti maioribus. ¶ *Obscurum, absconditum, lateus*. Virg. nono: Vidimus obscuris primùm sub vallibus urbem.

337 ¶ *Observare, suspicere, magnificare*. Tul. 60

de offic. li. j. Sicut aliquo honore, aut imperio affectos obseruare, & colere debemus. ¶ *Obseruare, celare, & intus tegere*. Plaut. Aulul. Vbi is obiit mortem, qui mihi id aurum credit, Cœpi obseruare. ¶ *Obseruare, cognoscere*. Virg. Æneid. lib. ij. Et vestigia reuò Obseruata sequor per noctem. ¶ *Obseruare, curiose, & suspiciter circum adspicere*. Plaut. Aulul. Oculos ego istos improbè effodiā tibi, Ne me obseruare possis; quid rerum geram. ¶ *Obseruare, captare*. Virg. Geor. li. iij. Quos durus arator Obseruans nido implumeis detraxit. Lucil. li. xxvij. Quòd si obseruas hominem, qui pro commodo, & regno gaudeat. Ter. And. Perterrefacias Dauum, obserues filium Quid agat.

338 ¶ *Occurrere* dicitur obuium fieri. Vir. Æn. li. vi. Hic illi occurrit Tydeus. ¶ *Occurrere, subuenire, commouere*. M. Tul. de supplicis: Occurrebat illa ratio.

339 ¶ *Offerre, inuenire*. Lucil. li. xxvi. Homines ipsi hanc sibi molestiam vltro, atque ærumnam offerunt, ducunt vxores. ¶ *Offerre, asferre*. Lucil. li. xxix. Vt nunc hac re mihi opem, atque auxiliū offeras. ¶ *Offerre, ostendere*. Vir. Æneid. li. vi. Strictamque aciem venientibus offert.

340 ¶ *Obducere, aperire*. Luc. lib. xxix. Vos interea lumen afferte, atque aula obducite. ¶ *Obducere, tegere*. Vir. Bucol. Obducit pascua iunco.

341 ¶ *Orator*, significatione manifesta est. ¶ *Oratores, legatos*. Virg. Æneid. li. xi. Centū oratores prima de gente Latina Ire placet.

342 ¶ *Orare*, est precibus postere. M. Tull. Verinarum in diuinatione: Rogare & orare, ne eos supplices adspenarer. ¶ *Orare, agere*. M. Tul. de offic. lib. iij. Vt veram amici causam esse malit, vt orandæ litis tempus, quoad per leges liceat, accommodet.

343 ¶ *Oppido, valde*. Plaut. Amp. Oppidò interij. obsecro hercle quantus, & quàm validus est.

344 ¶ *Oppetere, occumbere, mori*. Virg. Æn. li. j. Queis ante ora patrum Troiæ sub menibus altis Contigit oppetere. ¶ *Oppetere, incidere*. Plaut. Afin. Atque illa viuua viuus vt pestem oppetas.

345 ¶ *Obesum, pro vberis & crasso sapius ponitur*. Vir. Georg. li. iij. Argutumque caput, breuis aluus, obesaque terga. ¶ *Obesum, gracile, & exile*. Næuius Alcestide: Corpore, peccatorèque vndique obeso, ac mente exfensa, tardigemulo senio oppressum.

P

346 ¶ *Proprium, diuturnum*. Sisenna Hist. libro iij. Tum subito tacuit: atque metu, & suspitione propria capere non poterat quietem. ¶ *Proprium est suum vniuersiulque*. Virg.

Virgil. lib. vij. Hunc mihi da proprium virgo
fata nocte laborem. Varro Caprino prælio:
Nam virtutem propriam mortalibus fecit;
cætera promiscuè voluit communia habere.
¶ Propriū significat rursū *perpetuum*. Sifen-
na Hist. lib. iij. Victōribus propriè spem, vi-
ctis aduersè fortunæ maiorem formidinem
obiecit. Plautus Cistellaria: Atque illum ama-
torem tibi proprium futurum in vita. Virgil.
lib. vj. Propria hæc si dona fuissent. Idem lib.
iij. Da propriam Tymbræe domum. Terent.
Andria: Ego deorum vitam propterea sempi-
ternam arbitror, Quod voluptates eorū pro-
priæ sunt. Accius Armorum iudicio: Nam nō
facile sine deū opera propria humana sunt
bona. Idem Medea: Fors dominatur, neque
vita vlli propria in vita est. Lucillius Satyr. li.
xvij. Cætera cōtemnit, & in v̄sura omnia ponit
Non magna: proprium verò nil neminè
habere. Mar. Tul. de Repub. lib. iij. Et noster
Plato, magis etiam quàm Lycurgus, omnia
qui profus iubet esse communia, nequis ci-
uis propriam, aut suam rem vllam addiceret.
Afranius Vopisco: Dij tibi dent propria que-
cunque exoptes bona. Lucil. lib. xxvij. Cūm
sciam nihil in vita proprium mortali datum
esse.

347 ¶ *Præuertere, præuenire*. Virg. Æne. libr.
iij. Volucrēmque fuga præuertitur Hebrum.
¶ *Præuertit, reuocat*. Plaut. Amph. Ibi me incla-
mar Alcmena, iam ea res horrore afficit, he-
rilibus præuertit metus, accurro, vt sciam, quid
velit. ¶ *Præuertere iterum significat, antepo-
nere*. Plautus eodem: Illuc redeundum est mi-
hi, ne me vxorem præuertisse dicant præ-
publica.

348 ¶ *Promittere, est polliceri*. Virg. Æne. lib.
ij. Promissū vltorem, & verbis odia aspera mo-
ui. M. Tul. ad Cæsarem iuniorē: Promissa
tua memoria teneas. ¶ *Promittere etiam si-
gnificat ad magnitudinem nutrire*. Plaut. Rudē-
te: Capillum promittā optimū est, incipiām-
que hariolari. Virg. Æne. lib. iij. Promissaque
barba. Var. Modio: Quod tum erant in Gra-
cia coma promissa, rasa barba, pallia trahen-
tes.

349 ¶ *Protelare, est percutere, perturbare*. Ter.
Phor. Neu te iratus suis sæuis dictis protelet.
Sifenna. Hist. li. iij. Romanos impetu suo pro-
telant, prolectos persequuntur. ¶ *Protelare
rursus adiunare*. Lucil. li. vj. Quem neque Lu-
canis oriundi montibus tauri Ducere prote-
lo validis ceruicibus possent. Idem li. xij. Hūc
iuga mulorum protelo ducere centum Non
possunt. Cato Originū lib. v. Sed protelo tri-
ni boues vnum aratrum ducent. Varro Cato,
vel de liberis educandis: Remotissimum ad
discendū formido, ac nimius timor, & omnis
perturbatio animi: contrā delectatio protelo
ad discendum. ¶ *Protelare etiam excludere.*

Turpilius Lemniis: Propter peccatum pau-
xillum indignissimè Patria protelatum esse
sæuitia patris. Sifenna Hist. lib. iij. Dux co-
hortes de subsidio procedunt, atque equites
protelant.

350 ¶ *Prodere, significat deferre*. Virg. Æn.
lib. ij. Prodere voce sua quæquam, aut oppo-
nere morti. ¶ *Prodere rursus, differre, vel ex-
cludere*. Virg. Æn. lib. j. Nos tua progenies, cæ-
li quibus annuis arcem, Nauibus, infandum,
amissis, vnus ob iram Prodimur, atque Ita-
lis longè disiungimur oris. Lucil. Satyr. lib. v.
Possisne elabi an prodenda dies? Terent. An-
dria: Aliquot saltè nuptiis prodat dies. ¶ *Pro-
dere, etiam protendere, vel edere*. Virg. Æneid.
lib. quarto: Italiam regeret, genus alto à san-
guine Teucris Proderet. M. Tul. de supplicis
in Verrem: Ius imaginis ad memoriam, po-
steritatēque prodendam. Et de senectute:
Non accipere modo hæc à maioribus volue-
runt, sed etiam posteris prodere.

351 ¶ *Periculum, est salutis discrimen*. Virgil.
Æn. lib. tertio: Obscurnamque famem, qua
prima pericula, vito. Lucil. lib. xxix. Adde a-
lios omnes meo periculo ex ordine. ¶ *Peri-
culum, experimentum*. Sifen. Histor. lib. quarto:
Periclitantur tormenta, ac tela, multaque ge-
nera machinamentorum. M. Tul. de republ.
lib. tertio: Sed vt ipsi seu animum periclitan-
tur, seu vident quid se putent esse facturos.
Terent. Eunuchus: Fac periculum in litteris.
M. Tul. de Deorum natura libro ii. Sicut ex
quibusdam stirpibus, & herbis, quorum vtili-
tates longinqui temporis vsu, & periclitatio-
ne percepiimus. Lucil. lib. xxix. Cuius si in pe-
riculo feceris periculum. Plaut. Amph. Verūm
periclitatus sum animum tuum. Sallust. Catil-
inæ bello: Tunc vero periculo, atque nego-
tiis compertum est. ¶ *Periculosum, maius, &
vehemens*. M. Tul. de officiis libro primo: Gra-
uioribus autem morbis periculosas curatio-
nes, & ancipites adhibere coguntur.

352 ¶ *Pressum, subtile*. M. Tul. Hortensio:
Quis te autem est, aut fuit vnquam in partiū
dis rebus, in definiendis, in explanandis pres-
sior? ¶ *Pressum, onustum, grauatum*. Virg. Geor.
lib. primo: Ceu pressæ cū iam portum teti-
gere carinæ Puppibus.

353 ¶ *Premere, defodere*. Virg. lib. x. Sulcūm-
que sibi premat ipsa carina. ¶ *Premere: clau-
dere*. Virg. lib. x. Pressive oculos, aut vulnera
laui Veste tegens. ¶ *Premere, insequi, fugare*.
Virg. Æneid. lib. j. Hac fugerent Graii, preme-
ret Troiana iuuentus. ¶ *Premere, urgere*. Vir-
georg. lib. iij. Ingentem clamore premes ad
retia ceruum. Et lib. vj. Æneid. Faunisque pre-
munt te iussa parentis. ¶ *Premere, significat
immiti cum pondere*. Virg. Geor. libro quarto:
Et spumantia cogere pressis Mella fauis. Idē
Æneidos libro x. Et lauo pressit pede talia

fatus Exanimem, rapiens immania pondera baltei. ¶ Premere rutiū, *refrenare*, vel *cohibere*. Virgil. *Aeneid.* libro j. Imperio premit, & vinculis, & carcere frenat. Idem: Et premere, & laxas sciret dare iussus habenas. Item libr. ix. Sic memorat, vocemque premit. ¶ Premere, *regere*. Virgil. libro ix. Canitiem galea premimus. Et libro xj. Quos Simois premat ille viros. Varro Modio: Capitis coronæ vaccitis luei face vt languore statili viridis Premat. 10
 ¶ Premere, etiam *remouere*, vel *exfringere*. Virg. Georg. j. Et turis opaci Falce premes ymbra. ¶ Premere, *occidere*. Virgil. lib. xj. Armigerūque Remi premit. ¶ Premere, *aduersari*. Virg. libro x. Numina nulla premunt, mortali vitemur ab hoste Mortales. ¶ Premere, *calcare*. Virgil. *Aeneid.* libro secundo: Veluti qui sentibus anguem Pressit humi niteis. ¶ Premere, *deponere*. Virg. Georg. libro secundo: Quod superest, quacunque premes virgulta per agros.

354 ¶ Pretium, *pœna exitium*. Liuius Achilles: Si malos imitabo, tum pretium pro noxa dabis. ¶ Pretium dicitur, *quod re empti datur*. Virg. *Aeneid.* lib. quarto: Vrbem exigua pretio posuit. Terent. Eunnuch. Pretium sperans, ilico producit, ac vendit. M. Tul. Verrinarū actione ii. Et parentis pretium pro sepultura liberū posceret. Lucil. libro xxviii. Nec parcat villo pretio. ¶ Pretium, *pro premio*. Sallust. Jugurthæ bello: Vicit tamen in senatu pars illa, quæ vero pretium aut gratiā anteferebant. Næu. Danae: Quia vt quisque est meritis præfens pretium pro factis ferat. Terent. And. Quod habui summum pretiū persolui tibi. Virg. *Aeneid.* libro v. Et palmæ pretium victoribus. Lucil. libro xxx. Cui vultu, ac facie, ludis, ac sermonibus nostris Virginis hoc pretium, atque hunc reddemus honorē.

355 ¶ Patibulum, *est crux*. Sallust. Histor. lib. iij. Inquis notissimus quisque aut malo dependens verberabatur, aut immutato corpore improbi patibulo emincens affigebatur. ¶ Patibulum, *sera qua ostia obcluduntur*, quod hac remota valvæ pateant. Titin. Fullon. Si quisquam hodie præter hanc Posticum nostrum pepulerit, patibulo hoc Ei caput defringam.

356 ¶ Petere, *significat poscere*. Virg. *Aeneid.* lib. viij. Mittitur & magni Venulus Diomedis ad urbē, Qui petat auxiliū. Lucil. lib. xxvi. Ferri tantum, si roget me, non de, quantū auri petit. ¶ Petere, *commemorare*. Virg. *Aeneid.* lib. viij. Quid causas petis ex alto? ¶ Petere, *percutere, ferire*. Virg. Bucol. Iam cornu petit, & pedibus qui spargat arenā. ¶ Petere, *appetere*. Virg. lib. viij. Notūmq; petiuit Coniugis infusus gremio per membra toporē. ¶ Petere, *sequi*. Virg. li. v. Quæ petit, & summis annexus virib⁹ vrgit. Lucil. xxvii. Rerū explicatorē mittā, miserum

médicū petā. ¶ Petere, *abducere*. Virg. lib. vi. Tartarū ille manu custodē in vincula petiuit. ¶ Petere, *inquirere*. Virg. lib. viij. Euandru petimus. ¶ Petere, *cupere, appetere*. Virg. lib. iij. Pulcrāmque petunt per vulnere mortē. Lucil. libro xxvj. Sin autem hoc vident, bona semper petere sapiētē putāt. ¶ Petere, *eligere*. Virg. Georg. lib. iij. Principio sedes apibus, itatiōque petēda. ¶ Petere, *obtinere*. Virg. *Aeneid.* lib. j. Quæ proxima, litora cursū Cōtendunt petere. ¶ Petere, *manere, expectare*. Virg. li. viij. Troianos hæc mōstra petunt. ¶ Petere, *tenere*. Virg. *Aeneid.* lib. j. Sūmissi petimus terrā, & vox fertur ad aures.

357 ¶ Propter, *significat eius causā*. Virg. *Aeneid.* lib. iij. Te propter Libyæ gētes, Nomadum que tyrāni Odere. ¶ Propter, *alicuius rei causā*. Var. Sæquiul. Quod Minerva propter stetit, significare cum propter doctrinā. ¶ Propter, *iuxta*. Virg. Georg. iij. Et viridi in cāpo tēplū de marmore ponā Propter aquā. Varr. Cato, vel de liberis educādis: Attestatus est Fortunā propter cuius aram mea hostia erat cæsa; id quod postea verū esse. Terēt. Adolph. Nimiū istuc abiisti, hic propter hunc assistē. M. Tull. de senectute: Sic adolefcentiæ voluptate propter intuens magis fortasse lætatur: sed delectatur etiā senectus procul eas adspiciēs. Idē de republ. li. j. Eū quoq; vt salutauit, propter Tuberonē iussit adfidere. Var. Sæquiul. Quod Minerua propter stetit, significare eū propter doctrinam. Idem Eumenidibus: Propter eam porticū situm erat dolium. Sisenn. Histor. li. iij. Partem cohortium propter mare collocat in litore.

358 ¶ Ponere, *est deponere*. Virg. *Aeneid.* li. j. Pōnūtque ferocia Pœni Corda volente Deo. ¶ Ponere, *est sumere, continere*. M. Tul. de offi. li. ij. Mirētūq; in ea tantū me opera, & tēporis ponere. ¶ Ponere, *constituere*. Virg. Georg. iij. Tēplū de marmore ponā. ¶ Ponere, *obseruare*. Virg. *Aeneid.* li. iij. Aut parco sale cōtingūt, hie miq; reponūt. Et *Aeneid.* li. j. Manet alta mente repositū Iudicium Paridis. ¶ Ponere, *desinere*. Virg. lib. viij. Cū venti posuere, omniūque repentē refedit Flatus.

359 ¶ Pernix, *significat celer*. Virg. Georg. li. iij. Talis & ipse iubam cernice effudit equina Cōiugis aduētū pernis Saturn⁹. Lucil. l. xxvii. Fuimus pernice, eternū id nobis sperātes fore. ¶ Pernix, *perseuerās*. Virg. Georg. li. iij. Et inter Dura iacet pernix in strato saxa cubili.

360 ¶ Pullū, *est æstatis nouella*. Virg. Georg. iij. Continū pecoris generosū pullus in aruis. ¶ Pullū, *non album*. Virg. Georg. li. iij. Reice, ne maculis infuscet vellera pullis Nascētū. Tit⁹ Liuius: Vestis pulla, pro purē ampla. M. Tull. de signis: In hac officina partē dici cū tunica pulla, & pallio solebat sedere. Var. Sæquiul. Vbi nitide Pheebi veste pulla candidi modestē amictus pascunt pectore.

361 ¶ *Plaga*, sunt verbera. Vir. Geor. lib. iij. Plagis que perempto Tonſa per integram ſoluntur viſcera pellem. M. Tul. de ſuppli- ciis: Plagis conſectum dico à liſtoribus tuis, pater ante oculos tuos concidiſſe. ¶ *Plagæ*, vulnera. Virg. lib. xij. Et venienti Ebiſo, pla- gâ que ferenti Occupat os ſtammis. Idem Geor. lib. iij. Multa gemens ignominiam, plagâ que ſuperbi victoris. M. Tul. de ſuppli- 10 ciis: Atque etiam ipſi adoleſcentes cum Sexto de plaga, & de vno illo icſtu loquebantur. ¶ *Plaga*, ſpatium immenſum. Virg. Æneid. j. Æ- theria quos laxa plaga Iouis ales aperto Tur babat cælo. Varro lege Mænia: Admirantes, quod ſereno inde tenuiſſet oculis cæli rima- ri plagas. ¶ *Plagæ*, ſunt retia, quibus capta im- plicantur. Virg. Æneid. lib. viij. Retia rara, pla- ga. M. Tul. de offic. lib. iij. Sântne igitur inſi- dia, tendere plagas, etiam ſi excitaturus non 20 ſis: ¶ *Plaga*, ſpatium ampliſſimum vel cæli vel a- gri. Virg. Geor. lib. iij. In medio dirimit pla- ga ſolis iniqui. ¶ *Plagæ*, ruſum macule retia- les. Virgilius Æneid. lib. iij. Retia rara, pla- gæ, late venabulo ferro, Maſſili que ruunt e- queſtes: ¶ *Plaga*, aliquâdo pars lecti, aliquâdo a- mmis. Pacu. Atalâta: Et ſi metuo pietate plaga palâ, vt ſit plaga, quâ nûc dicimus clauû. Var- ro Prometheo: Eburneis lectis, & plagis ſi- 30 gillatis. Afran. Palâm facio Demea, & plagu- lam de lecto, pellis dimitte ordine.

362 ¶ *Putare*, colligere, conferre. Plautus Au- lularia: Cur putatur ratio cum argentario? ¶ *Putare*, dicitur purgare, rarefacere. Virgilius Geor. lib. ij. Fingitq; putando. ¶ *Putare*, apta- re. Titin. Fullo. Date penſam lanam, qui non reddet tempori Putatum recêre, facite vt mul- tetur malo. ¶ *Putare*, animo diſputare. Virg. Æ- neid. lib. vj. Multa putas, fortémque animo miſeratus iniquam. Ennius Thyefte: Ibi quid agat, ſecum cogitat, parat, putat. Cæcil. Exfu- 40 le: Non hæc putas, non hæc in corde verſan- tur tibi? Plautus Amphitryone: Quo id, ma- lum, pacto poteſt? nam mecum argumentis puta. ¶ *Putare*, eſtimare. Terentius Andria: Re- cêre putas. M. Tullius Epistolis ad Cæſarem lib. ij. Quod ſapientes homines, ac boni pu- tant. Lucil. lib. xxix. Perge amabo, ac, ſi potes, face dignam me vt vobis putem. 50

363 ¶ *Piare*, dicitur impiare, contaminare. Virgilius libro vj. Diſtulit in ſeram commiſ- ſa piacula mortem. ¶ *Piare*, expiare, purefacere. Vir. lib. vj. Duc nigras pecudes, ea p̄ima pia- cula ſunto. ¶ *Piare*, condere, conſecrare. Virg. li. vj. Prodigis acti cæleſtibus oſſa piabuunt.

364 ¶ *Paſſum*, perpeſſum. Virgilius Æneid. lib. j. O paſſi grauiora. ¶ *Paſſum*, dicitur genus liquoris, quod ex vna paſſa cogitur. Virgil. Geor. libro ij. Et paſſo p̄ſticia vtilior. ¶ *Paſſum*, di- ſperſum, ſolum. Virgilius Æneidos libro j. Cri- 60 mbus Iliades paſſis. Terent. Phorm. Capillus

paſſus, nudus pes, ipſa horrida. Cæcilius Sy- naristoſis: Heri verò proſpexiſſe eum ſe ex- tegulis, Hæc nuntiaſſe, & ſtammeum expaſ- ſum domi. ¶ *Paſſum*, extenſum, patens. vnde & paſſus dicimus, quod greſſibus mutuis pedes pateſcunt. Enn. Annalium lib. x. Aegro cor- de, comis, paſſis late palmis pater. paſſis pal- mis ait pro patentibus, & extenſis. Neq. Iphi- genia: Paſſo vel hoc vicinum aquilone hor- tum fer foras.

365 ¶ *Parcere*, eſt veniam dare. Virg. lib. vj. Paſcere ſubiectis, & debellare ſuperbos. Lu- cillius lib. xxx. Quanti nos faciant ſocij cum parcere poſſunt. ¶ *Parcere*, ſeruare. Virg. il. li. x. Argenti atque auri memoras que multa ta- lenta. Natis parce tuis. Lucil. lib. xxvij. Parcât illi magis cui poſſint, cui fidem eſſe exi- ſtiment.

366 ¶ *Pax*, ſignificantiam habet notam. Virg. vij. Pars mihi pacis erit dextram teti- giſſe tyranni. ¶ *Pax*, venia. Virg. Æneid. lib. 3. Sed votis, precibus que iubent expoſcere pa- cem. ¶ *Pax*, propitiatio. Virg. Æneid. libro iij. Exorat pacem Diuſim.

367 ¶ *Præſtare*, facere. M. Tul. de offic. lib. iij. Emptorem indemnem damno præſtari oportere. ¶ *Præſtare*, dicitur conſuetudine be- neficium dare. ¶ *Præſtare*, exhibere. M. Tul. ad Cæſarem iuniorem lib. ij. Tu ſi meam fidem præſtiteris, quod conſido te eſſe facturum. ¶ *Præſtare*, antecellere. Vir. li. xij. O præſtans a- nimi iuuenis. Salluſt. Carilinc bello, Omneis homines, qui ſtudent ſeſe præſtare cæteris a- nimantibus. Terent. Eunuchus: Dij immorta- les, homo homini quid præſtat. M. T. in Ver- rem Sicilienſi: nimirum illi non ingenio ſo- lum his patronis, ſed fortuna etiam præſti- 40 terunt. Lucil. lib. xxvij. Si facies præſtat facie, ſi corpore corpus. M. Tul. de offic. li. ij. Quid enim eſt per Deos immortales optabilius ſa- pientia? quid præſtabilius? Et Hortenſio: Ita- que nec in philoſophia cupiam ceſſit, & vitæ grauitate præſtitit. Varro Quinquatribus: An hoc præſtat hero filius Diogenes? ¶ *Præſtat*, vtile eſt. Virg. Æneid. lib. iij. Præſtat Tinacrij metas luſtrare Pachyni. Lucillius lib. xxx. Vti pecudem te, aſinûmque, vt deniq; naſci præ- ſtiterit. M. Tul. de ſeneſctute: Nec vos quidem Titi Pontij centurionis vires habetis, num idcirco ille eſt præſtantior vobis? 50

368 ¶ *Pium*, dicitur religioſum. Virgil. Dij meliora piis. ¶ *Pium*, caſtum. Virg. lib. vj. Qui- que pij vates.

369 ¶ *Præcipuere*, eſt iubere, vel monere. Vir. lib. xj. Ipſi numerûmque modûmque carinis præcipiunt. Et libro nono: Namque ita diſce- dens præceperat optimus armis Æneas. Te- ren. Adelphis: Nam quid tu hic agas, Vbi ſi- quid bene præcipias, nemo obtemperat. Lu- cil. lib. xxvj. Porro amici eſt bene præcipere,

tueri, bene prædicare. M. Tul. de offi. lib. iij. Nec omnino quicquam de eo genere præcipiendum fuisset. Et Hortensio: Præcipiunt hæc istis, & facit nemo. Præcipere, præuenire. Virg. lib. xj. Exultatque animis, & ipse iam præcipit hostem. Et libro sexto: Omnia præcepi, atque animo mecum ante peregi.

370 ¶ *Pulsatum* significat, *percutsum*. Vir. li. vj. Pulsatusve parens, aut fraus innixa clientis. M. Tul. de suppliciis: Lictores circumstant valentissimi, & ad pulsfandos, verberandosque homines exercitatissimi. Pulsatum, violatum, Virg. lib. xij. Pulsatus referens infecto fœdere diuos.

371 ¶ *Producere*, dicitur *longius ducere*. Vir. Aeneid. lib. ij. Abnegat excisa vitam producere Troia. Lucilius lib. xxix. Si retinere hunc voles, si longius te producturum, & diutius. M. Tul. de senectute: Coniuiumque vicinorum quotidie compleo, quod ad multam noctem, quam maximè possumus, vario sermone producimus. Varro *ἄνευ λόγος*: Valere, & me palmulis producite. Producere, *prosequi*. Virgilius lib. viij. Nec te tua funera mater produxi. Producere, *instituire*. Terent. Adelph. Seni animam primùm extinguerem ipsi, qui illud produxit scelus. Lucil. lib. xxvj. Ducunt vxores, producunt quibus hæc faciant liberos. Producere, *deducere*. Terent. Adelph. O, quin egomet produxi. Producere, *foras ducere*. Terent. Heaut. Produxi, ac vendidi. M. Tul. in Verrem frumentaria: Quid opus est Lollio? nemo tuorum amicorum, nemo abs te productus, nemo interrogatus. Lucil. lib. xxx. Producunt me ad te, tibi me hæc ostendere cogunt.

372 ¶ *Proluuius*, & *illuuius* significantiam habent parem: & est *immunditia*. Virg. Georg. lib. iij. Fœdissima ventris Proluuius. Et: Respicimus, dira illuuius. Terent. Heauton. Pannis oblitæ, Neglecta, immunda illuuiæ.

373 ¶ *Proluuium*, *profusio*. Terent. Adelph. Quod proluuium? quæ hæc subito largitas?

374 ¶ *Proiectum*, dicitur *dimissum*, & *derelictum*. Virgil. lib. vj. Proiecit tela manu. Idem Bucolicis: Non ego vos posthac viridi proiectus in antro. Proiectum, *longè iactum*, *extensum*. M. Tul. de signis: Sed quod erat huiusmodi loco, atque ita proiecta in altum. Virgil. Aeneid. lib. iij. Proiectaque saxa Pachyni Radimus. M. Tul. de republ. lib. ij. Iustitia foras expectat, & proiecta tota est, atque eminent. Et Orat. lib. iij. Brachium procerius proiectum, quasi quoddam telum orationis. Proiectum, *subtractum*. M. Tul. Philip. lib. iij. Quid hoc, sicut facit clam te ex vrbe proieceris?

275 ¶ *Perstringere*, *obtenebrare*. Plautus Mihi gloriofo: Prestingat oculorum aciem in acie hostibus.

376 ¶ *Perstringere*, *attingere*. M. Tul. de si-

gnis: Ignoscite, rei magnitudo me breuiter perstringere atrocitatem cūminis non finit. Perstringere, *radere*. M. Tul. Philippic. lib. iij. Cuius quidem vomere portam Caputæ penè perstrinxisti.

377 ¶ *Poscere*, *accipere*. Varro Parmenone: In argumentis Cæcilius poscit palmam, in ethesi Terentius, in sermonibus Plautus. Poscere, significat *petere*. Virgil. lib. xij. Poscit equos, gaudetque tuens ante ora frementis. Plaut. Aulul. Vbi siquid poscas, vsque ad rauium poscas prius. Varro *ἡσίοσι σταυρί*: Non sub tillis ac plaudes, & ab aratro posces astitam coronam. Poscere, *pronocare*. Virgil. li. viij. Aut acrem dubites in prælia poscere Turnum. M. Tul. prima & secunda actione in Verrem: Poscunt maioribus poculis. Poscere, *aduersari*. Vir. li. v. Equidè sic poscere vètos Iamdudum & frustra cerno te tédere cōtra.

378 ¶ *Proferre*, *palam facere*. Lucil. lib. xxvij. Proferat ergo iam vester ordo scelera, quæ in se admiserit. Proferre, *protendere*. M. Tul. de Rep. lib. iij. Sapientia iubet proferre opes, amplificare diuitias.

379 ¶ *Penetrare*, *cum vi ingredi*, sicuti plerunque. Penetrare, *exire*, *proripere*. Plautus Trinummo: Quo illic homo fortasse penetravit ædibus.

380 ¶ *Pariter*, *ex æquo*. Næuius Decuma: Quid prophanari modo, si treis menses in eade, vt pariter dispertiam. Afra. Abducta: Dispartiantur patris bona pariter. Pariter, *conuenienter*. Titin. Prælia: Ne tu istum ædopolinedia extulisti pariter, vt dignus fuit. Pariter, *similiter*. Afranius Homine: Tibi in vtraque parte pollet, & pariter potest. Pacuuius Nyptris: Pariter te esse erga illum video, vt illum te erga scio. Plaut. Aulularia: Is ex se hunc reliquit, qui hic habitat, filium Pariter moratum, vt pater, atque auus eius fuit.

381 ¶ *Posterius*, dicitur *tardus*, vel *secundò*. Posterius, *minus*. Plautus Asinaria: Posterius istuc dicis, quam credo tibi.

382 ¶ *Postulare*, intelligitur apertissimè quam habeat significationem, vt est *poscere*. Ter. Andr. Alios mores postulat. Et: Dehinc postulo, et, si æquum est, te oro Daue. Postulare, *velle*. Plautus Asin. Vbi piem pietatem, si istoc more morata tibi postulem placere, mater, mihi quo pacto præcipis? Idem Aulul. Nam qui heri ex sententia seruire seruus postular. Paret, *obsequitur*. Virgil. Aeneid. lib. j. Paret amor dictis caræ genitricis. Paret, *videtur*, *ostenditur*. Virgil. lib. x. Cui pecudum fibræ, cæli cui sidera parent.

383 ¶ *Portenta*, dicuntur, *quæ aliquid portentant*, vt sæpe. Portenta, *inania quædam* & *irridenda*. Cic. Tuscul. lib. j. Aut quid negotij est hæc poetarum, & piëtorum portenta conuincere?

384 ¶ *Protinus*, vbicunque lectum est, cōtra vsum intellectus cōmunis, quo statim significare creditur, positum inuenitur, vt sit protinus porro, ac sine intermissione, continuo, quod iunctum tenus, eius significantiam cōfirmat aduerbii. Virg. nanque in quocunq; loco posuit protinus, sub hoc sensu intelligendū reliquit. Et quoniam nonnulli veterum pro eo, quod protinus est, *protinam*, vel *protinus* cōuertunt, exempla de his necessaria decerpenda sunt. Aſtra. Epist. commissa: Tum protenis restā domum digredimur. Plaut. Aſtraba: Dare pedibus protinam sese ab his regionibus. Idē Curcul. præpositione addita: Ostium vbi prospexi, exinde me ilico protenam Dedi, quasi in longam fugam. Næuius Colace: Vbi vidi exanimabiliter timidis pedibus protinā me dedi, id est longius fugi. Varro etiam de lingua Latina lib. sexto: Vel protinam, vel protinus continuatione, vel præterita, vel futurę longitudinis dicit: & tamen quoniam (vt mihi videtur) potest eius aduerbii enunciatio varia, significantia eius mutata pro locis, exēplis testibus designanda est. ¶ *Protinus*, *insequenter*, *deinceps*. Virg. Georg. lib. quarto: Protinus ærii mellis caelestia dona Exsequar. Et Aeneid. Protinus Antæum, & Lucam prima agmina Turni Persequitur. Et: Protinus Orsilocho, & Burem duo maxima Teucrum Corpora. Et: Protinus acrias Phæacum abscedimus arces. ¶ *Protinus*, *ingiter*, & *continuē*. Siffenna Hist. lib. primo: Noctē consumpta postero die per incertas vias Eferniā, inde Romanam protinus profugerāt. Idem lib. quarto: Castra de Panix cōuertit in montes, vt crebro ferculis protinus procedendo, posset intra fines Aelculapiorum peruenire. Tubero Hist. lib. primo: Siquid a parentibus acceptū protinus antiquē memoriæ tradiderunt. Vir. lib. x. Huic frater subit Alcanor, fratremque ruentem Sustentat dextra traicēto missa lacerto: Protinus hasta fugit, seruātque cruenta tenorem. Idem: Mos erat Hesperio in Latio, quem protinus vrbes Albanæ coluere sacrū. Et Aeneid. lib. tertio: Hæc loca vi quondam, & vasta conuulsa ruina (Tantum æui longinqua valet mutare vetustas) Desiluiffe serunt, cum protinus vtraque tellus Vna foret. Et li. octauo: Felix si protinus illum Aequasset nocti ludum, in lucemque tulisset. ¶ *Protinus*, *statim*. Virg. Aeneid. lib. quarto: Protinus ad regem cursum detorquet Hiarbam. ¶ *Protinus*, *longē porro*. Virg. lib. septimo: Cornūque recuruo Tartaream intendit vocem, qua protinus omne Intonuit nemus, & syluæ intonutare profunda. Idem lib. octauo: Nam memini Hesionæ visentem regna fororis Laomedontiadem Priamum Salamina perentē Protinus Arcadiæ gelidos inuisere fineis. ¶ *Protinus*, *valde*. Virg. Bucolicis: En ipse ca-

pellas Protinus æger ago, hanc etiam vix Tityre duco. Vt sit animo & corpore valde æger: aut, si aliud enuntiat, refertur ad illud, vt sit longē, porro ago. At ipsum, *hactenus* [tenus legendum] licet vt præpositionem accipiat, & vt præpositionem variet, tamen maxime finem, terminūmq; designat. Virg. Georg. lib. ij. Hactenus aruorum cultus, & sidera calli. Idem lib. xj. Laterum tenus hispida nanti Frons hominem præfert. Idem lib. ij. Capula tenus abdidit ensem. Idem Georg. lib. iij. Et crurum tenus a mento palearia pendent. Idē Aeneid lib. iij. Et pulcro pectore virgo Pubetenus.

385 ¶ *Parumper*, vt sepe: *interim*, & *paruo tempore*. ¶ *Parumper*, *cito*, & *velociter*. Virg. lib. vj. Pulsūque parumper Corde dolor, tristi gaudet cognomine terra. Ennius Annalium lib. j. Te nunc sancta precor Venus, & genitrix patris nostri, Vt me de cælo visas cognata parumper. Idem eodem: Inde tuetur ibi lupus, femina conspicit amneis. In cæpo celeri passu premens parumper, Coniicit in syluā sese.

R

386 ¶ *Restare*, dicitur *superesse*. Terent. Andria: Restat Chremes, qui mihi exorāus est. M. Tul. de senectute: Nec cum æqualibus solūm, qui pauci admodum restant, sed cū vestra etiam atate. Virg. Aen. lib. ij. Aut quid iā misero mihi denique restat? ¶ *Restare*, *resistere*. Virg. Aen. lib. iij. Hospes: Hoc solum nomen, quoniam de coniuge restat. M. Tul. de finibus bonorum, & malorum: Nullam quærentes voluptatem Stoici restant.

387 ¶ *Religio*, est *deorum cultura*. Vir. Aen. li. vij. Religione patrum multos seruata per annos. ¶ *Religiosus* quoque dies *infames*, vel *infastos* libro vndecimo commentariorū grammaticorum Nigidius appellauit. M. Tul. ad Atticum: Nō maiores nostri funestiorē diē esse voluerunt Aliensis pugna, quā vrbs capta, quod hoc malum ex illo. itaque aliter religiosus etiam nunc dies, aliter in vulgus. ¶ *Religio*, *metus*, vel *solicitudo*. Varro *ad Pompeium*, *de iure diuino*: Nō sit thesaurus non auro pectus solum, Non demunt animis curas, ac religiones, Persarum montes, non atria diuitis Crassi. Lucretius lib. j. Humana ante oculos foedē cum vita iaceret In terris oppressa graui sub religione. Virg. lib. viij. Iam tum religio pauidos terrebat agrestes Diræ loci. Terent. Andria: Dignus es cum tua religione hac odio. Nodum in scirpo queris. Lucil. lib. xvij. Anno vertente dies tetri, miserī ac religiosi. M. Tul. de offic. lib. ij. Ita est habendum religioni contrarium, nocentem aliquando & nefariū, impiūmq; defendere.

388 ¶ *Rarum*, consuetudine infrequens significat. Virg. Aen. lib. nono: Qua rara est acies, interlucetque corona. M. Tul. de offic. lib. j. Si

ad hoc genus castigandi raro, inuitique veniamus. ¶ *Rarum, electum.* Virg. Georg. libro iij. Hic rarum tamen in dumis olus.

389 ¶ *Ruere, est decipi.* M. Tul. de offic. li. iij. Si hoc non est emptorem pati ruere, & per venditorem in maximam fraudem incurrite. ¶ *Ruere significat cadere.* Virg. Aeneid. lib. ij. Ruit alto à culmine Troia. M. Tul. de supplicis: Quæ cum accidunt, nemo est, qui intelligat ruere illam Remp. ¶ *Ruere, effundi.* Virgilius libro sexto: Vnde ruunt totidem voces responsa Sibyllæ. Idem Georg. lib. iij. Ruit arduus æther. ¶ *Ruere, irruere sine caute- tela.* Virg. lib. x. Quò moriture ruis, maioræq; viribus audes? Lucil. lib. xxx. Ruis hæc, & colligis omnia furtim. ¶ *Ruere, eruere, leuare.* Virgil. lib. xj. Et confusa ruebant Ossa focis. Idem Aeneid. lib. j. Totumque à sedibus imis Vnà eurûsque, notûsque ruunt. ¶ *Ruere, diruere, complanare.* Virg. Geor. lib. primo: Quid dicâ, iactò qui semine còminis arua Insequitur, cumulosque ruit malè pinguis arena? Terent. Adelphi. Cæteros ruerem, agerem, raperem, runderem, & profternerem. ¶ *Ruere, erigere, extollere.* Virg. Georg. lib. ij. Et ruit atram Ad cælum picea crassus caligine nubem. Idem Aeneid. lib. secundo: Vertitur interea cælum, & ruit oceano nox. ¶ *Ruere, diuidere.* Virgilius Aeneid. lib. j. Et spumas falis ære ruebant.

390 ¶ *Rigidum, frigidum.* Virg. Georg. lib. ij. Tellurem borea rigidam spirante moueri. ¶ *Rigidum, erectum.* Virg. Bucolicis: Tunc rigidas nutare cacumina quercus. Idem Geor. lib. primo: Et curuæ rigidum falces formantur in ensẽ. ¶ *Rigidum, durum.* Virg. Georg. lib. ij. Vestesque rigescunt Induta, cæduntq; securibus humida vina.

391 ¶ *Relatum, dicitur perlatum, dictum.* M. Tul. ad Cæsarem iuniorem lib. j. Sed hæc videbimus, cum legati responsa retulerint. ¶ *Relatû, conuersum.* Virgil. lib. ix. Multa dies, variûsque labor mutabilis æui Rettulit in melius.

392 ¶ *Reddere, reponere.* Plautus Mustel. Tepestas venit, confingit tegulas, imbricæque. ibi dominus indiligens reddere alias neult. ¶ *Reddere, dicitur acceptum restituere.* Terent. Phorm. Si quid quis reddit, magna habenda est gratia. ¶ *Reddere, facere.* Lucil. lib. xxix. Plures excutit, teclaque & testudines reddit. ¶ *Reddere, aduehi.* Virg. Aen. vi. Redditur his primum terris. ¶ *Reddere, exponere, & dare.* Plaut. Aulul. Tibi ego rationem reddam stimulorum sèges?

393 ¶ *Remi, sunt nauales pedes, sicuti plerûque remus remigis.* Virg. v. Quâ deinde Cloâthus Consequitur melior remis, sed pondere pinus Tarda tenet.

394 ¶ *Referre, recensere.* Virg. Bucol. Cogere

donec oues stabulis, numerûq; referre Iussit. ¶ *Referre, adscribere.* Var. Eumen. Forêses decernunt, vt existimatio nomẽ meû in sanorû numerum referat. ¶ *Referre, perferre, indicare.* Virg. Aen. lib. ij. Referes ergo hæc, & nuntius ibis Pelidæ genitori. Lucil. li. xxvj. Quod is intelligebat posse haud paucos retuli. ¶ *Referre, ostendere.* Lucr. li. j. Vnde refer nobis victor quid possit oriri, Quid nequeat. ¶ *Referre, reuocare.* Virg. li. xj. Ille pedẽ referẽs, & inutilis, inque ligatus Cedebat. M. Tul. de signis: Cû iâ satis perspexisse videretur, tollere incipiunt, vt referret. Idẽ de offi. li. ij. Vt eò, vnde digressa est, referat. Plau. A. fin. Quo magis te in altû capellis, astus te in portum refert. ¶ *Referre, reddere.* Virg. viij. O mihi præteritos referat si Iuppiter annos, Qualis eram. Lucil. lib. xxix. Quod te intromisi, gratiam referat mihi.

395 ¶ *Rimari, dicitur scrutari, quarere.* Virg. lib. xj. Et parteis rimatur apertas. Idẽ lib. vij. Quod cuiq; repertû Rimati telû ira facit. Paucu. Atalata: Cû in cultos peruestigans intrare sinus. Acc. Hione: Aut itagnorû humorẽ rimaretur loca. Var. lege Menia: Admirantes quod sereno lumine tonuisset oculis cæli rimari plagas. ¶ *Rimari, expleri.* Virg. li. vj. Rimaturque oculis, habitâtq; sub alto Pectore. ¶ *Rimari, inhabitare.* Virg. Georg. lib. j. Dulcibus in stagnis rimantur prata Caystri.

396 ¶ *Rumpere, significatiã habet manifestã.* Virg. vij. Rûpimus inuitẽ tua vincula, vt plerûque. ¶ *Rûpere, defatigare.* Terent. Hecyr. Vt me ambulãdo rumperet. Afran. Epist. Ego misera risi clãdestino rûperet. Lucil. lib. xxx. Quæ quodã populi oris aures pectora rûpit. Idẽ lib. xxvij. Cõtẽptû cum me ruperim, summa omnia fecerim. ¶ *Rûpere, discere.* Virg. Buc. Frigidû in pratis cãtãdo rûpitur anguis. ¶ *Rûpere, reuerti proferre, diu tacita dicere.* Vir. li. x. Quid me alta silentia cogis Rûpere? Ter. Eunuc. Iã me rûpere hoc mihi licet gaudiû. ¶ *Rumpere, introire.* Idẽ eadẽ. Cessò huc intrò rumpere?

397 ¶ *Rogare, postere.* Luc. li. xxvj. Ferri tãtû si roget me, non dẽ, quãtû auri petit, si se cupit, & si quoq; à me, quẽ roget nõ impetret. Plau. A. fin. Spectãdû ne cui annulû det, neq; roget. ¶ *Rogare, dicitur deprecari, postere.* Tul. Verr. in diuinatione: Rogare & orate ne eos supplices aspernaret. Virg. Aen. j. Litûsque rogamus. Innoçu. ¶ *Rogare, quarere, seisari.* M. Tull. ad Cæsare iuniore li. j. Roga ipsum quẽadmodû ego eû Arimini acceperim. Ter. Andr. Accedo ad pedissequas, Quæ sit rogo. ¶ *Rogare, instituire.* M. Tul. Philipp. li. ij. Ego ad eã belli ciuilis causam attuli, ego leges perniciosas, rogauit. Lucil. lib. xxvij. Consilium patriæ, legumque oriundus rogator.

398 ¶ *Remissum, latum.* Mar. Tull. de Orator. Quis vnquam leges præter hunc tragicas pœnã

pende comicè, tristes remissè? ¶ Remissum, significat concessum. Virgilius lib. x. Manibus, & cineri, si qua est ea cura, remitto. ¶ Remissum, missum. Lucil. lib. xxix. Cohibet domi mæstus se Albinus: repudium quod filia remisit. ¶ Remittere, delectare. M. Tul. Hortens. Quæro enim non quibus intendam animum rebus, Sed quibus relaxem, ac remittam. Idè de se recte: Sed tamen est lenis sermo quietus ac remissus.

399 ¶ Recipere, promittere, polliceri. Varro Bimargo: Ebrius est Marce, ad vases enim Homeri ruminari incipis, cum ad eos scripturum te scio receperis. ¶ Recipere, exstinguere, prosternere. Virgilius lib. ix. Pectore in aduerso totum cui cominus ensē condidit assurgenti, & multa morte recepit. ¶ Recipere, dictum est datum accipere. ¶ Recipere, accipere. M. Tul. de offic. lib. iij. Cysillum quandā suadentem, vt in vrbe manerent, Xerxēque recipentem, lapidibus obruerunt. Varro Meleagris: Quem idcirco terra non cepit, & cælum recepit. ¶ Recipere, reuocare. Lucil. lib. 29. Primum ex aduorlo, si quod est cenaculum, quod recipiat te. Virg. Æneid. lib. ij. Sic ore effata recepit Ad sese. M. Tul. de offic. libro iij. Qui cum ad diem se recepisset, admiratus eorum fidem tyrannus. ¶ Recipere, exceptum facere. Plaut. Trinum. Vbi nunc adolescens habet Posticulum, hoc recepit cum ædeis venderet. Cic. de Orat. lib. ij. Sed dicit te, cum ædes venderes, ne in rutis quidem, & cælis solum tibi paternum recepisse.

400 ¶ Redundare, redire. ¶ Redundare, abundare, superesse. Lucil. lib. xxviii. Primò redundat aurum, & thesauri patent. M. Tul. de offic. lib. iij. Nunc fugientes conspectum sceleratorum, quibus omnia redundant. Et Hortens. Tum intelligas, quam illud non sit necessarium, quod redundat.

401 ¶ Redire, manifestam habet significantiam. Terent. Andria: Redeo inde iratus, atque regrè ferens. ¶ Redire, referri, reuocari. Lucil. lib. xxvij. Si tamen non ad te hoc rediuit, hoc carebis commodo. Virg. Geor. lib. ij. Redir agricolis labor actus in orbem.

402 ¶ Rursus, significat iterum. Virg. Æneid. lib. ij. Rursus in arma feror. ¶ Rursus, retro. Virgilius Geor. lib. iij. Rursus cura patrum cadere. Varro Andab. Mortales multi rursus, ac prorsus meant. Ennius Andromeda: Rursus prorsus reciprocant fluctus feram.

403 ¶ Rumor, vt plerūque, opinio est. Sallust. Histor. lib. ij. Ad hæc rumoribus aduersa in prauitatem, secunda in casum, fortunam in temeritatem declinando corrumpebāt. ¶ Rumor, fauor, auxiliatio. Virg. lib. viij. Ergo iter inceptum peragunt rumore secundo. id est, prospero fauore, & auxilio fluminis. Fenestella Annal. lib. xxij. Itaque vt magistratum tri-

buni inierunt. C. Catò turbulētus adolescens, & audax, nec imparatus ad dicendum, initionibus assiduis inuideat, & Ptolemæo, qui iam profectus ex vrbe erat, & P. Lentulo consuli parenti iam iter cogitare, secundo quidem populi rumore cepit. Ennius Annal. li. vij. Legio reditu rumore ruinas Mox auferre domos populi rumore secundo.

S

10 404 ¶ Sublatum, susceptum. Virg. libro ix. Troiæque labores Sablatum erudit. ¶ Sublatum, dicimus remotum. Virg. lib. xij. Sine hæc aut mollia fatu Sublatis aperire dolis. M. Tullius Philip. lib. j. Non modò regno, sed etiam regni timore sublato. Lucil. lib. 30. Sublatus pudor omnis, licentia fœnus referatur. M. Tul. de offic. lib. iij. Sustulit quos obflare intelligebat. ¶ Sublatum, erectum. Virg. libro v. Sublatæque procul dextra connixa corruscat. Terent. Heeyra: Quia vobis paululū accessit pecunia, sublatis animi sunt. Lucil. li. xxx. Hic vt muscipula tenta, atque vt scorpiæ cauda sublata. M. Tul. Hort. Eloquentiam tueri, quam tu in cælum Hortensii, credo, vt ipse cum ea simul ascendetis, sustulisses.

405 ¶ Sufficit, significat consuetudine satur est. Virg. Æn. xij. Idq; dudum dum terga dabant pallantia Teuceri Sufficiat. ¶ Sufficit, subministrat. Virg. Æn. libro ij. Ipse pater Danaï animos, viresq; secundas Sufficit. ¶ Sufficit, durat. Virg. lib. v. Nec nos obniti contra, nec tendere tantum Sufficimus. Idem ix. Nec sufficit vmbro ictibus. ¶ Sufficere, ab iniiciendo. M. Tul. Hortens. Vt ij, qui conuiuij purpuram tuo sufficiunt, prius sanè medicamentis quibuldā.

406 ¶ Suspensum, placidū, silens. Terent. Phor. Hæc vbi ego audiui, ad fores Suspenso gradu placidè ire perrexi. ¶ Suspensum, dicitur altè ligatum. M. Tul. in Verrem, Caput obnubito, arbori infelici suspendito. Virg. lib. v. Quo tendit ferrum malo suspendit ab alto. ¶ Suspensum, sollicitum. Virg. Æneid. lib. ij. Suspensi Buripylum scitarum oracula Phœbi Mittimus. M. Tul. Philip. vij. Aberrat à sententia, suspensus à curis maioribus.

407 ¶ Species, dicitur effigies, facies. Liu. Aegist. Iam ne oculis specie lata viri optabili. ¶ Species, factum, spectaculum. Virg. Æneid. lib. ij. Non tulit hanc speciem furiosa mente Coræbus. ¶ Species, imago. Cic. de offic. lib. iij. Tum scitis quia is bonum iudicet quod honestum, quæ autem huic repugnent specie quadam utilitatis. ¶ Species, pulchritudo. Varr. Eumen. Quæ casta atas, quæ vestis adolescentium, Quæ generis species.

408 ¶ Segne, tardum. Virg. Geor. iij. En age segnes Rumpe moras. Et segne dissimile. Virg. Æn. iij. Haud illo segnior ibat Aeneas.

60 409 ¶ Saltus, consuetudine à saliendo di-

citur. Virg. viij. Tum demum saltu præceps,
fese omnibus armis In fluuium dedit. ¶ Sal-
tus, *campi spatium*. Virg. Georg. lib. iij. Saltibus
in vacuis pascit, & plena secundū Flumina.

410. ¶ *Subiicere*, est *subitus iacere*, *supponere*.
Virg. Geor. l. iij. Et ramea costis Subiiciunt
fragmenta Et libro xj. Caudamque remul-
cens, Subiecit pautantem vtero. M. Tul. Phi-
lip. lib. ij. Cervicisque suas ei subiecit securi,
qui multi minoribus in peccatis occiderunt.
¶ *Subiicere*, *sursum iacere*, *excrescere*. Virg. Bucol-
licis: Quantum vere nouo viridis se subiecit
aluis. Idem Geor. li. iij. Ter flamma ad sum-
mum tecti subiecta reluxit. Lib. xij. Aut cor-
pora salu Subiiciunt in equos.

411. ¶ *Seruare*, *liberare*. Virg. Aeneid. lib. iij.
Seruatum ex vndis Strophadum me littora
primum Accipiunt. ¶ *Seruare*, dicitur *custodi-
re*, *tueri*. Virg. Aeneid. lib. ij. Seruate domum,
seruate nepotem. Idem libro nono: Sola do-
mum, & tantas seruabit filia sedes. ¶ *Seruare*,
solicite, & *suspiciosè obseruare*. Lucil. lib. xxx.
Quid seruas, quò eam, quid agam? quid id
artiner ad te? Plautus Aſinar. Tuus sermo ser-
uet, Veneri an eas det, an viro. Virg. Georg.
lib. j. Hoc metuens caeli menses, & sidera ser-
ua. quod est Menādri: *ἐπιπῶ τὸν ἄλιον τὰ τ' ἀστέρα*.
¶ *Seruare*, *inhabitare*, *possidere*. Virg. Geor. iij.
Centum quæ syluas, centum quæ flumina
seruant. Idem: Immanem ante pedes hydrū
moritura puella Seruantem ripas. ¶ *Seruare*,
tenerè. Virg. lib. vij. Curuam seruans sub ima-
gine falcem.

412. ¶ *Supremum*, significat *extremum*. Virg.
lib. xj. Qui supremum comitentur honorem.
¶ *Supremum*, *sursum*, *altum*. Virg. Geor. lib. iij.
Clamore supremos Implerunt montes. Te-
rent Adelph. Proh supreme Iupiter. Plautus
Amphit. Vt Iouis supremi vultis hosteis pacè
expectam.

413. ¶ *Sæuum*, *iratum*. Virg. Aeneid. libro j. Et
sæuum ambobus Achillem. ¶ *Sæuum*, dicitur
immitte. Virg. Aeneid. lib. j. Sæuæ memorem Iu-
nonis ob iram. Lucillius lib. xxx. Et sæuo ac-
daro in bello multo optimus hostis. Idem li-
bro xxvj. Quod quæ te in tranquillum ex se-
uis transfer tempestatibus. ¶ *Sæuum*, *forte*.
Virg. Aeneid. j. Sæuus vbi Acacida telo iacet
Hector. ¶ *Sæuum*, *potens*. Idem eodem: Non
illi imperium pelagi, sæuūque tridentem,
Sed mihi forte datum. ¶ *Sæuum*, *durum*. Virg.
lib. v. Cùm sæuo scopulo multa vix arte re-
uulsus. Lucil. lib. xxx. Idque tuis factis sæuis,
& tristibus dictis.

414. ¶ *Superare*, est *vincere*. Terent. Eunu-
cho: Superat ipsam Thaidem. Virgil. Bucol.
Quid si idem certet Phœbum superare ca-
nendo? Superare, *abundare*. Virg. Georg. lib. j.
Si superant fetus, pariter frumenta sequen-
tur. ¶ *Superare*, *vincere*, *superesse*. Virg. Aeneid. li.

ij. Quid puer Aescanius, superatne, & vescitur
aura? Idem ij. Satis vna superq; Vidimus ex-
cidia, & captæ superauimus vrbi. ¶ *Superare*,
superesse. Virg. Georg. iij. Præterea superat gre-
gibus cùm læta iuuentus. ¶ *Superare*, *ascende-
re*. Idem eodem: Superant montes, & flumina
tranant. Et: Grauido superant vix vberè li-
men. ¶ *Superare*, *occidere*. Virg. Aeneid. j. Clam
ferro incautum superat.

10 415. ¶ *Stratum*, significat *iacens*. Virg. Geor.
iij. Sternunt se somno diuerso in litor epho-
cæ. ¶ *Stratum*, *deiectum*. Virg. lib. x. Sternitur
infelix Acton. Idem Bucol. Strata iacent pas-
sim sua quæque sub arbore poma. ¶ *Stratum*,
placatum, *lenitum*. Virg. Buc. Omne tibi stratu
silet equor. ¶ *Stratum*, *tectum*. Virg. Georg. iij.
Multorum stipula, filicūmq; manipis Ster-
nere subter. Et Aeneid. viij. Sternitur omne
solum telis. ¶ *Stratum*, *compositum*, *extructum*.

20 Virg. Aen. j. Miratur portas, strepitūque, &
strata viarum.
416. ¶ *Secundum*, est *numero*, aut *ordine secun-
dum*. ¶ *Secundum*, *iuxta*. Virg. Geor. li. iij. Sal-
tibus in vacuis pascunt, & plena secundum
Flumina. ¶ *Secundum*, *prosperum*. Vir. lib. x. Et
seruare modum rebus sublata secundis. M.
Tul. de offic. lib. j. Sic homines secundis re-
bus effrenatos. Terent. *εὐτυχία*. Sic mihi se-
cundæ res de amore meo essent. M. Tul. ad
Cæsarem iuniorem lib. ij. Scriptum erat e-
questre prælium valde secundum, in his po-
tius aduersum. ¶ *Secundum*, *lene*, *placidum*.
Vir. Georg. li. iij. Merisūque secundo defluit
amni.

417. ¶ *Summissum*, significat *humile*. M. T.
de officiis libro j. Neque summissum & abie-
ctum, neque sese efferentem. Vir. Aeneid. lib.
iij. Summissi petimus terram, & vox fertur
ad aureis. ¶ *Summittere*, *subdere*, *supponere*. Lu-
cil. lib. xxvij. Summittas alios si quos possis
censeas. ¶ *Summittere*, *demitere*. Virg. Bucol.
Pascite vt ante boues pueri, summittite tau-
ros. Idem Geor. lib. iij. Tu modò quos in spē
statuis summittere gentis.

418. ¶ *Seuerum*, *triste*. Var. Eumen. Tertia
pœnarū Infamia, stans nexa in vulgi pecto-
re, fluctuati intōsa coma, sordido vestitu, o-
re seuro. ¶ *Seuerū*, *grauè*, *ensorium*. Vir. li. vij.
Romulidis, Tatiōque leni, Curibūque seue-
ris. ¶ *Seuerum*, *asperum*, *trucem*. M. Tul. Hortē-
sio: Aliud ex syluis seuerum, & triste. Virg. li.
vij. Qui retrica horrenteis rupes, montēq;
seuerum. ¶ *Seuerum*, *sæuum*, *implacidum*, *irata-
bile*. Virgilius Geor. libro iij. Inuidia infelix
furiis, annēmq; seuerum Cocyti mutuēt.
M. Tullius de officiis libro iij. Et, qui peri-
dulgens in patrem, idem acerbè seuerus in
filium.

419. ¶ *Soluere*, vsu significat *enodare*. Virg.
vii. Soluite crinales vittas, capite orgia mecu.
¶ *Soluere*,

¶ Soluere, *debitū reddere*. Sallust. Catil. bello: Argentū are solutum est. M. Tul. in Verrem diuinatione: Pro quo frumento pecunia omnis soluta non est. ¶ Soluere, *dimittere*. Virgilius Georg. ij. Solue mares, mitte in Veneream pecuaria primus. ¶ Soluere, *à curis liberam esse*. Virgilius Georg. ij. Risūque soluto. Idem Æneid. i. Soluite corde metum Teucri. ¶ Soluere, *contemnere, despicere*. Virgil. Æneid. iij. Soluique pudorem. ¶ Soluere, *excipere*. Idem lib. x. Nec populos soluo.

420 ¶ *Superbum, arrogans, truculentum, asperum*. Virgil. Æneid. lib. ij. Stirpis Achilleæ, factus, iuuenemque superbum. Idem lib. x. Te Turne superbum Cæde noua quærens. ¶ Superbum, *uitabile*. Virgilius lib. vij. Foribusq; affixa superbis Ora virūm tristi pendebant pallida tabo. ¶ Superbum, *elatum, altum*. Virgilius Georg. lib. ij. Et gressus glomerare superbos. Idem vij. Atina potens, Tybātque superbum. ¶ Superbum, *ornatum*. Virg. Æneid. lib. ij. Barbarico postes auro, spoliisque superbi Procubere. ¶ Superbum, *opulentum*. Virgil. ix. Simul ense superbum Ramnetem aggreditur, qui fortè tapetibus altis Extructus. ¶ Superbum, *iniquum*. Virg. lib. ix. Quos illi bello profugos egere superbo.

421 ¶ *Stare, consistere* omnium consensu dicitur. Virgilius libro tertio: Stare locō nescit. Plautus Amphit. Ita statim stant ad signa omnes: ¶ *Stare, iterum honorare* significat. Titinius Veliterna: Atque illud ante patrum comeder, fundi stabunt sentibus. Cæcilius Syracusis: Hic amet, familia fame pereant, ager autem ster sentibus. Virgil. Æneid. libro xij. Iam puluere cælum Stare vider. ¶ *Stare, erigi, prominere*. Lucil. libro xxix. Hic corpus solidum inuenies, hic stare papillas Pectore marmoreo. ¶ *Stare, fidem habere*. M. Tul. de offi. libro ij. Facere promissa, stare conuentis, reddere deposita. ¶ *Stare, valere, & constare, & fixum esse*. Varr. Flextabulis, *adē ēna, xij. v.* Atque si addam quanta misericordia mea heredibus meis stet, quod miseris subleuauerim. Virgilius libro x. Stat sua cuique dies. Idem libro ij. Stat casus renouare omnes. ¶ *Stat etiam plenum est*. Lucil. Satyrarum lib. v. Interea stat sentibus pectus. Virg. Bucolic. Stant & iuniperi, & castaneæ hirsutæ. Varr. Eumenidibus: Denique avarus, Quis sanus? cui si stet terra, & traditus orbis, Furando tamen, ac morbo stimulatū eodem, Ex sese ipse aliquid querat, cogatque peculi. Sifenna lib. ix. Cælum caligine stat.

422 ¶ *Spissum, densum* dicimus. Virgilius Georgic. ij. Sin in sua posse negabunt Ire loca, & scrobibus superabit terra repletis Spissus ager. Cicero de Oratore libro ij. Et principia tardā sunt, & exipus tamen spissi, & producti esse debent. ¶ *Spissum* significat

tardē. Cæcilius Dardano: Nihil ego spei credo, omneis res spissas facit. Titinnius Gemina: Longus sermo habetur, reuertetur spissa. Afranius Incendio: Itaque spissum videtur fieri, non possunt domi meum Virum expectare, quem mihi studeo iam dudum dari. Idem Matertera: Quod defessa expectando domi sedi, quod spisso venire visum est mani mihi. Plautus Pœnulo: Eheu quos ego habui ariolos haruspices, Qui si quid boni promittunt, pro spisso venit. Id quod mali promittunt presentaneum est. Næuius Gymnast. At enim tu nimis spisse, atque tardē incendis. Turpillius Caneph. Ita est, verum haud facile est venire illi, vbi spissa est sapientia. Spissum est iter adipisci aut posse, nisi cum magna miseria. Varro Mysteris: Nascimur enim spissius, quàm emorimur. Vix duo homines decem mensibus edolatum vnum reddunt puerum: contra vna pestilentia, hostica acies puncto temporis immanis acetuos facit. Ex libro tertio: *est spissum, est spissus*: Et ne erraremus, ectropas esse multas, omnino tutum esse, sed spissum iter. Pacuius Hermiona: Habet hoc lenectus in se, cum pigra est ipsa, vt spissa omnia videantur confieri.

423 ¶ *Statim, mox* dicitur. Cicero Verrinis: Statim Meisanam litteras dedit, vt Telestinus ad se continuō veniret. ¶ *Statim* producta prima syllaba à stando *perseueranter*, & *equaliter* significat. Terentius Phorm. Bina talenta capiebam statim. Plautus Amphit. Nec recedit loco, quin statim rem gerat. Idem eadem: Ita statim stant signa omnia. Ennius Aiace: Quis est cum Achuis gesserunt statim. Afranius Augure: Quanquam non istis exercere in locis hic noster delaborat cum puer statim.

424 ¶ *Superstites, dicimus qui supersunt mortuis*. ¶ *Superstites* veteres posuerunt *incolumes*. Terentius Andria: Deos quæso vt sit superstites. Plautus Asinaria: Sicuti tuum vis vnicum gnatum tuæ superesse vitæ sospitem, & superstitem. Virgilius libro x. Liceat superesse nepotem. Accius Alcmæone: Suos deseruit liberos, superstites sunt.

425 ¶ *Spurcum, seuum, vel sanguinarium*. Afranius Diuort. Mulier nouerca nomen huc adde impium, Spurea gremio vestigia haud dici potest. Lucillius Satyrarum libro quarto: Eterninus fuit Flacco ore, vna equidem Samnis Spurco homo, vita illa dignus locoque, Cum Pacidiano componitur, optimus multo Post homines natos gladiator qui fuit vnus. Afranius Fratriis: Commemorabo, ostendam illius facta, & spurca improbi. Idem Diuortio: O dignum facinus adolescentis optimas Bene conuenientes, concordas eum vires: Repente viduas faciat, spur-

citia patris. Varro lib. xx. rerum humanarū: Ne quis lectorem spurcum, hominem libe-
rum prehendere iussisse velit. ¶ *Spurcum, ve-*
hemens, asperum. M. Tul. ad Cæsarem iunio-
rem libro ij. Cū iter facerem, elaternam
tempestate spurcissima. Varro Eumenidib.
Nunc de te, inquit, meliusculam spem ha-
beo, qui rem spurcissimam gustare nolue-
rim. ¶ *Spurcum, significat obscenum, impurum,*
lutulentum. Plautus Afinaria, Tot noctes red-
dat spurcas, quot puras habuerit. Pompon.
Prosti. Quæ pedibus nubere poterant, equi-
tes sperat spurcæ. ¶ *Spurcum, etiam fatidum.*
Plautus Menæch. Nec isto loco spurcatus na-
sum odore inlubili. Lucretius lib. vj. Dein-
de videre licet, quā multæ homini res A-
critter infestāt sensus, spurcæque, graueſque.
Idem eodem: At contrā nobis cœnum re-
terrima cū sit Spurcicies. Lucil. lib. xi. Præ-
tor noster adhuc, quā spurcus est ore, quod
omnis Extra castra, vt stercus, foras eiecit ad
vnum. Idem lib. xxvij. Quæque aspectu sunt
spurca & odore.

426 ¶ *Siccum, dicitur aridum, & sine humo-*
re. Virgilius libro v. Summa perit icopuli, sic-
cæque in rupe resedit. ¶ *Siccum, exercitum.* Lu-
cillus libro xxvj. Cum stadio in gymnasio in
duplici corpus siccaſsem pila. ¶ *Siccum dicitur*
& sobrium, inauditū. Plautus Afinar. Sic-
cum, frugi, continentem, amantem vxoris
maximè. Idem Pseudulo: Vno modò cupi-
dæ estis: ego vos, vestròſque adeò pantices
madefactis, cū ego sim hic siccus. Cicero
Academic. lib. ij. Alius adultis, alius senibus,
alius agris, alius siccis, alius vinolentis. Varr.
Cato, vel de liberis educandis: Persæ propter
exercitationes puertiles modicas, eam sunt
consequuti corporis siccitatem, vt neque
spuerent, neque emungerentur, sufflatòve
corpore essent. ¶ *Siccum, firmum.* M. Tullius
de senectute: Nullo imbri, nullo frigore ad-
duci, vt capite aperto sit summam esse in eo
corporis siccitatem.

427 ¶ *Seges, est frumenti fructus.* Virgilius
Æneid. ij. In segetem veluti cū flamma
furentibus austris. ¶ *Segetem, terram.* M. Tul.
Hortensio: Vt enim segetes agricolæ subi-
gunt aratris multo antè, quā serant. ¶ *Se-*
getem etiam ipsam terram dicimus. Virgilius
Georg. iij. Nec pecori opportuna seges, nec
commoda Baccho. Idem Æneid. lib. iij. Are-
bant herbæ, & victum seges ægra negabat.
Plautus Aulularia: Tibi ego rationem red-
dam stimulorum seges? id est, in qua stimuli
eripi possunt. Accius Oenom. Ferte ante au-
roram radiorum ardentem indicem cum so-
mno in segetem agrestis cornuto scient, vt
rorulentas terras, ferro fidas proſcindant gle-
bas, quæ aruo ex molli excitèt. Idè Androm.
Quod beneficium haud sterili in segete rex

te obesse intelligis? Lucil. Satyr. lib. vij. Solam
auram aduersam segetè immutasse, statim-
que. Varro *ἀμμος ματρίαις, ἀπὲρ οὐραγῶν, ὕβρις*: Ete-
nim quibus leges præbeat domum, escam,
portionem, quid desideremus?

428 ¶ *Sumere, est accipere, tollere.* Virgilius
libro v. Sume pater. Sallust. Ingurthæ bello:
Epistolam super caput in puluino temerè
positam sumit. M. Tul. de signis: Iste vnum-
quodque vas sumere in manus, laudare, mi-
rari. Lucillus lib. xxvij. Omnia viscatis ma-
nibus leget, omnia sumet, Crede mihi pressè
auferet omnis. Et Plautus Aulularia: Non e-
quidem ego qua voluptate sumpsi, neque te-
rigi. ¶ *Sumere, suscipere.* Lucil. lib. xxvj. Hunc
laborem sumas, laudem qui tibi, ac fructum
ferat. Cicero de finibus bonorum & malo-
rum lib. ij. Verū hoc loco sumo de verbis
his eandem vim voluptatis. ¶ *Sumere etiam*
significat eligere. Lucil. Satyr. libr. iij. Et spa-
tium curādo corpori honestum Sumemus.
Plautus Aulular. Syluani lucus extra murum
est auis, Creber salictis oppletus, ibi sumam
locum. Lucillus Satyrarum lib. x. Honorum
est Iudicium crassis, vt nos describimus antè
Hoc est, quid sumam, quid non, in quoque
locemus. Et lib. xix. Sume diem, qui est visus
tibi pulcherrimus vnus. Sallustius Ingurthæ
bello: Scilicet, vt in tāta te ignarus omnium
trepidet, festinet, sumat aliquem ex populo
monitorem officij sui. M. Tullius Hortensio:
Quare velim dari mihi Luculle iubeas indi-
cem tragicorum, vt sumam, qui fortè mihi
desunt. ¶ *Sumere, conducere.* M. Tul. de offic.
lib. iij. Quoad enim peruentum est ed, quò
sumpta vis est, non domini nauis, sed nau-
gantium.

429 ¶ *Sufferre, est sustinere.* Virgil. Æneid.
lib. ij. Nec claustra, nec ipsi Custodes sufferre
valent. Accius Myrmdonibus: Ego me non
peccasse planè ostendam, aut pœnas sufferā.
¶ *Sufferre, significat dedere, vel supponere.* Plau-
tus Casina: Intro ad vxorē meam, sufferā-
que meum tergum ob iniuriam. Idem Pœnu-
lo: Vt enim, vbi mihi vapulandum sit, tu co-
rium sufferas. Accius Nyctegresia: At ego il-
lum eripiam, aut illi pœnam sufferam. Afran.
Prodigo: Nam me pudet, vbi meum loquit
Numerius, aliquid suffero, Græcè irridet
me ilico.

430 ¶ *Surgere, crescere, augere.* Virgil. Geor.
lib. i. Quæ sine nec potuerit seri, nec surgere
messes. Idem Æneid. lib. iij. Ascantium sur-
gentem, & spes hæredis Iuli Respice. ¶ *Sur-*
gere, erigi. Sallustius Histor. libr. v. Sella sur-
gere, caput aperire solitum. Terentius Adel-
phis: Vt triduo hoc perpetuo prorsum è le-
cto nequeat surgere. Virgilius libro octauo:
Surget & ætherij spectans orientia solis Lu-
mina.

431 ¶ *Sacrum*, est *sacratum* vel *religiosum*. Vir. lib. vi. Cererique *sacrum* Polybetem. Et lib. vii. Sceptumque, *sacerque* tias. ¶ *Sacrum* etiam *sceleratum*, & *detestabile*, ita & *consecratum*. Afranius Fratrii: O *sacrum* scurram & malum. Plautus Pœnulo: Venditque has omnes, & nutricem, & virgines Præsenti argento homini, (si leno est homo) Quantum hominum terra sustinet, *sacer*rimo. Virg. *Æneidos* lib. iij. *Auri* facta fames. Lucillius Satyrarum lib. xv. Adde istos *sacer* illoto colfo fax syrofenix, *Quid* facere est solitus. Turpilii Demetrio: Sed etiamne irrides me pessime, ac *sacer*rimo? Idem Lindia: Ab hinc trienum *sacer*rumum domicilium hoc quidem contulit leno. Varro Lege Mænia: Signata *sacra* esse desierunt, posteaquam homines sunt facti.

432 ¶ *Saucij*, dicuntur proprie *vulnerati*, non *mæsti*, sicuti vult consuetudo. Acc. Phœnissis: Vbi nunc vestra *mœnia* Omnes *saucios* conuulsi, vt eurentur diligentiùs. Turpil. Epiclero: Patrocinantem vbi factum *audierit* *saucius*. Sallustius Hist. lib. secundo: *Auidisque* ita, *promptisque* ducibus, vt Metellus *ictu* *tragulæ* *sauciar*etur. Virg. *Æneid.* lib. ij. *Qualis* *mugitus* fugit cùm *saucius* arã *Taurus*. Idem libro septimo: *Saucius* at *quadrupes* nota intra *tecta* *refugit*. Varro de *vita* *populi* *Romani* libro iij. Itaque multis *ciui*bus ex *utraque* parte *saucis*, multis *occis*is *fugatur*.

433 ¶ *Supplicium*, dicebatur *dammatio*, vel *pœna*. Virg. *Æneid.* libro quarto: *Mediis* (si quid *pia* *numina* *possunt*) *Supplicia* *hausur*u scopolis. ¶ *Supplicium* rursus *supplicatio*. Sal. *Catilina* bello: In *supplicis* *deorum* *magnifici*. Ac. *Epigonis*: Nunc *pergamus*, *supplicis* *placans* *coelitem* *aras* *expleam*. Afran. *Fratribus*: Nullam *profecto* *accessi* ad arã, *quin* *deos* *supplicis*, *sumptu* *vatis*, *donis*, *precibus*, *ploràs*, *obsecràs* *ne* *quicquã* *defatigar*ẽ.

434 ¶ *Samium*, est *testem*. Lucil. *Satyr.* lib. xiiij. Et non *pauper* vt *Samio*, *curtoque* *catino*. M. Tul. de *Repub.* lib. vi. *Læli* *quã* *omnes* *habemus* *in* *manibus*, *quã* *si* *imperia* *pontificum* *diis* *immortalibus* *gratia* *sine* *famio*, *quã* *vt* *his* *scribit* *capedines*. ¶ *Samium* rursus *acutum*, vnde & *samiare* *dicimus* *acutere*, *quod* *in* *Samo* *hoc* *genus* *artis* *polleat*. Lucil. *Satyrarum* libro viij. *Hanc* *vbi* *vult* *malè* *habere*, *vleisci* *procellæ* *eius* *testam* *famit* *homo* *famiã*. *Ibi* *an* *vno* *telo* *inquirit*, *præcessit* *caulem* *testis*, *quã* *vna* *amputat* *ambo*.

435 ¶ *Spernere*, *fastidire*. Virgilius *Æneidos* libro ij. *Comitemne* *fororem* *Spreuisti* *moriens*? Terentius *Andria*: *Quot* *modis* *contemptus*, *spreus*, *facta*, *transacta* *om-*

nia. ¶ *Spernere* rursus, *segregare*. Ennius *Hectoris* *Lytris*: *Melius* *est* *virtute* *ius*, *nam* *sæpe* *virtute* *malinanciscuntur* *ius*, *atque* *æquum*, *se* *à* *malis* *sperni* *procul*.

436 ¶ *Subducere*, *supputare*. Teren. *Adelph.* *Nunquam* *ita* *quisquam* *bene* *subducta* *ratione* *ad* *vitam* *fuit*. Lucil. li. xxix. *Eodem* *vno* *hi* *modo* *rationes* *subducent* *suas*. M. Tul. *Hortensio*: *Nisi* *etiam* *sine* *ea* *cogitatione* *incundis*, *subducendis* *que* *rationibus*. Idem de *finibus* *bonorum* & *malorum*: *Qui* *autè* *esse* *potest*, *nisi* *te* *amore* *præcepit*, *quod* *non* *subducta* *utilitatis* *ratione* *effici* *solet*? ¶ *Subducere* *est* *furripere*. Turpilii *Lindia*: *Ego* *interim* *in* *turba* *foras* *subduxi* *cum* *hac* *me*. Virgilius *Bucol.* *Et* *succus* *pecori*, & *lac* *subducitur* *agnis*. Terentius *Eunucho*: *Vbi* *primùm* *potuerit*, *se* *illi* *subducet* *scio*. Lucilii *libro* *xxx*. *Neu* *quis* *te* *ignoret* *famulis* *subducere*. M. Tul. *Hortensio*: *Ancium* *videat* *me* & *meos* *comites*, *fortitudinem*, *magnitudinem* *animi*, *patientiam*, *constantiam*, *granitatem*, *fidem*, *ipsa* *se* *subducatur*. ¶ *Subducere* *etiam* *sursum* *ducere*, *lenare*. Turpilii *Paraterusa*: *Cùm* *antehac* *videbam* *stare* *tristes*, *turbido* *vultu*, *subductis* *cum* *superciliis* *senes*. Varro ὁ ὄρον ἢ λοιπὸς τὸ πῦμα, ἀλλὰ γὰρ ἀμικόπων. *Ego* *vnus* *scilicet* *antiquorum* *hominum* *subductis* *superciliis* *dicam* *ταπεινὸν* *συνέρον*. Sallustius *Iugurthæ* *bello*: *Dein* *cunctos* *pleno* *gradu* *in* *collem* *subducit*. Virg. *Bucolicis*: *Quã* *se* *subducere* *colles* *Incipiunt*. M. Tul. de *officiis* *libro* *tertio*: *Huic* *ille* *classe* *Lacedæmoniorum*, *quã* *subducta* *esset* *ad* *Cythæum* *clam* *incendi* *posse*. Plaut. *Aulul.* *Vt* *in* *puteo* *cenam* *coquam*: *inde* *coctam* *sursum* *subducemus* *corbulis*.

437 ¶ *Stupidus*, est *obstupefactus*. ¶ *Stupidus*, *stultus*, *iniquus*. Varro ἀεὶ ἐξαρῶντες: *Andromeda* *iuncta*, & *proposita* *ciud* *non* *debu*it *patri* *suo*, *homini* *stupidissimo* *in* *os* *spuere* *vitam*.

438 ¶ *Susplicere*, est *sursum* *adspicere*. Virgilius *Æneidos* libro j. *Et* *fastigia* *susplicet* *vrbis*. Varro *Agathone*: *Et* *pueri* *in* *adibus* *sæpius* *pedibus* *offensant*, *dum* *recentes* *musteos* *in* *caruario* *fluitare* *susplicunt*. ¶ *Susplicere*, est *suspectum* *habere*. Sallustius *Iugurthæ* *bello*: *Per* *idem* *tempus* *Bomilcar*, *cuius* *impulso* *Iugurtha* *deditionem*, *quam* *metu* *deseruit*, *inceperat* *suspectus* *regi*, & *cum* *suspiciens* *novas* *res* *cupere*, & *perniciem* *eius* *dolo* *querere*. Virgilius *Æneidos* libro ij. *Suspectaque* *dona* *præcipitare* *iubet*. Et *Cic.* *de* *orat.* *Quo* *prudencia* *hominibus* *grata* *est*, *lingua* *suspecta*.

439 ¶ *Subicere*, *acutere*. Virg. lib. viij. *Subigunt* *que* *in* *cote* *secures*. ¶ *Subigere*, *exercere*, *mollire*. Cicero *de* *orat.* libro ij. *Subacto*

mihî ingenio opus est, vt agro non semel arato, sed nouato, & iterato. ¶ Subigere, est *superare, & sub ditione habere*. Vir. Æneid. li. j. Ternaque transferint Rttulis hiberna subactis, Sifenna Hist. lib. iij. Terrorē perturbatā multitudinem subigunt. ¶ Subigere, *exarare*. M. Tul. de senect. Cū autem admiraretur Lylander proceritatem arborum, & directos in quicūq; ordines, & hūmum subactam atque puram. ¶ Subigere, *mollire, vel exercere*. Vir. Geor. lib. ij. Aur. scrobibus mandet mutata subactis. Lucil. libro xxx. An ego te acutam, atque animosam Theffalā, vt indomitam frenis subigam ante, domemque? M. Tul. Hortensio: Vt enim segetes agricolæ subigunt aratris multo ante, quā serant. Idem de senectute: Sed etiam ipsius terræ vis ac natura delectat, quæ cum gremio mollito, & subactō sparsum semen exceperit. ¶ Subigere, *cogere*. Virg. Geor. lib. iij. Et saepe superbos Cornibus inter se subigit decernere amantēis. Idem lib. vi. Castigatque, auditque dolos, subigitque fateri. Lucillius libro xxx. Tūne iugo iungas me ante, & succedere aratro Inuitum, & glebas subigas profcindere ferro? Plaut. Mercatore: Mirum quid me subagitarēt.

440 ¶ *Summum*, signi ficat quod omnibus sit altius. Vir. Æneid. lib. iij. Summōque vlularunt vertice nympha. Idem lib. xij. Apicem tamen incita summum Hasta tulit, summāque excussit vertice cristas. ¶ *Summum*, *proximum*. Cic. Tusc. lib. j. Summam aquam attingens enectus siti Tantalus? ¶ *Summum*, *extremum*. Vir. Æneid. lib. ij. Venit summa dies, & ineluctabile tempus Dardaniæ. Lucil. lib. xxvi. Squalitate, summa scabie, summa in ærumna obrutam. M. Tul. Hortensio: Vixit ad summam senectutem, valetudine optima. ¶ *Summum*, *gloriosum, laudabile*. Vir. libro viij. Mēne igitur socium summis adiungere rebus Nisē fugis? Ennius Andromacha: Hæc malos annos, multosque, longinquē ab domo bellum gerentes summum, summa industria.

441 ¶ *Spectare, dirigere*. Lucil. li. xxx. Quid sibi vult, quare sit, vt intrō versus, & ad te Spectent, atque ferāt vestigia, & omnia prorsus? M. Tul. de offic. lib. iij. Ad extremum si ad perniciem patriæ res spectabit, patriæ salutem antepōnet saluti patriæ. Spectare, est *videre*. Vir. Geor. li. j. Hen magnum alterius frustra spectabis aceruum. Lucret. lib. ij. E terra magnum alterius spectare laborem. Vir. lib. xij. Sedent spectentque Latini. M. Tull. Hortensio: Cæli signorum admirabilem ordinē, infatiabilēque pulcritudinē magis spectat. ¶ *Spectare, inspicere, canere*. Plaut. Afinar. Spectandum, necui annulum det, neq; roget. ¶ *Spectare, probare*. Cic. Tusc. libro v.

Non igitur ex singulis vocibus philosophi spectandi sunt. Terentius prologo Andria. Spectanda, an exigenda sunt vobis prius. Vir. lib. viij. Sunt nobis fornia bello Pectora, sunt animi, & rebus spectata iuuentus. M. Tul. de offic. lib. ij. Qui simul ac iuuenes esse ceperunt, magna spectare, atque ad ea rectis studiis debent contendere. Varro *quædam oratione*: Qui sint secundū naturam perfecti homines, vt non modō eos spectemus, sed etiā imitemur.

442 ¶ *Stringere, percutere*. Vir. Æneid. lib. x. Atque animum patriæ strinxit pietatis imago. ¶ *Stringere, nudare, vel exercere*. Vir. Æneid. lib. xi. Strictum rotat acer Lucagus ensē. ¶ *Stringere, rarefacere, excindere*. Virg. Bucol. Hic vbi densas Agricola stringunt frondes. Et Geor. lib. ij. Tunc stringe comas, tunc brachia tonde. ¶ *Stringere, decerpere*. Vir. Geor. lib. j. Sed tamen & quernas glandes tunc stringere tēpus Et lauri bacas. Varro de re rustica lib. j. Quod non solum celeriter præterire stringere vocant, sed etiam te transglubit. ¶ *Stringere, radere*. Vir. li. viij. Ego sum, pleno quem flumine cernis Stringentem ripas. ¶ *Stringere, vulnerare*. Vir. li. viij. Hunc primo leuis hasta Camillæ Strinxerat.

443 ¶ *Succedere*, dicitur in alterius locum venire. Vir. lib. x. Interea soror alma monet succedere Lauso Turnum. M. Tul. de offic. li. iij. Atqui quodam quasi veneno perficiat, vt veros hæredes moueat, vt in eorum locū ipse succedat. ¶ *Succedere, ingredi*. Vir. lib. viij. Et nostris succede penatibus hospes. Afianus Excepto: Audite pueri pauca, vos succedite.

444 ¶ *Subire, in memoriam reducitur*. Virg. Æneid. lib. ij. Subiit deserta Creusa, Aescaniūque, omnisque domus. Subire, significat *ingredi*. Vir. lib. viij. Hæc, inquit, limina victor Alcides subiit. Lucillius lib. xxviij. Puer præterea nostris qui subeant iubet. ¶ *Subire, succedere*. Var. Sexagesi: In quarum locum subierunt inquilinæ impietas, perfidia, impudicitia, impudentia. ¶ *Subire, subdere, supponere*. Virgil. Æneas subiit mucronem, ipsūque morando sustinuit. ¶ *Subire, nasci, succrescere*. Virg. Geor. lib. j. Ne subeant herbæ, neu puluere vitta fatiscat. ¶ *Subire, aggredi, succedere*. Virg. Phadūque Hebesūque subit. ¶ *Subire, resistere, respondere*. M. Tul. in Verrem diuinatione: Poterisne eius orationem subire?

445 ¶ *Secare*, dicitur excidere. Virg. lib. viij. Qualis Nereia Clotho, Et Galatea secant spumantem pectore pontum. ¶ *Secare, sequi*. vnde & sectatores bonorū sectores dicti sunt. Vir. lib. x. Quæ cuique est fortuna hodie, quæ quisque secat spem.

446 ¶ *Squalidum*, sicuti plerunque dicitur, *fordidum*. Virgilius *Æneid.* lib. ij. *Squalentem* barbam, & cōcretos sanguine crines. ¶ *Squalidum, fulgens*. Virg. lib. x. Per tunicam squalentem auro latus haurit apertum.

447 ¶ *Scitum, elegans*. Terentius Andr. Percastor scirus puer natus est è Pamphilo. M. Tullius in Verrem actione Siciliensium: Ut etiam nos, qui rudes harum rerum sumus, intelligere possumus scitè facta, & venustè.

447 ¶ *Sedet*, significationem habet clarà. Virgilius: Turnus sacra vallesedebat. ¶ *Sedet, placet*. Idem v. Idque pio sedet *Æneæ*, probat auctor Acestes.

448 ¶ *Sustulit*, est *sorsum tulit, erexit*. Virgil. *Æneid.* lib. ij. *Sustulit* exutas vinculis ad fideira palmas. ¶ *Sustulit, abstulit*. M. Tul. Philip. lib. ij. Eos qui regni nomen sustulerint, deferendos putatis. Virg. *Geor.* lib. j. *Sustulerit* fragilis calamos, sylvamque sonantem.

449 ¶ *Spargere*, significat *distillare*, vel *gutratim infundere*. Virg. li. xij. *Spargit* rapida virgula rores sanguineos. Idè lib. quarto: *Spargens* humida mella, soporiferumque papaver. ¶ *Spargere, madefacere*. Lucil. lib. xix. Latere pendens, taxa spargens tabo & sanguine atro. Virgil. *Spumant* adspargine cautes. ¶ *Spargere, separare*. Virgil. *Geor.* lib. quarto: *Discerptum* latos iuvenè sparsere per agros. ¶ *Spargere, implere*. Virg. *Æneid.* li. xi. Et iam prima nouo spargebat lumine terras.

450 ¶ *Signare*, est *designare, ostendere*. Lucil. lib. xxix. Si Socrates in amore, & in adulescèntiis meliorem paulo facie signat, nihilque amaret. ¶ *Signare, imprimere*. Virgil. *Georg.* Et summo vestigia pultere signent. ¶ *Signare, discernere, separare*. Lucil. lib. xix. Nam discrimen non facit, neque signat linea alba.

451 ¶ *Solidi*, significatio manifesta est. Virgilius lib. vj. *Solido*que adamante columna. ¶ *Solidum, continuum, iure*. Varro *Sesquivlyse*: *Naubus* duodecim domo profectum decem annos *solidos* errasse.

452 *Subnixum, subditum*. Virgil. *Æneid.* lib. ij. *Iuvenem*que superbum *seruitio* innixæ tulimus. ¶ *Subnixum, enixum*. Virgil. *Æneid.* lib. quarto: *Mæonia* mentum mita, crinemque madentè *Subnixus* raptò potitur. ¶ *Subnixum, sublime*, hoc est *sursum nixum*. Cælius *Annal.* lib. j. Et *Tatini* *subnixo* animo, & *victoria* inertis consilium inveniunt.

T

453 ¶ *Tandem*, significat *vix*, vt apud *Ciceronem*: *Tandem* aliquando *Quirites*. Virgilius *Æneidos* libro tertio: Ergo *insperata* tandem tellure potiti. ¶ *Tandem*, significat *tamen*. *Titinnius* *Gemina*: *Symphonia* odiosum tandem, vt moribus placeam viro.

454 ¶ *Tamen*, significat *statim*. *Plaut.* *Rudente*: *Vtinam* fortuna nunc ego *anthracina*

vterer, vt postquã exiissem ex aqua, arerem tamen. Virgilius *Bucolicis*: Hic hœdos depone, tamen veniemus ad urbem. ¶ *Tamen*, significat *tandem*. *Pacuvius* *Peribœa*: *Tamen* obfirmato animo mitescit metus. *Sallustius* *Histor.* libro tertio: *Nam* qui enare conati fuerant, icte sæpe ferramentis nauium, tamè aut vulnerati à suis, aut afflicti vndarum vi, multato fœdè corpore, postremò periere.

10 455 ¶ *Triste*. Virgilius: Et pluuio contristat frigore cælum. Idem *Bucolicis*: *Triste* lupus stabulis, maturis frugibus imbres. *Terentius* *Andria*: *Caue*, ne te pater *tristem* sentiat. *M. Tullius* *Hortensio*: *Aliud* ex syluis *seuerum* & *triste*. ¶ *Triste, seuerum*. *Afranius* *Priugno*: *M. Tullius* de offi. lib. i. In eius familiari *Scipione* ambitio maior, vita tristior. *Terentius*: *Tristis* seueritas inest in vultu, atq; in verbis fides. ¶ *Triste, amarum*. Virgilius *Geor.* lib. j. *Tristisque* lupini *Sustuleris* fragiles calamos. ¶ *Triste, minax*. Virgil. *Æneid.* lib. ij. *Itque* adytis hæc *tristia* dicta reportat. ¶ *Triste, graue*. *Tul.* de *Rep.* lib. vi. *Qui* numero *optimatum*, & *principum* obtulit his *vocibus*, & *grauitatis* suæ liquit illum *tristem*, & *plenum* dignitatis sonum.

20 ¶ *Triste, difficile*. *M. Tul.* de *senectute*: *Facilius* in morbos incidunt *adulescentes*, *gravius* ægrotant, *tristius* curantur. ¶ *Triste, nigrum*. Virg. *Geor.* lib. iij. *Aut* *tonsum* *tristi* contingunt corpus *amurca*. ¶ *Tristis, iratus*. *Afran.* *Epistola*: *Iactauit* sese, *iactet*, mihi erit *tristior*. id est *irator*. Idem eadem: Idem natura *tristiori* *pauillulo*. ¶ *Tristis, doctus*. *Varro* *Trio* dite *tripyllo*, *æti* *ἀπὸ τῆς* *κωλύσεως*. Illud verò quondam meo, vt ego non *meruam* *fulmè*, non *haruspicem* *tristem* simul ac *dici* non quæro: *Lucil.* lib. xxvij. *Adde* eòdem, *tristis* ac *seuerus* *philosophus*.

40 456 ¶ *Trahere, perterram ducere*. Virgilius *Æneid.* libro i. *Lora* tenens, tamen huic *ceruixque* comæq; *trahitur* *Per* terram. ¶ *Trahere* *rursus leuare*. *M. Tul.* de *deorum* natura libro ij. Et *recenti* *fossione* *terram* *fumare* *calentem*, atque etiam ex puteis *iugibus* *aquam* *calidam* *trahi*. *Plautus* *Amphitryone*: *Ego* illi *puteo*, si *occepso*, *animam* *omnem* *intertraxero*.

50 457 ¶ *Tardum*, significat *pigrum, lentum*. Virgilius *Georg.* libro primo: *Sæpe* *oleo* *tardi* *costas* *agitator* *aselli*. *Terentius* *Eunucho*: *Fatuus* est, *infulsus*, *tardus*. ¶ *Tardum, diuturnum, perseverantem*. Virgilius *Geor.* lib. secundo: *Media* *fert* *tristis* *succos*, *tardumque* *saporem*.

458 ¶ *Tendere, inhabitare, tabernacula, & hospitia ponere*. Virgil. *Æneid.* lib. ij. *Hic* *Dolopum* *manus*, *hic* *fauus* *rende* *Achilles*. ¶ *Tendere, insidiari, decipere*, dictum à *tendicula*. *Terent.* *Phorm.* *Quia* non *rete* *accipitri*

tenditur neque miluo. ¶ Tendere est proprie laxitatem distendere, & sine rugis facere. Virgilius Æneid. lib. iij. Tendunt vela noti. Idem libro sexto: Tendebantque manus ripe vltioris amore. ¶ Tendere, est dirigere. Virgilius Æneid. lib. i. Per tot discrimina rerum Tendimus in Latium. Idem lib. secundo: Ad cælum tendens ardentia lumina. Lucretius libro primo: Primum Graius homo mortalis tendere contra Est oculos ausus.

¶ Tendere, contendere. Virgil Æneid. libro secundo: Ille simul manibus tendit diuellere nodos. Idem lib. quinto: Aequo discrimine Pistris: Centaurisque locum tendunt superare priorem.

459 ¶ Turpe, est indecorum, informe. Virgil. Æneid. libro sexto: Et metus, & maleuada fames, & turpis egestas. Idem Georg. lib. iij. Scabiensq; ferat, turpeisque podagras. ¶ Turpe, grande. Virgil. Geor. lib. iij. Optima toruæ Forma bouis, cui turpe caput. Idem Georg. lib. iij. Et turpeis pascit sub gurgite phocas.

460 ¶ Tenerum, significat gracile, lentum. Virg. Geor. lib. iij. Et ros in tenera pecori gratissimus herba.

461 ¶ Tenue, vehemens. Virg. Geor. libro ij. Tenuisque Lageos Tentatura pedes olim, vinciturque linguam. ¶ Tenue, infœcundum. Virgil. lib. ij. Tenuis vbi argilla, & dumosis calculus aruis. ¶ Tenue, tenerum. M. Tul. de suppl. in Verrem: Reticulumque sibi ad naris admouebat tenuissimo lino. ¶ Tenue, frigidum. Virgil. Geor. libro primo: Ne tenues pluuiæ, rapideve potentia solis Actior. Idem lib. iij. Tum tenues dare rursus aquas. ¶ Tenue, paruum, exiguum. M. Tul. Hortensio: Eundem non mediocri pecunia, sed etiam tenui percipere possumus. Virgil. lib. v. Et tenuis Teucrum res eripe leto. Idem Geor. lib. i. Ni refugis, tenuisque piget cognoscere curas.

462 ¶ Tenet, sicuti est vsus, significat comprehendit, detinet. Vtrg. Æneid. lib. quarto: Verum vbi cotreptum manibus, vincisq; tenebis. M. Tul. in Verrem diuinatione: Non te, sed hunc librum esse responsurum, quem monitor tuus tenet hic. ¶ Tenet, inhabitat, possidet. Virg. Geor. lib. iij. Quæ gurgitis huius Ima tenes. ¶ Tenet, prohibet. Virgil. Geor. lib. iij. Texendæ sepes, etiam pecus omne tenendum. ¶ Tenet, compefcit, supprimit. Virgil. Geor. lib. iij. Tenuitque inhians tria Cerberus ora. ¶ Tenet, tegit. Virgilius Georg. lib. i. Amnis abundans Exit, & obducto latè tenet omnia limo. ¶ Tenet, dirigit. Virgil. Æneidos libro primo: Sed vos qui tandem? quibus aut venistis ab oris? Quòve tenetis iter? ¶ Tenet, intelligit, dicit Terentius Andria: Id pates, ne dicas illam; tu autem vt ducas, rem tenes.

463 ¶ Tremere, dicitur commoueri, agitari.

Virgilius lib. xi. Cur ante tubam tremor occupat artus? ¶ Tremere, timere. Virgilius Æneid. lib. ij. Hic aliud maius miseris, multoq; tremendum. Plaut. Asinaria: Non placet, pro monstro est, quando sudat qui tremit.

464 ¶ Trahere, consuetudine manifestam habet significationem. Virgil. Æneid. lib. ij. Altaria ad ipsa trementem Traxit. ¶ Trahere. Virg. Æneid. lib. i. Partibus æquabat iustis, aut sorte trahebat.

465 ¶ Tentare, est exerceri. Virgil. Geor. lib. tertio: Et tentat sese, atque itaici in cornua dicit Arboris obnixus trunco. ¶ Tentare, experiri. Virgilius libro octauo: His fretus non legatos, neque prima per artem Tentamenta tui pepigi. ¶ Tentare, aggredi. Virg. Æneidos lib. ij. Extemplo tentanda fuga, canit æquora Calchas. ¶ Tentare, petere, dare. Virg. Æneid. lib. iij. Vnde laborum Tentare auxilium iubeat.

466 ¶ Tetrum, vitabile. M. Tul. de off. lib. tertio: Postremò hæc iam in liberis ciuitatibus regnandi existunt cupiditates, quibus nihil tetrius, nihil fœdus exegitari potest.

¶ Tetrum, dicitur illiusmodi fœtidum. Virgilius Æneid. lib. iij. Tunc vox tetrum dira inter odorem. Idem lib. x. Lauit improba teter Ora cruor. M. Tul. in Verrem actione secunda: Quàm multis istum ingenuis, quàm multis matribus familiâs, in illa tetra, atque impura legatione vim attulisse existimatis? Lucil. lib. xxx. Qui non expectans spectandi studio, Sed hominis tetri impulsu ingressus.

¶ Tetrum, amarum. Lucretius libro quarto: Ac veluti pueris absinthia tetra medentes Cùm dare conantur. ¶ Tetrum, impium, crudele. M. Tul. de off. lib. iij. Promissum potiùs non faciendum, quàm tetrum facinus admittendum fuit.

467 ¶ Torquere, significat insectere. Virgil. Geor. lib. ij. Ityreos taxi torquentur in arcus. Terent. Eunuch. Illud vide os vt sibi distorsit carnifex. ¶ Torquere, gyro celeri rotare. Virgilius Æneid. libro primo: Ast illam tet fluctus ibidem Torquet agens circum.

¶ Torquere, iacere, mittere. Virgilius libro quinto: In medios telum torsisti primus Achiuos.

468 ¶ Tueri, dicitur seruare, custodire. M. Tul. Epistol. ad Cæsarem lib. i. Vt sciret tuèda maiore cura esse, quæ parta sunt. Virgil. libro octauo: Succedunt, variantque vices, quod cuique tuendum est. ¶ Tueri, videre. Virgilius lib. vi. Excipiunt plausu pauidos, gaudèntq; tuètes Dardanidæ. Pacu. Teucro: Quàm te pòst multis tueor tempestatibus.

469 ¶ Tergora, dicitur coria. Virg. Æneid. lib. i. Tergora diripiunt costis. ¶ Terga, dorsa. Virg. vij. Hinc raptas fugientibus ingerit hastas In tergun. Lucil. lib. xxviiij. Orationem facere

facere compendi potest, Solui dum saluo in tergo, & tergi non licet. ¶ Tergum, *scutum*, Virg. lib. viij. Et venit aduersi in tergo Sulmonis. Idem lib. x. Dentibus infrendēs, & tergo decutit hastas.

470 ¶ *Transmittere, trahere, derelinquere*, Lucil. lib. xxviii. Polemon & amavit mortē, & huic transmisit suam stolam, quam ducunt.

471 ¶ *Temerarium*, sicuti plerunque, à temeritate. ¶ *Temerarium, metuentum, & sollicitum*. Plaut. A sin. Sed quid [hoc] quod picus vltimum ruidit: haud temerarium est. Et in sequentibus: Aut mihi In mundo sunt virgæ vtatriensi Sauriæ.

472 ¶ *Tegetes, à tegendo*. Var. de re rustica lib. j. Sic quæ sunt de cannabino lino, iunco, palma, scirpo, vt funes, restes, tegetes, quæ è fundo sumi non poterunt.

473 ¶ *Taleas, scissions lignorum, vel presagmina*. Varro dicit de re rustica lib. j. Nam etiam nunc rustica voce intertaliare dicitur diuidere, vel excidere ramum ex vtraque parte æquabiliter præcisum, quas alij clabulas, alij taleas appellant.

V

474 ¶ *Volare, est auium*. Virg. Æneid. li. j. Humilis volat æquora iuxta. ¶ *Volare, est celeriter currere*. Terent. Hecyra: Ne frustra illic expectet, vola. Virg. Æneid. lib. v. Ecce volat, calcemque terit iam calce Diore.

475 ¶ *Vastum, est magnum*. Virg. Æneid. lib. iij. Vastumque cana trabe currimus æquor. ¶ *Vastum, horrens, & asperum*. Cic. de Orat. Ita vultu motuque corporis vasti, & agrestes, vt etiam si ingenii valeant, atque artestamen in oratorum numerum venire non possint. ¶ *Vastum, ingens*. Virg. Æneid. lib. j. Hic vasto rex Æolus antro. ¶ *Vastum, ferrox*. Cic. Tusc. Quæ barbaria, India vastior, aut agrestior?

476 ¶ *Ventus, est status*. Virg. Æneid. lib. j. Et mulcere dedit fluctus, & tollere vento. ¶ *Ventus etiam significat odorem*. Plaut. Cistell. Ita mustulentus ventus nareis obigit.

477 ¶ *Virtus, est fortitudo*. Virg. lib. v. Tunc pudor incendit vires, & conscia virtus. ¶ *Virtus etiam significat auxilium*. Plaut. Milite: Deum virtute euntem hospitio accipere apud me est comitas. ¶ *Virtus rursus meritum est, & dignitas*. Plaut. Milite: Sicut meriti pretium statuit pro virtute, vt veneat. Quæ improba est, pro meritis vitio dominum pretio pauperat.

478 ¶ *Vesca, est edere*. Virg. lib. viij. Vescebat Æneas simul & Troiana iuuentus. Acc. Atreo: Ne cum tyranno quisquam epulandi gratia, Accumbat mensam, aut eandem vescatur dapem. ¶ *Vesci etiam significat vti*. Virgilius Æneidos lib. j. Quem si fata virum seruant, si vescitur aucta Acherea. Lucret. li. 60

v. Quove modo genus humanum, variante loquela Cœperit inter se vesci per nomina rerum. Pacu. Chryse: Fugimus, qui arce hæc vescimur. Idem Armorum iudicio: Qui viget vescatur armis, vt percipiat præmium. Nouius Maccæ exsule. Curis, tunc vadimonia suum vestimentum vesceris. Acc. Armorum iudicio: Cedit Achilli indutus armis vesci studer, Vt ea cuncta optima Achilli induto, leuia præ illis puter. Idem Phœnissis: Num pariter videor patris vesci præmiis? Tull. de finibus bonorum & malorum libro v. Si gerendis negotiis possit orbatus paratissimis vesci voluptatibus. ¶ *Vesci iterum videre*. Acc. Athamante: Prius, quam infans esses, facinus oculi vescuntur tui.

479 ¶ *Velare, est operire: vnde & reuelare, nudare dicitur*. ¶ *Velare rursus ligare*. Pompon. Pannuc. Nunc rogas, Quid fiat? restis est vilis, velet gulam.

480 ¶ *Vola, est media pars manus*. Varro *ἐπιπέλας ἢ βολὴ ἢ ἀεὶ ἢ ἰσχυρὸν*: Pleni libri inquam, vbi maneant tapeti eorum, quoniam in sepulcris nec vola, nec vestigium existat. Idem Varro, *ἡ ἀεὶ ἢ ἰσχυρὸν*: Hæc Numa Pompilius fieri si viderit, sciet suorum institutorum nec volam, nec vestigium apparere. Vola rursus cauum est sub planta.

481 ¶ *Vanum, leue, inane*. Vir. Geor. lib. j. Sed illos Expectata seges vanis elusit aristis. ¶ *Vanum, est mendax*. Virg. Æneid. j. Ni frustra augurium vani docuere parentes. Sallust. Iugurtha bello: Mauri vanum genus. M. Tul. de offic. lib. j. Nihil enim proficiunt, nisi admodum mentiantur: nec verò quicquid est turpius vanitate. Idem Tusc. lib. iij. Tum ita variis imbui erroribus, vt vanitati veritas, & opinioni confirmata natura ipsa cedat. ¶ *Vanum, insidiosum, subdolum*. Virg. Æneid. lib. ij. Nec si me miserum fortuna Sinonem Finxit: vanum etiam, mendacemque improba finget. ¶ *Vanum, obscurum*. Virg. Æneid. iij. Et procul in tenuem ex oculis euauit auram. M. Tul. de repub. lib. v. Vt nostra verò ætas cum rempublic. sicut picturam accepisset egregiam, sed iam euanescentem vetustate.

482 ¶ *Vastitas significat vastationem*. Acc. Aethyanaete: Propter te tot, tantisque habemus vastitates funerum. ¶ *Vastitas, desertio*. Var. Prometh. lib. j. Mortales nemo exaudit, sed late incolens Barathrum inhospitalis capis vastitas. Virg. lib. viij. Hæc ego vasta dabo, & lato te limite dicam. Cic. de Deorum natura li. ij. Qui quasi cultores terræ constituti non patiuntur eam, nec immanitate belluarum efferrari, nec stirpium asperitate vastari.

483 ¶ *Vltimum, est nonissimum dicitur*. Vir. Æn. viij. Vltimus ille dies bello, gæti que fuisset. Et M. Tullio de senect. Magis delectatur, qui in prima cauea spectat, tamen etiã qui

in vltima. ¶ *Vltimum, primum.* Virg. *Aeneid.* li. vij. Tu sanguinis vltimus auctor. M. Tull. de offic. li. j. Efficiturque id, quod Pythagoras vltimum in amicitia putavit, ut vnus fiat ex pluribus. Idem de finibus bonorum & malorum li. iij. Eorum dico, qui summum bonum, quod vltimum appellat, in animo poneret.

484 ¶ *Vrgere, insistere.* Lucil. lib. xxvij. Cæde hostium, gnato vrgere restant, perimus. Quadrigarius *Annal.* li. iij. Sed circiter horas duas graui prelio vicerunt: deinde in fugam sunt coniecti. ¶ *Vrgere est premere, cogere.* Virg. *Georg.* lib. iij. Ima soluantur latera, atque oculos stupor vrgeret inertes. Et: Verlaque in obnixos vrgentur comua vasto Cum gemitu. Lucil. lib. xxix. Vrgeret grauedo sæpius culpa tua. Var. Antiquitate rerum humanarum: Qua murum fieri voluit, vrgemur in vnum. M. Tul. Hortens. Itaque tunc Democriti manus vrgeretur: est enim non magna. ¶ *Vrgere, est regere.* Virg. *Georg.* li. ij. Qui saxo super, atque ingenti pondere testæ vrgeret. ¶ *Vrgere, accelerare.* Virg. li. ix. Tibi quam notes festina, diesque vrgeram. ¶ *Vincere, significat superare.* Virg. *Georg.* ij. Vbi aera vincere summum Arboris hand vllæ iactu potuerat sagitta.

485 ¶ *Vincere, exprimere.* Vir. *Georg.* iij. Nec sum animi dubius, verbis ea vincere magnam quam sit. ¶ *Vincere, animi compotem fieri.* Vir. *Georg.* lib. iij. Illi victor ego, & Tyrio conspectus in ostro. Idem lib. vij. Iunonem victrix affatur.

486 ¶ *Vertere dicitur conuertere, contorquere.* Virg. viij. Gorgona desecto vertentem lumina collo. ¶ *Vertere, fallere, decipere.* Virg. *Aeneid.* ij. Seu versare dolos, seu certa occubere morti. ¶ *Vertere, mutare.* Vir. *Aeneid.* j. Quæ te, genitor, sententia vertit? ¶ *Versat, agit, commouet, voluit.* Virgiliius *Georgicorum* libro iij. Quid iuuenis, magnum cui versat in ossibus ignem? Idem *Aeneidos* libro sexto: Nunc me fluctus habet, versantque in litore venti.

487 ¶ *Vindicare, est malefactum defendere.* M. Tul. de offic. lib. ij. Atque iste dolus malus & legibus erat vindicatus. ¶ *Vindicare, trahere, liberare.* Virg. *Aeneid.* iij. Grauiusque ideo bis vindicat armis. Cic. *Academ.* lib. iij. Aliqua potestas si sit, vindicet se in libertatem. Idem de senectute: Et senectus est natura loquacior, ne ab omnibus eam vitis videat vindicare. Var. Andabat. Et me Iupiter Olympiæ, Mineruæ Athenis, suis mystagogis vindicassent. Idem *Epist. Latinis.* Si in libertatem vindicare non potes, feres fortunam. ¶ *Vindicare, reuocare.* Tul. ad Cæsarem iuniorum lib. j. Quasi si me ad id beneficium accerferes, quo per te me vnâ cum republica in libertatem vindicassent. ¶ *Vindicat, adscis-*

cit, ad se trahit. M. Tul. Hortensio: Deinde imitator, ut sibi quidem videtur, naturæ, mos vindicat.

488 ¶ *Vsus dicitur ab utendo.* Virg. *Georg.* li. iij. Nam neque erat coriis vsus. ¶ *Vsus dicitur consuetudo.* Terent. *Heaut.* Mihi sic est vsus, tibi ut opus factus est face. ¶ *Vsus, opus.* Virgilius libro octauo: Arma acri faciunda viro, nunc viribus vsus, Nunc manibus rapidis.

489 ¶ *Vitam, manifestum est à viuendo dictam.* Sallust. *Catilinæ bello:* Vitam sicuti peregrinantes transire. ¶ *Vitas, umbras.* Virg. li. vi. Et nisi docta comes tenui sine corpore vitas Admoneat volitare.

490 ¶ *Venire, clarum habet significacionem.* Virg. lib. vi. Venisti tandem. ¶ *Venire, imminere.* Vir. vij. Se satis amobus Teucrisque venire Latinisque.

491 ¶ *Verrere, est trahere.* Vir. *Aeneid.* lib. j. Quippe feraat rapidi secum, verrantque per auras. ¶ *Verrere, seruire, percutere.* Virg. *Æn.* iij. Annixi torquent spumas, & cæcula verrunt. Lucil. li. xxvij. Quam non solum deuorare se omnia, ac deuerrere. ¶ *Verrere, mundare.* Titin. *Gemina:* Euerrite ædes, abstergite araneas. Lucil. lib. xxvij. Lignum cædat, ædeis verrat, ac vapulet.

492 ¶ *Via, est iter.* Vir. *Aeneid.* li. j. Strepitumque & strata viarum. ¶ *Via, ratio, causa.* Virg. lib. x. Hæc via sola fuit, qua perdere possis. Teren. *Phorm.* Qua via istuc facies? ¶ *Via, consuetudo.* Terent. *Heaut.* Sed vi, & via peruulgata patrum. Quotidie accusabam.

493 ¶ *Vestigium, dicitur pedum impressio.* Virg. *Georg.* iij. Et gradiens ima verrit vestigia cauda. ¶ *Vestigium, extrema pars pedis.* Virg. lib. v. Vestigia primi Alba pedis, frontemque ostentans arduus albam.

494 ¶ *Voluari, dicitur volui.* Luci. xxx. Quid tu istuc curas, ubi ego oblinar, atque voluter?

495 ¶ *Volutare, cogitatione, perquirere.* Virg. *Bucol.* Id quidem ago, & tacitus mecum, Lycida, ipse voluto. Lucil. li. xxx. Hæc tu me insimulas, nonne antè in corde volutas?

496 ¶ *Vis, est celer impetus.* Lucil. lib. xxvij. Romanus populus victus vi, superatus preliis. ¶ *Vis, fortitudo.* Vir. *Aeneid.* lib. ij. Instat vi patria Pyrrhus. Idem: Auxilioque leuare viros, vinque addere victis. ¶ *Vis, celeritas.* Lucret. lib. iij. Aut quidnam tremulis facere artibus hædi, Consimili in cursu possint, ac fortis equi vis?

497 ¶ *Vix, cum labore.* Virg. *Aeneid.* v. Vix illum famuli Phegeus, Sagarisque ferebant. Idem *Georg.* lib. ij. Vix humiles apibus casias. rorantque ministrat. ¶ *Vix, statim.* Virg. *Æn.* ij. Vix ea fatus eram, gemitu cum talia reddidit. Var. *Eumenid.* Vix vulgus confluit, non perugarum, sed puerorum, atque ancillarum.

NONNVLARVM DICTIONVM IN SIGNIFICATO DIFFERENTIÆ.

CAP. V.

Cupido & amor idem significare videntur, & est diuersitas. Cupido enim inconsiderata est necessitatis: Amor iudicij. Plaut. Bacchid. Cupido te conficit, ane amor? Idem Curcul. discreuit, & vim eiusdem diuersitatis expressit dicens: Quod Venus, Cupidò que imperat, suadet que amor. Afran. Homine: Amabit sapiens, cupient ceteri.

2 ¶ Cupidinem cum feminino genere dicimus, cupiditatem significamus. Virgil. Æneidos libro sexto: Quæ lucis miseris tam dira cupidò: cum masculino, deum ipsum. Plaut. Mercat. Cupido, quantus es! Næu. Gymnastico: Ædepol, Cupido, cum tam pufillus sis, nimis multum vales.

3 ¶ Inter Amare, & Diligere hoc interest: quòd Amare vim habet maiorem; Diligere autem est leuiter amare. Cicero ad Brutum: Sic igitur facies, & me aut amabis, aut, quo contentus sum, diliges. Et libr. j. Clodius tribunus plebis designatus valde me diligit vel (vt *ἐμπαρκεῖται* dicam) valde me amat. Idem ad Dolobellam: Quis erat, qui putaret ad eum amorem, quem erga te habebam, posse aliquid accedere? Tantum tamen accessit, vt mihi nunc denique amare videar, antea dilexisse.

4 ¶ Perire, & Intirire, plurimum differentie habent, quòd Perire leuior res est, & habet inuentionis spem, & non omnium rerum finem. Plaut. Capt. Qui per virtutem perit, at non interit.

5 ¶ Alere, & Educare, hoc distat: Alere, est victu temporali vitam sustentare; Educare autem ad fatietatem perpetuam educere. Plaut. Menæch. Nā illic homo homines, non aues educat. Acc. Andr. Alui, educaui: id facite gratum vt sit seni.

6 ¶ Inter Tollere, & Ausferre, est diuersitas. Tollere, est leuare, & erigere; Ausferre, legatum transferre. Virgil. lib. viij. Tollite cuncta, inquit, cæptòsque auferte labores. Turpil. Philopatro: Simul circumspectat. vbi preter se neminem Videt esse; tulit, aufert: ego clam consequor. Var. Sexag. Nunc quis patrem decem annorum natus, non modò aufert; sed tollet nisi veneno?

7 ¶ Horrendum, & Horridum, habent plurimam diuersitatem. Est enim Horrendum, tetrum, & vitabile. Virg. Æneid. iij. Conciliū horrendum. Horridum, plerunque exstans, & prominens, & incultum. Virgil. Æneid. iij. Et glacie riget horrida barba. Plaut. Pseudu-

lo: Papillarum horridularum oppressiuncule. Acc. Medea: Vt tristes turbinū toleraret hie-
mes, mare cum horret fluctibus. Lucil. Satyr. lib. xvj. Hi, quos diuitiæ producant, & caput vngunt Horridulum. M. Tul. de repub. lib. j. Sed vt ille, qui nauigat cum subito mare cepit horrescere. Idem de repub. lib. iij. Horum in se veritatem dicitur inhorruisse primū ciuitas. Varro Epistola ad Cæsarem: Interea propè ad occidentem solem horrescit mare. Sifenna Historiarum libro iij. Subito mare subhorrescere, cæcòsque fluctus in se prouolucere

8 Inter Meretricem, & Prostibulum hoc interest: quòd Meretrix, honestioris loci est, & quæstus. nam meretrices à merendo dictæ sunt, quòd copiam sui tantummodo noctu facerent; Prostibula, quòd ante stabulum stet quæstus diurni, & nocturni causa. Plaut. Cistellaria manifestissimè discreuit: Intro ad bonam meretricem, ad stare in via solum. prostibula sanè est.

9 ¶ Genitrix, à Matre, hanc habet distantiam: quòd Genitrix, semper quæ genuerit, nuncupatur; Mater verò aliquando pro nutrice ponitur. Virgilius libro viij. Geminos huic vbera circum, Ludere pendentes pueros, & lambere matrem. Plaut. Menæc. Ita forma similes pueri, vt mater sua Non internolle posset, quæ mammam dabat, Neque ad eò mater ipsa, quæ illos pepererat.

10 ¶ Pudet, & Piget, hoc distat. Pudet enim verecundiæ est; Piget, pœnitentiæ. Plaut. Pseudulo: Nimirum id, quod pudet, facilius fertur quàm illud quod piget. Non dedisse istū pudet me, quia non accepi, piget. Idem Trinūmo: Pol pudere, quàm pigere præstat totidem litteris. Accius Neoptol. Do, & pudet quæ grauium me, & verò piget. Idem: An pro me, Da ne, quiete adiutem inuenio hortari pudet, nō prodesse id piget. Turpil. Demetrio: Pudet, pigetq; mei me. Pacu. Duloreste: Quid quondam & mihi piget paternum nomen, maternum pudet profari. Sallustius Iugurthæ bello: Nam postea quæ fecerit, incertum habeo pudeatne, an pigeat magis differere. Var. Parmen. Pudet me tui, & Musarum agnoscere, piget currere, & vnà sequi.

11 ¶ Osculum, & Suauium, his intellectibus discernuntur: quòd ab ore Osculum, Suauium, à suauitate dicitur. Varr. de vita populi Romani. Ideòque hoc ab ore dicitur osculum, non à suauitate, vnde suauium, quòd simi-

le sit suavitati.

12 *Inter Sacrificare, & Litare*, hoc interest. *Sacrificare*, est veniam petere: *Litare*, est propitiare, & votum impetrare. Virg. *Æneid.* iij. Tu modò posce Deos veniam, sacrisque litatis. id est, impetratis. Plaut. *Pœnulo*: Si hercle istuc vnquam factum est, tum me Iupiter faciat, vt semper sacrificem, neque vnquam litem.

13 *Expleri, & Satiari*, hanc habent differentiam. *Expleri*, est tantummodo plenū esse; *Satiari*, supra modum, & abundantiam. Lucr. lib. vj. Deinde animi ingrata naturam pascere semper, Atque explere bonis rebus, satiareque nunquam. M. Tull. de repub. lib. vj. Graues enim dominae cogitationum libidines, infinita quaedam cogunt, atque imperant: quæ, quia nec expleri, nec satiari vllō modo possunt, ad omne facinus impellunt eos, qui illecebris suis incenduntur.

14 *Arcus, & Arquis*, hoc distant. *Arcus*, enim suspensus fornix appellatur. *Arquis* nō nisi qui in cælō apparet, quē Irim poëtæ dixerunt: vnde & *Arquati* dicuntur, quibus color, & oculi virent quasi in arqui similitudinem. Lucret. lib. vj. Tum color in nigris exstabat nubibus arquis.

15 *Fors, & Fortuna*, hoc distant. *Fors* est casus tēporalis; *Fortuna* dea. Acc. *Astyan.* Itera in quibus partibus (nanque audire volo) si est quē exopto, Et quo captus modo, fortunane an forte reperitur. Idem *Andromeda*: Multi in quo mulier animo sibi mala auferre in malis, Quibus natura praua magis, quàm fors, aut Fortuna obfuit. Lucil. *Satyr.* lib. xij. Cui parilem Fortuna locum, fatūmq; tulit fors. Idem eodem: Aut forte omnino, ac Fortuna vincere bello. Si forte ac temerē omnino, quid cursum ad honorem? Var. *Epist.* ad Fusum: Dij quæso, fors fortuna quantis commoditatibus hunc diem.

16 *Ferus, & Ferox*, hanc habent distantiam. *Ferus*, est saeuus; *Ferox*, est fortis. Acc. *Tereo*: Nouus nouo dabunt, aduena animo audaci in medium proripit sese ferox. Sallust. *Iugurth.* bello: Ille animo feroci negat se roties fulum Numidam pertimescere. Virg. *Æneidos* lib. ij. Ferus omnia Iupiter Argos Trāstulit. Idem libro iij. Et frena ferox spumantia mandit.

17 *Antiquus, & Antiquior*, vt gradu, ita & intellectu distat. Nam *antiquus*, significat vetus. Virg. *Georg.* lib. ij. Antiquatque domos auium. *Antiquior* melior. Var. rerum humanarum lib. xx. Neque idonei ciues aliquid habent antiquius salute communi. Acc. *Phœnissis* abdracontis. Surpo amata exoratus, genere antiquior. Lucil. lib. xij. Quin potius vitam degas sedatus quietam, Quam tu antiquius facere, quàm vt hoc fecisse videaris.

Marc. Tull. de amicitia: Hoc quidem est proprium amicitia, sed antiquior, & pulchrior, & magis à natura profecta. Idem de repub. lib. j. Sed quoniam plurima beneficia continet patria, & est antiquior parens, quàm si quis (vt aiunt) curauerit: maior ei profectò quàm parenti debetur gratia.

18 *Faustum, & Festum*, his intellectibus discernuntur. etenim *Faustum* quasi à fauendo dictum, ac per hoc prosperum & propitium. vnde contrà infaustum minax, & inprosperum; *Festum*, verò sollemniter latum, & feriatum. Virg. *Æneid.* lib. vj. Festòsque dies de nomine Phœbi. Terent. O faustum & felicem hunc diem.

19 *Cuius, & Cuiatis*, hæc est differentia. *Cuius* ad personam refertur hominis; *Cuiatis*, vnde significat. Acc. *Teleph.* Qui neque cuiatis esset, vnquam potuimus multi rogantes scire.

20 *Animus, & Anima*, hoc distant. *Animus* est, quo sapimus; *Anima*, qua viuimus. Acc. *Epig.* Sapimus animo, fruimur anima. sine animo anima est debilis. Var. *Andab.* In reliquo corpore ab hoc fonte diffusa est anima. Hinc animus ad intelligentiam tributus.

21 *Vultus, & Facies*, hoc distant. *Vultus*, est voluntas, quæ pro motu animi in facie ostenditur; *Facies* ipsa oris species. Sallust. *Cat.* Prorsus in facie, vultūque vecordia inerat. Lucil. *Satyr.* lib. j. Vultus item, vt facies morsiter morbus venenum. Tul. de offic. li. j. Præclarāque esse æquabilitas in omni vita, & idē saepe vultus, eadēque frons.

22 *Sebum, & Vnguentum*, habent hanc diuersitatem. *Sebum*, fit ex adipe ruminantium. Lucil. *Satyr.* lib. iij. Tisiphone te pulmōibus adirem, vnguetum Excoctum attuli Eumenidibus, sanctissima Erinys.

23 *Mussare, & Murmurare*, ita discernuntur: quòd *Mussare*, hominum fit occultè, & depressa voce loquētium, quod cælatum vellent. Virg. *Æneid.* x. Quid fortuna ferat, populi sed dicere mussant. Et alibi: Flēt mæsti, mussantque patres. *Murmurare*, autem, maioris soni est proximi ad tumultum. Virg. *Georg.* j. Ex resonantia longè Litora misceri, & nemoribus increbrescere murmur.

24 *Priores, & Primores*, hanc habent diuersitatem. *Priores* enim comparatiui sunt: gradus; *Primores* summa quæque res. Lucil. *Satyr.* lib. viij. Gallinaceus cum victor se galus honestè sustulit in digitos, primorēque erigit vnguis. Turpil. *Demet.* Sandalio iniuxa digitis primoribus. Varr. *Armorū iudicio*: Vt in litore cancri digitis primoribus stare. Lucil. *Satyr.* li. xx. Calphurnij seua leger in Pisonis reprehendi, Eduxi que animam in primoribus naribus, Afran. *Vopisc.* Apage sis clientū animum in naribus primoribus vix perculi.

pertuli ædopol. Tul. Hort. Qui illum nescio quid, quod in primoribus habeat (vt aiunt) labris. Idem Orat. Quæ isti rhetores ne primoribus quidem labris attigissent.

25 ¶ *Poesis*, & *Poema* hanc habent distantiam. *Poesis* est textus scriptorum; *Poema*, inuentio parua, quæ paucis verbis expeditur. Lucil. Satyr. li. ix. Non hæc quid valeat, quidve hoc intersit illud Cognoscis primùm, hoc quod dicimus esse poema. Pars est parua 10
poema. Idem Epist. Item quæuis non magna pars poema est illa. ¶ *Poesis*, opus totum totaque illa summa est vna *ἡσῆς*, vt annales Ennij. At quæstus vnum. Est maius multo, quam quod dixi ante poema. Quapropter dico, nemo, qui culpatur Homerum Perpetuè culpatur, neque quod dixi ante poesin Verbum vnum culpatur verbū enthymemate malocum. Var. Parm. *Poema* est *ἡσῆς ἐνυθημας*, id est, verba plura modicè in quandam cõiecta formam. 20
Itaque etiam distichon epigrammation vocant poema. ¶ *Poesis* est perpetuum argumentum, & rhythmis, vt Ilias Homeri, & Annales Ennij. *Poesis*, est ars earum rerum.

26 *Doctum*, & *peritum* cum simile videatur, à Tullio discretum est, vt sit *peritum* plus, quam quod *doctum*, de offic. libr. iij. Itaque cum sint docti, à peritis desuntur faciliè sententia.

27 ¶ Inter *Urbes*, & *Ciuitatē* hoc interest. 30
Urbs est ædificia. *Ciuitas* incolæ. Virg. Æneid. lib. j. *Urbs* antiqua fuit. Enn. Telepho: Et ciuitatem video Argiuum incendier. Pacu. A-
talanta: Sollicita studio, obstupida suspensio animo ciuitas. M. Tul. de republ. lib. j. Quam cum locis, manūque sepulserit, eiusmodi cõiunctionem rectorum oppidum, vel urbem appellatur delubris distinctam, spatiosque communibus. omnis ergo populus, qui est talis cæteris multitudinis, qualem exposui, ciui- 40
tas est: omnisque ciuitas est constitutio populi. Idem ij. Quo auctore, & principe vocatur ciuitas. Sisen. Histor. lib. iij. Deniq; cum variis voluntatibus incerta ciuitas trepidare. Pompon. Cum vertice superiorem locum inscendo.

28 ¶ Inter *Cogitare*, & *Deliberare* hoc interest. *Cogitare* est dubitare; *Deliberare* confirmare. Turpil. Boethont. Quæso cogita, ac delibera. Idem Philopatro: Certum ac deli- 50
beratum est me illis obsequi.

29 ¶ *Sciens*, & *consciens* hoc differunt: quod *Sciens* secum; *Consciens* cum alio sciens est: licet conscium indifferenter positum legerimus.

30 ¶ *Auspiciū*, & *Auguriū* his intellectibus discernuntur: quod sit *Auspiciū* auiū inspectio, & quæ ex volatu auium significatur, & vocibus; *Auguriū* autem rerum omnium coniecturas prudenter, ac diligenter amplectitur. 60

31 ¶ *Monstra*, & *Ostenta* similiter intelliguntur, quod imminetia monstrent, & ostendant. ¶ *Omen* verò votum est mentis, & vocis. vnde sacrificantibus dicitur, bona omnia habere. id est, vt circumstantes & mente rectè velint, & bona oribus proferant. ¶ *Portentum* non solum quod portendat; sed etiã quod iam apporet, & faciat ex his significationibus, quæ in auspiciis, & auguriis, & extispiciis ostenduntur, ¶ *Prodigium* autem semper pessimum est, dictum quasi portò adigendum. Virg. Æneid. lib. iij. Sola nouum, dictūque nefas, Harpyia Celeno Prodigium canit, & tristes denuntiat iras.

32 ¶ *Iniuriā*, à *contumelia* hoc distat. *Iniuriā* enim leuior res est. Pacuuius Peribœa: Patior faciliè iniuriā, si est vacua à contumelia. Cz-
cilius Fallacia: Faciliè ærumnā ferre possum, si inde abest iniuriā, Etiamque iniuriā nisi contrā constant contumeliā.

33 ¶ *Fulmen*, *Fulgur*, & *Fulgurium* his intellectibus discernuntur. Est enim *Fulmen* telum ipsum quod iacitur. Vt Virg. Georg. li. j. Ipse pater media nimborum in nocte corusca Fulmina molitur dextra. *Fulgur* ignis qui corruscat fulmine. vnde & fulgetra dicitur, & fulgor. Virgil. lib. v. Maculosus & auro Squamam incendebat fulgor. *Fulgurium* dicitur fulgure tactum, vel exustum.

34 ¶ *Iurgium*, & *Lis* hanc habent distantiam: quod *Iurgium* leuior res est. siquidem inter beneuolos, aut propinquos dissensio, vel concertatio iurgium dicitur; Inter inimicos dissensio *Lis* appellatur. M. Tul. de Republ. li. iij. Admiror nec rerum solum, sed verborum etiam elegantiam. Si iurgant, inquit, beneuolorum concertatio non lis, inimicorum iurgium dicitur. Et in sequenti: Iurgare igitur lex putat inter se vicinos, non litigare.

35 ¶ *Mercx*, & *Mercatura* hoc distat. *Mercx* est species; ipsa *Mercatura* actus ipse, vel lucrū de merce. *Mercatus* autē locus, in quo agitur mercatura. M. T. de Republ. li. iij. Phœnices primi mercaturis, & mercibus suis auaritiā, & magnificentiā, & inexplebiles cupiditates omnium rerum exportauerunt in Græciam. Var. Sexagesi: Vbi tum comitia habebant, ibi nunc sit mercatus. Serenus opusculis: Ad mercatum eo villice, ecquid vis inde euchi, aut agi? Cic. Tusc. lib. quinto: Ita nos quasi in mercatus quandam celebritatem ex vrbe aliqua. Et de offi. li. iij. Ad quos cum tanquã ad mercaturam bonarum artium sis profectus, inanem redire turpissimum est.

39 ¶ *Superstitionis*, & *Religionis* distantiam manifestissimè discernit M. Tul. de natura deorum lib. ij. Non enim philosophi solum, verum etiam maiores nostri superstitionem à religione separarunt. Num qui tota die precabantur, & immolabāt, vt sibi sui liberi su-

perfites eſſēt, *ſuperſtitioſi* ſunt appellati, quod nomen patuit poſtea latius. Qui autem omnia, quæ ad cultum deorum pertinerent, diligenter retractarent, & tanquam relegerent, dicti ſunt *reliſiſi*, ex eligendo. ¶ Sed verè *ſuperſtitioſi* proprietatem ex hoc habent, quod præ cultura deorum ſuperſedeant cætera, id eſt negligat. Itidem & *reliſiſi*, quaſi religioſi omnium cæterorum ſacrificiis deſeruiant.

37 ¶ *Peius*, & *Deterius* hic ſenſibus diſcernuntur: quod ſit *Peius* à malo, quod in uſu eſt, & creberrimè frequentatur; *Deterius* verò à bono, vt minoris ſit meriti, quàm id, quod placet. Virgil. Geor. lib. iij. Deterior qui vilis, eum ne prodigus obſit Dede neci. Idem libro viij. Deterior donec paulatim ac decolor ætas. Hæc enim melioribus comparata ſunt.

38 ¶ Inter *Circum*, & *Globum* hoc intereſt: quòd *Circus* eſt planities rotunda, vt circuitus: *Globus* ſoliditas vndique verſum rotunda, vt eſt ſphæra. M. Tullius de natura deorū lib. ij. Cūnque duæ formæ præſtantiffimæ ſint ex ſolidis globis, ſic enim ſphæram interpretari placet. ex planis aut[em] eſt] *Circus*, aut orbis. Virgilius libr. v. Mediæque in valle theatri *Circus* erat. Et: Lucentemque globū lunæ, Titaniaque aſtra.

39 ¶ *Manubias*, à *Præda* hoc diſtare veteres exiſtimarunt, vt ſit *Præda* corpora ipſa rerū, quæ capiuntur; *Manubie* verò pecuniæ ex præda vendita redactæ, & ſic apud plurimos. nã & Marcum Tullium de lege agraria, ita ſenſiſſe voluerunt. Prædam, manubias ſectiles, caſtra denique Cn. Pompeij ſedente imperatore cenſores.

40 ¶ *Peruicacia*, & *Pertinacia* hoc diſtant: *Peruicacia* eſt interdum bonarum rerum perfeuerantia, *Pertinacia* ſemper malarum. Accius Myrmidonibus: Tu pertinaciam eſſe *Archiloche* hanc prædicas, Ego peruicaciam aio, & à me vt volo. Nam peruicacem dicis me eſſe, & vincere Perfacile patior, pertinacè nil moror: Hæc forte ſequitur, illam indocti poſſident, Tu addis quod vitio eſt, demis quod laudi datur.

41 ¶ *Senſus*, & *ſenſa* hoc ſeparantur: *Senſus* enim ſunt, qui ſentiunt: *ſenſa* quæ ſentiuntur. Cicero de Oratore: Et quod exprimere dicendo ſenſa poſſumus. nam primum manifeſtū eſt, & ſapere nos, cūn incitatio ſit, vel ſenſus.

42 ¶ *Iuuentus* & *Iuuenta*, & *Iuuenilitas* hoc diſſerunt. *Iuuentus* iuuenes; *Iuuenta* ætas ipſa; *Iuuenilitas*, quod *oppetis*, vel *māto*, vocant Græci. Vir. Geor. li. iij. Et patiens operis, paruoque aſſueta *Iuuentus*. Idem eodem: Interea ſuperat gregibus dum læta *Iuuentus*, Solue mares. Salluſtius *Catiline* bello: Ibi que *Iuuentutem* ſuam exercuit. Idem *Catilina*:

Scio fuiſſe nonnullos, qui ita exiſtimarent, *Iuuentutem*, quæ domum *Catiline* frequentabat. Varro *Tichono*, *ſibi* & *ſuis*: Quam dereliquit multicipuda *Iuuenilitas*.

43 ¶ *Morata*, *morigera*, & *morofa* hanc habent diſtantiam: quòd *Morofa* eſt contrariis, peruerſiſque moribus. Afranius Vopilco: Dū *morigeram*, dum *morofam* præbeo, Deinde aliquid dedita opera controuerſiæ Concino, lædo interdum contumeliis. M. Tull. de ſenectute: Ac ſunt *morofi*, & *anxij*, & *iracundi*, & *difficiles ſenes*. Plautus Aulul. Dummodo *Morata* rectè veniat, dorata eſt ſatis.

44 ¶ Inter *Vegetum*, & *Vigens* hoc intereſt: quòd *Vegetum* ſit incolume; *Vigens* forte. Nã *vegetum* corporis; *vigens* etiam animi poſſumus dicere, vt in multis.

45 ¶ *Profeſti*, & *Feſti* dies diſcernuntur ſic. *Profeſti*, ſunt à feſtiuitate vacui. Afran. Priuigno: Que feſtuo nos facere ſolemus die, quotidiano opere promiſcè omnia, atque profeſto concelebras focum.

46 ¶ *Quarere*, & *requirere* hoc diſferunt: quoniam *Requirere* eſt diu *quarere*. Afranius Fratriis: Proin tutum *quæram*, ne *requiram* te vide.

47 ¶ *Specula*, & *ſpeculum* ſicut genere, ita ſignificantia diſferunt. Nam *Specula* deſpicientiam ſignificat. Virg. libro decimo: Atque leo *ſpecula* cūm vidit ab alta *Stare* procul campis meditantem prælia taurum. *ſpeculum*, quod imago redditur. M. Tullius in *Clodium*, & *Curionem*: Sed credo poſtquam tibi *ſpeculum* allatum eſt, longè te à pulcriſ abeſſe ſenſiſti. Varro *Eumenidibus*: Sed nos ſimul atque in ſummam *ſpeculam* peruenimus, Videmus *populum* futuris incinctum tribus.

48 ¶ *Conſiteri*, & *Proſiteri* hoc diſtāt: quòd *Proſiteri* voluntatis eſt; *Conſiteri*, neceſſitatis, & coactus: quod ita poſitum ſæpiùs legimus. Cicero pro *Manlio*: Hic ego non ſolum *conſiteor*, verūm etiam *proſiteor*. Honeſtius *proſiteri*, quàm *conſiteri*.

49 ¶ *Vlcus*, & *vulnus* hoc diſtant: quòd *Vlcus* teſta, & clauſa eſt malignitas. Vir. Geor. lib. ij. Quam ſi quis ferro potuit reſcindere ſummum *Vlcis* os, alitur vitium, viuūque tegendo *Vulnus*, hians, & patens. Idem libro nono: Produxi præſiſſe oculos, aut *vulnera* laui *Veſte* tegens.

50 ¶ *Quartum*, & *quarto* prudentes diſſerre dixerunt. Varro *Disciplinarum* quinto: Aliud eſt *quartū* prætorem fieri, aliud *quartū*. Et *Quartum* locum ſignificat, & tres ante factos; *Quartū* tempus ſignat, & ter ante factum. Ennius rectè *Quintus* pater *quartum* ſit *Conſul*.

51 ¶ *Turpe*, & *ſædum* quam habeant diſtantiam, manifeſtum eſt. Nam *turpe* leuior reſ eſt.

est: *Fædum*, vim habet maiorem. M. Tull. de offic. Luxuria verò cum omni ætati turpis, tū senectuti fœdissima est.

52 ¶ *Forma, & Figura*, quæ sit differentia, M. Tul. manifestator est. Nam *Formam* integritatem speciei esse voluit: *Figuram* formam nostram. M. Tul. de offic. lib. j. Principio corporis nostri magnam natura ipsa videtur habuisse rationem, quæ formam nostram, reliquàmque figuram, in qua esset species honesta, eam poluit in promptu.

53 ¶ *Dignitatem, & venustatem*, discerni voluit M. Tul. ut *Dignitas* viris; *Venustas* feminis sit attribuenda, De offic. libro j. Venustatem muliebrem dicere debemus, dignitatem virilem.

54 ¶ *Monstra, & Prodigia, & Portenta* hoc distant: quòd sunt *Monstra* & *ostenta*, monita deorum. Virgil. lib. iij. Primumque parentem *Monstra* deum refero. *Prodigia*, deorum minæ, vel ira. Idem lib. tertio: *Sola* nouum, dictūque nefas *Harpyia* Cæleno *Prodigium* canit. Et lib. sexto: *Prodigiis* acti cælestibus ossa piabunt. *Portenta*, ostenta, quæ aliquid imminere significant. Lucil. libro xxvj. Nisi portenta, anguësque volucres, ac pinnatos scribitis.

55 ¶ *Celare, & Celare*, hanc habent distantiam: quòd *Celare* est tegere, & abscondere. Terentius: Bene dissimulatam amorem, & celatum indicans. Virg. Æn. li. vj. Secreti celât calles. *Celare*, inscalpere. Virg. Æn. li. j. Cælataque in auro Fortia facta parû. Varro Agathone: Numnam cælatus in manu dextra Icyphus, Cælo dolitus artē ostētat Mentoris?

56 ¶ *Ignoscere, & Concedere*, quemadmodū inter se distât, aperit M. Tul. ad Cæsarem iuniorum lib. j. Quod mihi, & Philippo vacationem das, bis gaudeo. nã & præteritis *ignoscis*, & *concedis* futura.

57 ¶ *Contemnere, & Despiciere*, eò distât: quòd est *despicere* grauius, quam *contemnere*. M. Tul. in Verrem actione iij. Quémque contempserit, despexerit, liberum esse nunquam duxerit. Idem ad Cæsarem lib. iij. Amici nonnulli te contemni, ac despici, ac pro nihilo haberi senatus voluit. Et de senectute: Contemni se putant, despici, illudi.

58 ¶ *Cupiditas, & Cupido*, diuersa sunt. Nam *cupiditas* leuior est. Lucil. li. xxij. *Cupiditas* ex homine; *cupido* ex stulto nunquam tollitur: quòd cupiditas pars quædam sit temperatio defluens ex cupidine.

59 ¶ *Æmulatio*, ab *Imitatione*, hoc distât: quòd *Imitatio* simplex est, & liuorem atque inuidiam non admittit: *Æmulatio* autem habet quidem imitandi studiū, sed cum malitiæ operatione. Virg. lib. vj. *Æmulus* interceptum Triton (si credere dignum est) Inter saxa virum spumosa immererat vnda. Tull.

in Cæsaria. Quasi quodam æmulo, atque imitatore studiorum & laborum meorum, & comite abstracto.

60 ¶ *Probatum, & Spectatū*, vis maioris est. Lucil. lib. xxvj. Tuam probatam mihi, & spectatam maximè adolefcentiam.

61 ¶ *Bellum, & Prælium*, hoc differunt: quòd *prælia* partes sunt belli, hoc est in bello congressiones. Lucil. lib. xxvj. Ut populus Romanus victus vi, & superatus præliis sæpe est multis: bello verò nunquam, in quo sunt omnia. Virg. lib. vnde cimo: Infanteria fugiens media inter prælia belli.

62 ¶ *Inter Cauere, & Vitare*, Lucil. esse distantiam voluit lib. xxvj. & esse plus *vitare*: Quid tibi cauendum censes, quid vitandum maxumè.

63 ¶ *Vetustifcere, & Veterascerere*, quid interfit Nigidius commentator Grammaticus li. x. deplanauit: Dicemus quæ vetustate deteriora sunt *vetustifcere*; *inuetrascerere*, quæ meliora. M. Tul. ad Hirtium lib. vij. Cum enim nobilitas sit nihil aliud quàm cognita virtus, quis in eo, quem veterascentē videat ad gloriam, generis antiquitatem desideret?

64 ¶ *Nocens à Nefario, & Impio*, distare, uti *Nocens* leuius videri possit, M. Tul. de offic. lib. ij. voluit: Nec tamen ut hoc fugiendū est, ita habendum est religioni contrarium, nocentem aliquando, & nefarium, impiūque defendere.

65 ¶ *Innuere, & Annuere*, hoc distant: quòd *Innuere* est facie significare. Terent. Adelphis: Annuere, quin pugnus continuò in mala hercat. Non innueram, verum in istam partem potius peccato tamen. *Annuere*, concedere. Virgil. libro x. Annuit his Iuno, & mentem latata retorfit. M. Tul. Hortensio: Quod cum vterque nostrum annuissent, omnesque ad id tempus, quod erat dictum postero die venissemus. Positū est annuere pro innuere: Plautus Asinaria: Neq; illa vlli homini nutet, ni cter, annuat.

66 ¶ *Flagrare, & Fragrare*, ita discernuntur: quòd *Flagrare* est incendi, & ardere; *Fragrare* verò olere, & in plurimis inuenitur ista discretio.

67 ¶ *Noxa, & Noxia*, hanc habent diuersitatem: quòd est *Noxa* peccatum leue. Virgil. Æncidos libro primo: Vnius ob noxã & furias Aiæcis Oilei. *Noxia* nocentia. Virg. libro octauo: Iræque & crimina noxia cordi. M. Tul. Hortensio: Et cæteras quidem res, in quibus peccata non maximè afferunt noxias tamen, ni sciunt, attingunt.

68 ¶ *Plus, à Multo*, vetustas voluit discrepare, & potest videri hanc habere distantiam, ut sit *Multum*, à plurimo minus, ac non supra modum. Virg. Georg. lib. j. Multum aded rastrois glebas qui frangit inertes. *Plus*, sicut in

plerisque, quod maioris modi est, quam necessarium est, atque ideo M. Tull. maius discreteuit Epist. ad Catonem: Nec ideo mihi desiderandam esse dignitatem meam, quod eam multi impugnant, sed eo magis recolandam, quod plures desiderant.

69 ¶ *Inter Speratam, Dilectam, & Pactam & Sponsam*, hoc interest: quod virgo prius quam petatur *sperata* dicatur. Plaut. Amph. Amphitruo uxorem salutat letus, *sperata* suam. Dehinc *promissa*, vel *pacta*, vel *sponsa* dici potest. Virgil. *Aeneid.* lib. ij. Cui pater & cōiux quōdam tua dicta relinquitur? Et idem alio loco: Et gremiis abducere pactas. Titin. *Diuortio*: Cui exacta aetate sponsa sit desponsa.

70 ¶ *Mutuum*, à *Fœnore*, hoc distat, quod *Mutuum* sine v'suris; *Fœnus* cum v'suris sumitur, & est accepti fœtus. vnde & fœnus dictū est, vt Græcè *τοκός*, quasi partus multi sumpti. Plaut. *Afin.* Nam si mutuo non potero, certū est, sumam fœnore. Vnde honestius mutuum est, quod sub amico affectu fiat, tamen vsu temporis necessarii fœnore sumere decet.

71 ¶ *Inter Nutare, & Annuere, & Nictare*, veteres hoc interesse voluerūt: vt *Nutare* capitibus; *Annuere*, vel innuere narium vel labiorum; *Nictare* oculorum significantiam esse decreuerint. Plautus *Afinaria*: Nec illa vlli homini nutet, nictet, annuat.

72 ¶ *Simulare, & Dissimulare*, hanc habent distantiam. *Simulare*, est fingere scire, quæ nescias; *Dissimulare*, fingere nescire, quæ scias. Sal. *Catiline bello*: Cuius rei libet simulator, ac dissimulator.

73 ¶ *Castitas, & Pudicitia*, paria deputantur: cum sit *Pudicitia*, ab iniuria turpium libidinum libera; *Castitas*, & ab his continens, & remota; præterea & religiosa munditia, & puritas. Virgilius *Georg.* lib. ij. Casta pudicitiam feruat domus. Virg. *Aeneid.* lib. vj. Quisque sacerdotum casti dum vita maneret. Et libro vij. Præterea castis adolet cum altaria tedis. atq; ideo plus est castitas à pudicitia, quod par sit pudicitia cum aliis cæteris castitas.

74 ¶ *Pascere, & Alere*, hoc distant auctoritate: vt sit *Alere*, sufficere generis curam habere; *Pascere*, natos cibo saginare: Varr. *de re rustica* lib. ij. Vbi pragraues pascuntur pauonum greges.

75 ¶ *Ora, & Ora*, licet paria esse videantur; tamen vt genere, ita intellectu distant. nam quoties in his *neutrum* genus tangitur, vultus, vel facies nostra significatur. Virgilius: Os, humerisque deo similis. Et libro xij. Ora citatorum dextra detorsit equorum. quoties *femininum*, cuius rei libet fines. Virgil. *Aeneidos* lib. j. Exire, loeisque Explorare nouos, quas vento accesserit oras.

76 ¶ *Inter Exstinguere, & Opprimere*, interesse Cicero voluit de amicitia, vt sit maius.

Opprimere, quàm *Exstinguere*. Quamobrem primum danda opera est, nequa amicorum dissidia fiant: sin tale aliquid euenierit, vt extinctæ potius amicitia, quàm oppressæ videantur. quasi quod extinguitur possit renouari; quod opprimitur, non queat.

77 ¶ *Morbum*, à *Vitio*, prudentia veterum sic voluit separari: vt sit *Morbus*, cum accessit vtique aut temporis, aut cōtagij; *Vitium* perpetua & insanabilis, atq; irreuocabilis causa.

78 ¶ *Meminisse, & In memoriam redire*, hoc differre Aristoteles putat, *διαφέρει μνησθαι τὸ μνησθαι, & vult meminisse omnium esse animantium, vt cibi, potionis, somni, voluptatis: in memoriam reuocare*, quod exciderit, non nisi homines posse.

79 ¶ *Die quarta, & Die quarto*, hoc differre prudentes volunt: quorum tamen auctoritas in obscuro est, vt sit *die Quarto* temporis præteriti; *die Quarta* futuri.

80 ¶ *Mentiri, & Mendacium dicere*, quemadmodum distent, P. Nigidius studiis bonarum artium præclarissimus manifestissimè separauit. Qui *mentitur*, ipse non falsus alterum fallere conatur: qui *mandacium dicit*, ipse fallitur quantum in se est, vir bonus præstare debet, vt non mentiatur, prudens ne mendacium dicat: alterum iudicat in homine, alterum non.

81 ¶ *Festinare, & Properare*, veteres voluerunt habere distantiam: Cato oratione, quam de suis virtutibus scripsit: Aliud est properare, aliud festinare. qui vnū quid maturè transigit, is *properat*: qui multa simul incipit, nec perficit, is *festinat*. Verum vtrorumque verborum ratio sub hac significantia proxima est veritati, vt sit sepe animi *properare* studiosè ad res aliquas contendenti, *festinare* corpore necessitatibus obsequendi. Virgil. lib. iij. Et mediis properas aquilonibus ire per altum. Idem *Aeneid.* lib. ij. Festinate viri, nam quæ tâtera moratur Segnities?

82 ¶ *Matrona, & Materfamilias*, dissimilitudinem hoc modo veteres docti separant quidam, vt sit *Matrona* quæ peperit semel; *Materfamilias* quæ sapius: sed hæc definitio videtur absurda. Ad hæc fidelius locupletiores *matronam*, quæ in matrimonio sit mariti etiam ante susceptos liberos, dicent; meliorem tamen matris futuræ spe M. Tullius nomine nuncupatam: *matrem verò familiam* quæ in familia mancipioque sit patria, & si in mariti matrimonio esset.

83 ¶ *Auarum, & Auidum*, ita discernuntur: *Auarum* enim semper in reprehensione est; *Auidum* autem ab auendo, quod est, etiam honestè cupiendo, & à delectatione intelligi potest, ac per hoc aliquando malis, aliquando bonis adiungitur causis. Vt Virg. *Georg.* li. ij. Pascuntur oves, auideq; iunecæ. Sallust. *bell. Catiline*: Laudis auidi, pecunie liberales erant.

84 ¶ *Audacia*

84 ¶ *Audacia*, & *Audentia* hoc differunt: quòd *Audentia* fortitudinis sit, *Audacia* temeritatis. Vt Sallustius: *Audacia* pro muro habetur: & apud veteres sæpe sic. *Audentia*. Virg. *Audentis* fortuna iuuat. Et: *Audentior* ibo In casus omnes. *quoniam* & *audacia* pro fortitudine legimus, vt Virgii. lib. ix. Irim de cælo misit Saturnia Iuno *Audacem* ad Turnum. Et: Aude hospes contemnere opes, quod humanitatis sit potius, quàm temeritatis.

85 ¶ *Prospicere*, & *Respicere* distant: vt aduersum videre. *Prospicere* rectè dicatur; *Respicere* quasi retrò aspiciere. Varr. Manio: Sedes altus alieno sumptu, neq; pòst respiciēs, neque ante prospiciens.

86 ¶ *Furor*, ab *Insania* distare Cic. Tusc. li. iij. ostendit: Itaque non est scriptum, si *insanus*; sed, si *furiolosus* esse incipit. *Insaniam* enim censuerunt inconstantiam, id est, sanitate vacantem; tamen posse tueri mediocritatem officiorum, & vitæ communem cultum, atq; vilitatem. *Suorem* autem esse rati sunt mentis ad omnia cæcitatem. quod cum maius esse videatur, quàm *insania*, tamen eiusmodi est, vt furor in sapientem cadere possit, *insania* non possit.

87 ¶ *Confidentia*, & *Fidentia* discretionem pandit M. Tul. Tusc. lib. iij. Qui fortis est, idè *fidens*, quoniam *confidens* mala consuetudine loquentium in vicio ponitur, ductum verbū à *confidendo*, quod laudis est. Qui autem est *confidens*, is profectò non extimescit. discrepat enim à *timendo* *fidens*.

88 ¶ *Inuidia*, & *Inuidentia*. Cic. Tusc. li. iij. Possit etiam in *misericiordiam*, possit in *inuidiam*. Non dixi in *inuidiam*, quæ tum est, cum inuidetur. Ab inuidendo autem *inuidentia* rectè dici potest, vt fugiamus ambiguum nomen *Inuidiæ*. Et lib. iij. Vt *agritudini* inuidentia. (vtendum est enim docendi causâ verbo minus vilitate; quoniam *inuidentia* nō in eo, qui inuidet, solum dicitur, sed etiam in eo, cui inuidetur.)

89 ¶ *Agrotatio*, & *Agrotudo*. Cic. Tusc. li. iij. Sed propriè vt *agrotatio* in corpore, sic *agrotudo* in animo nomen habet.

90 ¶ *Iracundus*, & *Iratus*, ebrius & ebriofus, amator & amans quid inter se distent, Cicero discreuit Tusc. lib. iij. Aliud *iracundum* esse, aliud *iratum*; vt differt *anxietas* ab *angore*. neque enim omnes *anxi*, qui anguntur aliquando. Inter ebrietatem, & ebriofitatem hoc interest, aliud est *amatozem* esse, aliud *amantem*.

91 ¶ *Latiari*, & *Gaudere* distant: vt Cicero Tusc. lib. iij. Atque vt *confidere* decet, *timere* non decet, sic quidem *gaudere* decet, *latari* non decet: quoniam docendi causâ à *gaudio* *latitiam* distinguimus. vt autem inuit idem Cicero *gaudium* in sapiente, & in rebus

bonis semper est; *latitia* etiam in malis, & turpibus rebus esse potest.

92 ¶ *Pernicitatem*, & *Velocitatem* Cic. discreuit Tusc. li. v. Præstans valetudine, viribus, forma, acerrimisq; sensibus: adde etiam, & lubet, *pernicitatem*. Virg. Geor. lib. iij. hos sensit. Dura iacet *pernix* instrato saxa cubili. vt illud sit *celeritatis*; hoc *patientissimæ fortitudinis*.

93 ¶ *Metum*, *Timorem*, *Formidinem*, *Pauorē* Cicero discreuit Tusc. libro quinto: In quem autem *metus*, in eum *formido*, *timiditas*, *pauor*, *ignauia*.

94 ¶ *Innocens*, & *Innocuum* hoc distat: quòd sit *Innocens* non nocens; & *Innocuum* illatum. Virgilius libro decimo: Et sedere *carina* Omnes *innocua*.

95 ¶ *Legere*, & *Eligere* non sub ea significatione intelligi vult Varro de re rustica li. j. *Aprica* prius debet descendere de vite: in *videmia* diligentis, *vua* non solum legitur ad bibendum, sed etiam *eligitur* ad edendum. vt sit *legitur*, colligitur, vt plerunque *eligitur* melior quæque de plurimis.

96 ¶ *Miserari*, & *Misereri* ceteri his sensibus esse voluerunt: vt sit *Miserari*, flere & lamentari; *Misereri*, *miserationem* alienis casibus exhibere, & actiuo ad primū affectum, passiuo ad secundum. Acc. Euryface: Heu mihi, vt etiam hæc *arumna* mihi *luctum* addit *luctibus*. alia persona: Quid *miserari* id me Euryfacem tuam *sodalitatem* memoras? *formidas* tibi? te *commiserabar* magis, quàm *miserabar* mei, & multis mei & aliquando *vexata* generibus?

97 ¶ *Acerosum*, & *Aceratum* vtrunq; nouè positum; sed *distanti* proprietate signatū. *Acerosum* namque panem farre minus purgato, nec sordibus à candido separato dicendum veteres putauerunt. Lucillius lib. xxv. Quæ *gallam* bibere, ac *rugis* conducere ventris *Farre* *aceroso*, oleo *decumano*, pane *cumano* coegit, tunc Græci *ὑπὸ ἀρωγῆ* vocant. *Aceratum* verò est lutum *paleis* mistum, vt *laterarij* vsus est. Lucil. lib. ix. *Lateri* qui ducit habet nihil amplius. Nam quam commune lutum à *paleis*, *cœnū*que *aceroso*.

98 ¶ *Multum*, & *Satis* eo distant: quòd *Multum* infinitum est; *Satis* finitum. *Auaris* illud, hoc parit se continentibus applicandum est. Lucil. lib. v. Nam si quid *satis* est homini, id *satis* esse potisset: Hoc sat erat: nunc cum hoc non est, qui credimus porò *Diuitias* vllas *animum* mi *explere* posse? Et libro xviii. Denique vt *stulto* nil sit *satis*, omnia cum sint.

99 ¶ *Omne*, atque *Totum*, vt ab omni plus esse *Totum* putent, volunt quidam esse *seuētum*; eum *indiscretè* inter auctores frequenter positum legerimus, & vtrunque cum si-

gnificancia *uniuersitatis*. Lucret. l. j. Totum video per inane geni res. Virgilius Bucolicis: Omnia vincit amor. Et idem Georg. libr. iij. Omne adeo genus in terris hominumq; ferarumque, Et genus æquoreum, pecudes, præterque volucres. In furias, ignemque ruunt, amor omnibus idem. Et Æneid. lib. vj. Totamque infusa per artus Mens agitat molē, & magno se corpore miscet. Quid quod totum, quod plus putatur, nō pro *cuncto* alicubi accipi potest? Vir. Geor. li. iij. Totas Aduolucere focis vlnos, igniq; dedere, vt sit totas, integras; non omnes, quæ in mūdo sunt, vlnos.

100 § *Niti*, & *Obniti* cū ex vno sint intellectu, acceptis tamen præpositionibus fit diuersum. *Niti* enim potest videri, aut aliquā gratiam, aut honorem, aut vtilitatem ærumnoso tendere sine labore: quanquam in aliquibus grauius audiatur, vt sint enixæ parienti labore defunctæ; *Obniti* autem incumbere manifestū est. Vir. li. vj. Ille vides pura iuuenis qui niritur hasta. *Obniti* verò est cōtra aduersa oblectari. Virgil. Sæpe vsque adeo *obniti* non cedere. Et alibi: *Obniti* torquent spumas, & cœrula verrunt. Terent. Andria: Pedibus, manibusque *obnixè* omnia facturum.

101 § *Illix*, & *illex* hoc discernuntur. ab illi cōdo *Illix*; *illex* verò à quo lex non feruetur. Plautus Pœnulo: Qui illi tāta rei ante fūim⁹ illices. Idem Persa: In iure *illex*, hoc est, viuēs sine lege, sine iure labes populi.

102 § *Ergastulum*, & *Ergastulus* vt genere, ita & intellectibus differunt. Nam *neutro* carceris locus est, *masculino* custos pœnalis lo-

ci. Lucil. lib. xv. Non ergastulus vnus, & alius iudicem opposuit, vt nemo sententiam liberè, quasi ergastulus possit dicere.

103 § *Fremere*, & *Frendere* hoc disseparantur: quod est *Fremere* magnum sonare. Virg. Georgicorum libro ij. Fluctibus, & fremitu assurgens, Benace, marino. *Frendere* alicubi cum gemitu, vel iracundia miserum, aut minax sonare. Virg. Æneid. li. iij. Luminis effossi fluuidum lauit inde cruorem Dentibus infrendens gemitu. Pacu. Antio. *Frendere* noctes misera, quas perpessa sum. Plau. Nec macharam audes dentes *frendere*. Pacu. Antio. pa: Fruges *frendo* solas, ac sic probore. Accius Troadibus: Saxo fruges *frendas*.

104 § *Fora*, & *Fori*, vt genere, ita & intellectibus discernuntur. *neutro* enim loca sunt, quibus ius dicitur; *masculino* spacia in nauibus: vt Virg. vj. Inde alias animas, quæ per iuga longa sedebant, Derubat, laxatque foros, simul accipit alueo Ingentem Æneam. vel locus apertus, ac patens, vnde & gladiatores foros facere dicuntur, cū lōgo circuitu sectantur.

105 § *Educere*, & *Educare* hanc habent distantiam. *Educere* est extra trahere; *Educare* connutrire, vel prouehere. Var. de liberis educandis: Educit enim obstetrix, educat nutrix, infirmitatē paedagogus, hoc & magister.

106 § *Aborsus*, & *Abortus* varias habet significationes. *Aborsus* enim ille dicitur est, qui in primis mensibus, cū conceptu exordium factum est; *Abortus* propè tempus pariendi: tunc enim moritur quod nascitur. in plurimis hoc reconditum inuenimus.

DE IMPROPRIIS.

C A P. V I.

E Dolare fabricorum est verum verbum, cū materiarum complanatur asperitas. Vñ sunt eo laudandi scriptores vetustatis, etiam ad alias fabricas rerum. Varro Bimarg. Cū tot comœdias sine vlla fecerimus, ego vnum libellum non edolem, vt ait Ennius.

2 § *Sulcus* omne quicquid in longitudine aculeatum est; dici potest veterum auctoritate doctorū. Var. Bimarg. Et pater diuim trifulcum fulmen igni feruido actutum micat in tholum Marcelli. Virg. Æn. lib. ij. Et linguas micat ore trifulcis.

3 § *Penulam*, abusuè omne quicquid tegit, nobilissimi veteres transtulerunt. Varr. Manio: Cū corrigias diruptas tenet, penula reliquam pedem scortea pertegere.

4 § *Vitreum*, pertenuæ, & perlucidū quicquid est, auctoritate veterum dici potest.

Varr. Mod. Quam istorum vitrea æstate ostendat vnice clauos.

5 § *Tela*, etiam lapides dici posse auctoritas docuit, & omnia quæ iaciuntur. Sisen. Histor. li. iij. Manualeis lapides dispartit, propterea quod is ager omnis eiusmodi telis indigebat.

6 § *Silentium*, fieri consuetudine sumptū est. Sisen. Histor. li. iij. Orixi de contrario silentium.

7 § *Cacum* non solum oculis captum, sed & insidiosum, & occultè malum, vel latens, & tacitum quid veteres dicendum existimauerunt. Sisen. Histor. lib. iij. Subito mare subhorrescere, cæcisque fluctus in se prouoluereniter accepit. Vir. Æn. vj. Cæca regens silo vestigia.

8 § *Labra*, non hominum solum, sed & margines, vel fines dici posse auctoritas persuadet.

suadet. nam & labruscam genus erraticæ vitis esse volunt, quæ in sepibus & in labris agrorum, & terminis nascitur, ut Virgil. Bucolicis: Sylvestris raris spatit labrusca racemis. Sisenna Histor. iij. Innoxios trementibus artubus repente extrahit, sistiq; in labro summo fluminis, calo albente. Virgilius vij. Sicut aquæ tremulum labris vbi lumen ahenis.

9 *Interfici, & occidi.* ad animata veteres vehementi auctoritate posuerunt. Plautus Menæchmis: Occisa est hæc res. Lucilius: Duram, molle voras, fragmenta interficis panis. Virgilius Georg. lib. iij. Fer stabulis inimicum ignem, atque interfice messes. Sallustius Histor. lib. ij. Multique commeatus intererant insidiis latronum. Plaut. Mercatore: Mihi harum ædium interitus interfectus est. Cic. Oeconom. Nullo modo facilius arbitror posse, neque herbas arefcere, & interfici, neque terram ab sole percoqui. Idem ad Hirtium lib. ix. Dieis quasi istuc intereat, nescio; non tamen erat mihi iucundum, seuerius nequi casus perimeret superioris. Lucilius: Intereunt, labuntur, cuntur omnia verfum.

10 *Gannire,* cum sit propriè canum, Varro asinos rudere, canes gannire, pullos pipare dixit. Lucretius lib. v. alio pacto: Gannitu vocis adulent. Etiam humanam vocem nonnulli gannitum vocauerunt. Afranius Prosa: Gannire ad aurem nunquam didici. Lucil. lib. vij. Eodem pacto lo gannis.

11 *Dotatum,* non à dote dici, sed ab omni qualibet copia, Cicero de Orat. libr. i. auctor est: Cuius artem cum indotatam esse, incoinitatam, & incomptam videris, verborum eam dote locupletasti, & ornasti.

12 *Putidum,* & sensibus, & auribus probari Cicero de Orat. libr. ij. scribit: Quoniam hæc satis spero vobis quidè certè maioribus natu inhonesta, & putida videri.

13 *Cinnos, & Fucum,* quod est aliud coloris, etiam non talium rerum Tullio auctore discimus de Orat. libro iij. Atque eò citius in oratore, aut poetæ cinnis ac fuco ostenditur.

14 *Abdicare,* non solum de patris factio potest dici, quod est familia abdicere; sed rem quamlibet negare. Pacuvius Atalant. Mortem ostentant, regno expellunt, consanguineam esse abdicant.

15 *Equifones,* non equorum tantum moderatores aut magistratos, sed omnes, quibus regimen conceditur cuiuslibet rei, dici posse veteres probauerunt. Varro Marciopore: Hic in ambuio nauem cõscendimus palustrem, quam nautici equifones per viam conducebant loco.

16 *Meridiem,* mediam dici dici partem

omnes solummodo dicendum putant, cum & noctis esse eam temporis partem doctorum auctoritas dixerit. Varro Marciopore: Repente noctis circitor meridiem. Cum pictus aër feruidis latè ignibus, Cæli ora anastrica ostenderent. Nos in epistolis, quæ inscribuntur, à doctrinis de peregrinando, & vigilia. Igitur aliquando, & morantium cogitationem priùs quàm ætas in meridiè & torpedinem pelleret.

17 *Rhedæ,* pro curru Varro Marciopore dixit: Dixe Regi Medeam aduectam per æra in rheda anguibus.

18 *Fasces,* pro cortice. Varro *Ægyptiaca*: In quibus libis sacraturi fasces cingit forem.

19 *Librum,* pro cortice. Virgil. Gerg. lib. ij. Vdòque docent inolescere libro.

20 *Viscum,* positum pro rete à tenacitate. Varro Parm. Lepusculi timentes hoc quadrangulum Dedit Diana rete nexile, *æpivas,* Viscum, sagemam, lineamque compe dem.

21 *Calcar,* pro impetu. Var. Selsquirvlyse: Ventus suo calu vehementiùs sufflate, & calcar admouere.

22 *Ebrios, & Ticinios* non vinolentos, aut si nociuo, sed expletos qualibet re possumus dicere. Varro Eumenid. Et ceteri scholasticis auribus scholica dape, atque ebriis festicè *ἀπεργυλλίζα* consurgia consurgimus ieiunis oculis.

23 *Torrere,* non solum ignis, sed etiam frigus potest auctoritate Varronis Eumenid. Capite operto esse iubet, ante lucem suscitatur, frigore torret, venatum eicit ieiunio villicum. Cuius auctoritatis grauitatem secutus Maro à vero non aberrauit Georg. j. Aut Borea penetrabile frigus adurat.

24 *Gibberum,* pro exstanti, & eminenti. Varro Eumenid. Item tragici prodeunt capite gibbero, cum antiqua lege ad frontem superficies accedebat.

25 *Ædificandi,* manifesta significatio est. ab eo tractum est, ut quæcunque fabricatur, qualibet opera ædificari dicantur. Virg. Æneid. ij. Instar montis equum diuina Palladis arte Ædificant.

26 *Squalere,* non sordium plenum esse tantummodo, ut nunc consuetudine persuasum est, sed honesta re abundare, & referunt esse veteres honesta auctoritate posuerunt, ducique hanc significantiam à squamis putant: ut enim est in corporibus sordidum alta congeries, qua squalere dicuntur; ita quod fuerit qualibet re defatam, oneratum, inculcatumque, squalere voluerunt. Virgil. xi. Per tunicam squalentem auro. Accius Pelopidis: Eius serpentis squamæ squalido auro, & purpura textæ.

27 *Transgressus,* à pedum gradu propriè

dicitur, sed auctoritas vetustatis liberiores
vsum loquendi dedit, vt Sallust. Hist. j. & de
iis qui nauigassent, & de ipsis nauibus, eo
verbo vt voluit, in quibus gradus non sit
desertio: Nactus obscuram noctem, actu se-
cundo, ac inde transgressos omnes recipit mo-
dos precepturus à Lusitanis. Alibi de scaphis:
Eorum alia paullum nimio progressa inter-
rim sicco onere, cum pauor corpora agita-
uerat, deprimebantur. Lucretius: Præterea pa-
uit, voxque, facitque, Asperiora foras gra-
diens arteria clamor.

28 ¶ *Bibere*, rectè dici ea omnia, quæ hau-
stus habent, vt animalia, & terræ, vt Virgil.
Bucol. Sat. prata biberunt. Verùm auctori-
te litterata etiam arida, aut sicca, & quibus
haustus non sit, bibere positum inuenimus.
Virgil. xj. Hasta sub extertam donec perlata
papillam hæsit, virgineumque altè bibit a-
ctæ cruorem.

29 ¶ *Libidinem, & Appetitum, vel Aemula-
tionem* etiam honestæ rei possumus dicere, vt
sit libido omne quod liberit. Sallust. Cati-
linæ bello: Magisque in decoris armis, &
militaribus equis, quam in scortis, atque
coniuuiis libidinem habent.

30 ¶ *Vsus*, ab vtendo, vnde & vsurpare di-
ctum est obtinere. Posuit quoque vetustas
vsu perire, hoc est non vtendo aliquid posse.
Plaut. Amphit. Est profectò, caue sis, ne tu te
vsu perdis.

31 ¶ *Furtum*, etiam non ablata res solùm,
sed etiam quicquid occultè geritur, auctori-
tate veterum dici potest. Virg. Geor. lib. iij.
Vulcani, Martisque dolos, & dulcia furta.
Plautus Amphit. Manifestum hunc obtorto
collo teneo furem flagitij.

32 ¶ *Ingrèdi*, non solùm, vt est manifesta
eius verbi significatio, sed etiam venire, ac
se ostendere auctoritate Plauti possumus di-
cere in Amphit. Nihil te pudet, scelestè, popu-
li in conspectum ingredi?

33 ¶ *Obsequia*, non solùm minores maiori-
bus exhibere, sed etiã minoribus per vicè ve-
terum excellēs auctoritas voluit. Plaut. A sin.
Ego sanè cupio obsequi gnato meo.

34 ¶ *Versatos*, non solùm ad malitiam calli-
dos, verùm & rectè peritos intelligi posse
Plautus informat A sinaria: Nec magis versu-
tū, nec quo caueas ægrius. Idem: Homini ver-
suto, si quid rectè curatum velis, mandes.

35 ¶ *Deuorari*, nō solùm cibus gutture, sed
& vox auribus potest. Plaut. A sin. Aufcultate,
atq; operam date, & mea dicta deuorate. Et
Aulul. Nimiū libenter edi sermonem tuum.

36 ¶ *Bicipitem* quoq; rerum incorporarū
posse dici Varro de vita pop. Rom. lib. iij. a-
peruit. In spem adducebat, non plus solutu-
ros, quam vellēt, iniquus equestri ordini iu-
dicia tradidit, ac bicipitem ciuitatem fecit,

discordiarum ciuiliū fontem.

37 ¶ *Defecata*, omnia pura, & inturbata, &
sine sordibus possumus dicere, vt vinum sine
fēcibus. Plautus Aulular. Nunc defecato de-
mum animo egredior domo.

38 ¶ *Malitiam*, veteres, vt dolū mediū, po-
nendā esse duxerunt, quasi sit & bona. Plaut.
Aulul. Certè ædepol equidē te ciuē sine mala
omni malitia, aded vt improbum proposue-
rit malo, quod grauius putatur. In eadem:
Quid factis, neque malis, neque improbis.

39 ¶ *Belluam*, indifferenter posuit auctori-
tas veterum. Plaut. Aulularia. In quo quidem
Agnoscat seio, magis nusquam curiosam ef-
se vllam belluam.

40 ¶ *Crocire*, cum sit coruorum, Plaut. Au-
lul. cantare eos dixit: Non temerè est, quod
coruus cantat nunc mihi ab læua manu.

41 ¶ *Rostrum*, hominis dici non debere cō-
suetudo præsumpsit apud Plautum Menæ-
chmis positum: Apud mensam plenam ho-
mini rostrum deliges. Turpilius Pedio: Nec
vnquam vidit rostrum tragœdia tantum vti.
Lucillius Satyr. lib. quinto: Ne designati ro-
strum prætoris, pedesque Spectes. Idem libro
nono: Arripio & rostrum labe, atque hoc ze-
feriatim Percutio, dentesque aduersos discu-
tio omneis. Varro *περὶ πλοῦτος* libro secundo *περὶ
φιλοσοφίας*: Itaque videas barba rostro illum
commentari, & vnquoquodque verbum sta-
tera auraria pendere. Idem Serrano *περὶ ἀγ-
χωρησιῶν*: Rostrum in protrudendum cesse-
rent.

42 ¶ *Fatum*, sicuti communiter intelli-
gitur, significantiam decreti habet, à doctis ta-
men indaganter inuenimus positum pro vo-
luntate. Virgilius libro vj. Heu stirpem inni-
sam, & fati contraria nostris, Fata Phrygiū.
Nec enim Iuno, aut quisquam Deorum fa-
tum habet, quod ipsi faciunt. Et eodem: Fi-
lius huic fato diuinum, prolesque virilis Nul-
la fuit. Et alio: Et si fata Iouis poscunt, hic
terminus hæret.

43 ¶ *Rictum*, ferarum dici volunt, cum Ti-
tinnius etiam auctor sit hominis dici debe-
re: Caue ex corde frontem labeat semper fa-
cto rictus. Item Pomponius Prostibulo: Quis
hic est quamobrem hic prostat, rictum & la-
beas cum considero? Lucillius Satyr. lib. iij.
Malas tollimus nos atque vtimur rictu. Var-
ro, *παιρὶ πᾶσι πᾶσι*, *περὶ ἰχθυῶν*: Antè auris
modo ex sobolibus paruuli intorti dimitte-
bantur, sed cincinni oculis suppetulis, nigel-
lis, pupillis, quam hilaritatem significantes
animi rictus paruissimus, vt refrænato risu
roseo.

44 ¶ *Stuprum*, quod cum viduis commit-
titur hoc solū dici putant; veteres pro adul-
terio & vitio ponunt. Plaut. Amphit. Stupri,
dedecoris à viro argutam meo. Sallustius
Histor.

Historiarum libro tertio: Ac statim fugiui contra præceptum ducis rapere ad stuprum virgines, matronasque.

45 ¶ *Theſaurum* etiam peſſimæ rei copiam dici poſſe Plautus voluit Amph. Qui domi uxorem meam impudicitia impediuit, teneo theſaurum ſtupri.

46 ¶ *Compotem*, in bonam partem ſolum accipi putatur, cum & in malam poſitum ſit. Plaut. Epidico: Cedo manum, accipe arumarum, & miſeriarum compotem. Næuius Danaë: Eam nunc eſſe inuentam opprobriis compotem ſcis.

47 ¶ *Vina*, poſſe dici ea, quæ neque animo, nec ſpiritu mouentur. Virgil. auctor eſt Æneid. lib. j. Intus aquæ dulces, viuoque ſedilia ſaxo Nympharum domus.

48 ¶ *Indolem*, adoleſcentium tantum conſuetudo dicit, quaſi noua ſoboles. indoles autem eſt incrementum, veteres autem ſenium dixerunt. Plaut. Milit. Si albus capillus hic videtur, neutique ibi ingenium ſenis eſt, in hoc emuſſitata ſua ſibi ingenua indoles.

49 ¶ *Alacritatem*, in malis habendâ Cic. Tuſc. oſtendit. Vir igitur temperatus, conſtans ſine metu, ſine aggritudine, ſine alacritate, vlla libidine non vexatus.

50 ¶ *Catuli*, non ſolum canum diminutiue, verum omnium animalium appellantur. Virg. Georg. lib. iij. Tempore non alio catulorum obſita læna. Et alio loco de ſerpentibus: Compoſitis nouus exuuiis, nitidusque iuuenta Voluitur, aut catulos tectis, aut ova relinquens. Plaut. Truculento: Iam hercle ego hic re mulier, quaſi ſus catulos pedibus proteram. Lucret. lib. v. At catuli pantherarum ſcyranique leonum. Lucil. Satyrarum libro quarto: Concuſſaret agros carulos, foetumque ferarum. Idem lib. vij. Rate ad catulos accedere inultum.

51 ¶ *Compreſſus*, cum virgine admiſſus dicitur. Plaut. Truculento etiam coitum cum meretrice compreſſum dici vult: Nam ad amicam decimo menſe poſt, Athenas Atticas Viſo, quam grauidam hic reliqui meo compreſſu, quid ea agat.

52 ¶ *Opificem*, non ex ope poſſe dici Cicero Tuſc. lib. v. auctor eſt: Aduena quidam & ignobilis verborum opifex inſinuaſſe ſe in antiquam philoſophiam videtur.

53 ¶ *Semina* pro virgultis, vel malleolis, vel ſurculis dici poſſe auctoritatem Virgilii dedit Georg. lib. ij. Seminibus poſitis ſuper eſt deducere terram. Sæpius ad capita, & duros iactare bidentes.

54 ¶ *Sumen*, proprie à ſugendo dictum. Nam & mulieris mammam ſumem veteres dici voluerunt. Lucil. Satyr. lib. quarto: Quod ſi nulla poteſt mulier tam corpore duro Eſſe tamen teneso moueat ſuccuſſa lacerto, Et

manus vberior lactanti in ſumine ſidat.

55 ¶ *Exuuias, & ſpolia* non ſolum hominum tegmina, aut veſtes dici poſſe Virgilius auctor eſt, Georg. libro ſecundo, dicens de ſerpente: Cum poſitis nouus exuuiis, nitidusque iuuenta Voluitur. Accius Bacchis: Tunc pecudum Exuuias læuo pictas lateri accommodant. Lucret. Nam ſæpe videmus Illorum ſpoliis vepres volitantibus auctas.

56 ¶ *Diuortia*, non coniugij diſtractionem ſolum, ſed etiam omnium inflexionum, quæ à recto detorquentur. Virgilius auctor vij. Obiiciunt equites ſeſe ad diuortia nota Huc illuc.

57 ¶ *Virgines*, non ſolum feminæ dicuntur, verum etiam pueri inueſtes. Nam & quicumque ex ephebis exceſſerant, deuirginari dicebantur, Varro *ἀει εὐσχημῆς*: Quam ſympatiam lubiat oculos haberet, quid imaginum intereſſet. puer vtrum eſſe deuirginatum uſurus, an monuce *ῥῶρας* purus dum cogito.

58 ¶ *Enixas*, non in partu ſolum poſſumus dicere, ſed etiam omni labore exercitas, auctore Virgil. Æneidos libro tertio: Stirpis Achilleæ faſtus, iuuenemque ſuperbum Seruicio enixæ tulimus.

59 ¶ *Pranſi*, non ſolum qui pranderent dicuntur, ſed etiam quibus nihil deſit. Varro Flextabulis, *ἀει ἰπταχῶν*: Quare, ô Marce, pranſum, ac paratum eſſet, hoc mimimè oportet.

60 ¶ *Os*, roſtrum, vel faciem hominum tantum dici putant, vt de roſtro Virgilius libro nono: Donec Rutuli clamantis in ore Conſtat aduerſo. ſed de facie. Idem Æneid. lib. j. Os humeris que deo ſimilis: cum auctoritate veterum, & pecudum, & ferarum dici poſſit. Virgilius libro xij. Ora citatorum deſtra detorſit equorum. Os etiam alicuius rei omne patens accipi poteſt. Virg. libro tertio: Quam ſi quis ferro potuit reſcindere ſummum Vlcere os. Et idem de leone lib. vij. Impavidus frangit telum & fremit ore cruento. Idem lib. ij. Et ingentem lato dedit ore fenestram. M. Tul. de ſupplicis in Verrem: Nam in ipſo aditu, atque ore portus.

61 ¶ *Dorſa, & tergora* hominum, & aliorum animantium conſuetudo putat, cum & aquarum dici poſſit. Virg. Georg. libro tertio: Vndaque iam tergo ſetratos luſtinet orbis. Et Æneid. lib. j. Dorſum immane mari ſummo.

62 ¶ *Omne caſtum veteres incorruptum ſub Virginitis vocabulo appellauere.* Cic. Orat. Philoſophia caſta, verecunda, incorrupta virgo.

63 ¶ *Nidos*, non ſolum domicilia auium, ſed etiam foras earum, Virgilio auctore, dicere poſſumus Geor. lib. iij. Ipſæque volatres

Ore ferant dulcem nidis immitibus escam.

64 ¶ *Imbres*, consuetudo agmen caelestium aquarum; & pluiarum induxit solum dici, cum auctoritas variet. Virgilius omnium aquarum dixit, Geor. libro quarto: Ipse feraces Figat humo plantas, & amicos irriget imbres.

65 ¶ *Pecudes*, non solum quadrupedes, sed etiam alia animalia dicere Virgilio auctore possumus Geor. libro quarto: Queni mihi vix frugum, & pecudum custodia sollers. Et alibi: Ignauum fucos pecus a praesepibus arcent. Varro sexagesi: Neque quas agi pennis anates tremipedas, buxeis rostris pecudes, paludibus, nocte nigra, ad lumina lampadis lequens. Lucrer. lib. j. Mutaeque natantes Squamigerum pecudes.

66 ¶ *Profundum*, non solum in imum altum, sed etiam summum dici posse auctoritas usurpauit. Virg. Aeneid. lib. j. Maria, ac terras, caelumque profundum.

67 ¶ *Procacitatem*, non animantium solum a procando, & poscendo dici posse Virgilius auctoritatem dedit Aeneid. lib. j. Penitrusque procacibus austris. quod est sauentibus procellosis.

68 ¶ *Putidum*, non solum ab ore foetido, & gram, quod naribus praebetur, sed & quod auribus triste & insuaue, austerum, raedum, id putidum dici posse auctoritas vetustatis, admisit. Cicero Orat. Quonam igitur modo audiretur Mytus, aut Phryx Athenis, cum etiam Demosthenes ageretur putidus.

69 ¶ *Pacem peti*, & a diis posse Virg. significat Geor. libro quarto: Tu munera supplex Tende petens pacem. Et Aeneid. lib. iij. Hic Helenus caesis primum de more iuuenis Exorat pacem diuum. Plau. Amph. Vt Iouis Supremi multis hostiis pacem expetam.

70 ¶ *Deuotum*, ad prosperum tantum versus trahit, sed auctoritas & aduersus significare voluit. Virg. Aeneidos lib. j. Praecipue infelix pesti deuota futurae.

71 ¶ *Reos*, non solum crimini & culpa obnoxios, sed etiam honesti, vel voti debitores promissi auctoritas voluit. Virg. lib. v. Constituam ante aras voti reus.

72 ¶ *Dapes*, non solum opiparos apparatus, aut religiosos, sicuti plerumque, significare, sed & vitabiles & infandos cibos, auctore Virgilio possumus dicere Aeneid. lib. iij. De Cyclope: Nam simul expletus dapibus, vinoque sepultus. Et Bucol. Quas illi Philomena dapes, quae dona pararit.

73 ¶ *Domum*, consuetudo hominum tantum habitacula dici putat, cum auctoritas & templum, & nidos domos dixerit. Virgil. Aeneid. lib. vj. Hostia iamque domus patuere ingenria centum Sponte sua. Et Geor. li. ij. Antiquas domos auium cum stirpibus imis Erui.

74 ¶ *Incestum*, vsu dicitur flagitium in afines admittum, sed & incestare, funere polluere auctore Virgilio possumus dicere libro vj. Praeterea iacet exanimum tibi corpus amici. Heu nescis: totamque incestat funere classē.

75 ¶ *Renocare*, pedem cum hominum, & aliorum animantium dici manifestum sit, Virgilius libro nono, etiam fluuioium dici posse ostendit: Cunctatur & amnis Rauca sonans, reuocatque pedem Tiberinus ab alto. Et Plautus remos nauium pedes dixit.

76 ¶ *Murices*, vetustas etiam saxorum asperitates tela omnia voluit posse dici. Virg. libro v. Et acuto in murice remi Obnixi crepuere.

77 ¶ *Dentes*, non solum quibus cibus atteritur, sed omne quo aliquid exsecari, vel teneri potest Virgilius dici voluit Geor. lib. ij. de falcē: Et curuo Saturni dente relictam Persequitur vitem attondens. fingitque putando. Et Aeneid. lib. vj. Tu dente renaci Ancora fundabat naucis.

78 ¶ *Locupletes*, non magnarum opum tantummodo, sed & ad quamlibet rem firmos, & certos M. Tul. dici voluit, ad Caesarem iuniorē lib. ij. Nihil omnino certi, nec locupletem ad hoc auctorem habebamus. Et de offic. libr. iij. Accedit eodem testis locuples Posidonius.

79 ¶ *Monimenta* & tepla dici posse M. Tul. auctor est in Verr. actio. ij. Ausum esse in aede Castoris celeberrimo, clarissimoque monumento.

80 ¶ *Promeritum*, etiam in mala parte posuit Plaut. Amphit. Quid mali sum here tanta ex re promeritus?

81 ¶ *Pallorem*, vetustatem, & negligentiam Lucil. lib. xxx. voluit dici posse: Lana opus omne petit, pallor, tinea omnia cadunt.

82 ¶ *Bonus*, & fortis, & pius dici potest. Lucil. lib. xxx. Caluus Palantino quidam vir nobilis bonus bello. Virg. Geor. lib. ij. Et bona bello Cornus.

83 ¶ *Multare*, cum sit condemnare, positum est augere, voti compotem reddere. Nau. Colace: Et asseri laudes ago, cum votis me multatis meis, Quod praeter spem quem vellem audiebam, hoc mihi Ennius.

84 ¶ *Disciplinosus* etiam pessima arte potest dici. Cato de re militari: Quam gladiator disciplinosus.

85 ¶ *Propitios*, & placatos homines dici vetustas voluit. Lucil. lib. xxvij. In bonis, porro est viris, si irati, seu cui propitij sunt dii, vt diutius eadem vna maneant in sententia, nam cum benignitate sollicito propositus. Teren. Adelph. Quam vt ea, quae parentes propitij.

86 ¶ *Cachinnare*, non risu tantum, sed & de sono vehemētiore vetustas dici voluit. Accius Phoenissis: Simul & circum magna sonan-

sonantibus excita saxis sæva sonando cum crepitu clangentes cachinnant.

87 *Tacere* etiam ea possumus dicere, quæ sine voce, vel sono sunt. Virgilius *Æneid.* libro quarto: Torumque pererrat Luminibus tacitis. Et: Cùm tacet omnis ager.

88 *Affari*, non solum respondere, vel fabulari, sed etiam rogare positum. Accius Tereus: Deum Cadmo generatum semel affare, & famularent perpetuere. Virg. *Æneid.* lib. quarto: I soror, atque hostem supplex affare superbum.

89 *Fastigia*, consuetudine summæ altitudines dici putantur, cùm sint & imæ, significant & finis. Virgilius *Georg.* lib. ij. Forsitan & serobibus quæ sint fastigia quæras. M. Tul. de offi. li. iij. Sed quoniã operi inchoato & propè iam absoluto fastigium imponimus.

90 *Numerum*, & de iis, quæ non numerantur, sed admetiuntur, dici auctoritas voluit. M. Tul. de offi. lib. tertio: Si exempli gratia, vir bonus Alexandria Rhodum magnum frumenti numerum aduexerit.

91 *Fetor*, cùm ex igni sit, & ex flammis, ex contrario & frigoribus positus inuenitur, ut sit fetere, non solum ex incendio calere, sed ex quibuscunque molestus perturbari. vnde & ictus marini, & exæstiuo animi sub hac significantia rectè positi sentiuntur. Virgilius *Georg.* libr. i. Omnia tunc pariter vento, nimbisque videbis Fetere.

92 *Templum*, & sepulcrum dici potest veterum auctoritate. Virgilius *Æneid.* lib. iij. Præterea fuit in tectis de marmore templum Coniugis antiqui.

93 *Vestigia*, consuetudine signa impressorum pedum dicimus, lectum inuenimus partes extremas pedum dicta vestigia. Virg. lib. v. Vestigia primi Alba pedis, frontemque ostentans arduus albam.

94 *Parere*, etiam viros dici posse Cæcilius auctor est. Calchis sat hic vicinus, se autem peperisse. & vobis datum id prudenter & natum ab Hom. *in a. ζ. αὐτὰρ γλαυκὸς ἔπειρ ἀμύμονα βεῖρα ἔγγόνατον.* Parere etiam dictum ea, quæ non concipiant. Virgilius lib. v. decimo: Ite ait, egregias animas, quæ sanguine nobis Hanc patriam peperere suo.

95 *Viros*, etiam de animalibus posse dici Virgilij auctoritas iubet in *Bucol.* Vir gregis ipse caper deerauerat, cùm possit maritum dicere, sicut *Georg.* lib. iij. Quem legere ducem, & pecori dixere maritum.

96 *Grundire*, cùm sit propriè suum, vt Laberius in sue dicit: Grundientem aspexi seropham. Et Claudius lib. xvi. Agni grundibat dixit, grumiter pecus suillum. etiam hominum esse grunditum, Cæcilius ex Diomede in vmbis designauit. Cruento in ore grundibat miser.

97 *Insaniam* non hominibus solum, aut animalibus, sed & his, quæ sine anima sunt. Virgil. *Bucol.* Huc ades, insani feriant sine litora fluctus.

98 *Elegantes*, nõ solum vt consuetudine ab elegantia ingenij, aut cultus electione, & delectus plerumq; dici potest, sed à veteribus etiam vitio datur. M. Tul. in Clodium, & Curionem: Tu elegans, tu solus urbanus, quem decet muliebris ornatus, quem incessus psaltria, qui leuare vultum, mollire vocem potes. Cato de Moribus: Auaritiam omnia vitia habere putant, sumptuosus, cupidus, elegans, vitiosus.

99 *Amarum*, non solum ex sapore triste, sed ex quacunque causa terribile, & impensum Maronis auctoritate dicimus lib. x. Hostis amare. quid increpitas? mortemque minaris?

100 *Multitudo*, cùm sit numeri populorum, vt quidam volunt, Var. pro multo non absurde adscripsit de vita populi Rom. lib. ij. Nihil magis propter argenti facti multitudinem miserat furandum, quod propter cæsoforiam feneritatem nihil luxuriosum habere licebat.

101 *Sanguinolentum*, corporum potest esse lectum est & de incorporeis, Varro de vita pop. Rom. lib. iij. Itaque propter amorè imperij magistratus grauati seditionibus sanguinolentis, aut dominatus quo appellarent.

102 *Pondus*, pro numero Varro de vita pop. R. lib. iij. E Græcia Asiaticas in villas cõportasse magnū pondus omnium artificum.

103 *Audiendi* sensum etiam iis rebus Virgilius dedit, quæ nec aures habent, nec sensum, *Georgic.* lib. j. Et frustra retinacula tendens Fertur equis auriga, neque audit currus habenas.

104 *Curere*, etiam rem bonam dici potest. Turpil. Demetrio: Dolentis persona eos parentes careo.

105 *Cani* proprietates est sinuosi, & cõcaui, ac per hoc sine dubitatione corporalis. Virgilius verò etiam de incorporalibus, quæ sunt inania tantum vel obscura, dici posse testatur lib. vj. Et ni docta comes tenuis sine corpore vitas Admoneat volitare caua sub imagine formæ. Et lib. x. Tum dea nube caua tenuem, & sine viribus vmbra.

106 *Lauare*, cùm sit eluere, & sordida quæq; purgare, vetustatis etiã auctoritas posuit pro polluere. Virg. *Geor.* lib. iij. Lauit ater vulnera sanguis. Et libr. x. Lauit improbateter Ora cruor. Plant. *Pseudulo*: Eas lacrymis laui. Ennius *Hecuba*: Heu me miserã, interij pergunt lauare sanguen sanguine. Varro *in arat.* Pater vt cruore laueret ararū aggerem. Afran. *Suspecta*: Vident lauere lacrymis me tuum collum pater.

107 ¶ *Animas*, pro corporibus. Virg. lib. xi. Ire, ait, egregias animas, quæ sanguine nobis Hanc patriam peperere suo, decoratæ su-

premis Muneribus. In quo etiam hoc vnum est, quod patriam posuit pro regione, vel terra, cum patria sit ciuitas, vel vrbis parentum.

DE CONTRARIIS GENERIBVS VERBORVM.

CAP. VII.

1 ¶ *Aucupauit*, actiuum positum pro passiuo. Titinnius Veliterna: Id ego aucupauit, ple- nas aureis affero. Plautus Trucul. Lepidè æ- castor aucupauit, atque è mea sententia. Idem Menæchmis: Vt concedamus ex insidiis aucupa. Enn. Medea: Fructus verborum aures aucupant. Pacuuius Chryse: Incipio saxum tentans scandere vorticem In summum, dein hominis partes prospectum aucupo. Accius Astyanacte: Nunc in consilio id reges Argiuum aucupant, Id quærunt. Idem Medea: Ego me extollo in abietè, altè ex tuto prospectans aucupo.

2 ¶ *Vagas*, pro vagaris. Plautus Milite: Te alloquor vitij, probrique plenus, qui circum vicinos vagas. Serenus opusculis: Rure puella vagat virido. Accius Tereo: Fama nam nobilitas lata stirpe præclarè viget, vagat. Idem Medea: Vagant, pauore pecuda in tumulis deserunt. Idem Bacchis: Deinde omnes stirpe cum inclyta Cadmi deuagant matronæ percitate tumultu. Pacuuius Medea: Quid tandem, vbi ea est, quod recepta exul incerta vagat? Turpilius Leucadia: Vecordi vagas infania Enni. Hectoris Lytris: Constitit, credo, Scamander, arbores vento vagant. Pacuuius Peribœa: In triplici pertimefactus marore animi, incertè errans vagat. Varro Pseudolo Apolline, *αὐτὸν δὲ τὴν μὴ παραδόντων*: Cum sex pueri, & puellæ pariter item sex, aut septem numero, quæ cum choro pari vagarunt. Idem Hercule: Tuam fidem per maritimas oras quæ vagat suffragantur. Pomponius Pappo: Præterito populi voluntas hæc est, & vulgo vagas.

3 ¶ *Refragabunt*, pro suffragabunt. Sisen- na Histor. libr. xiiij. Multi populi, plurimæ conciones dictaturam omnibus animis, & studiis refragabunt.

4 ¶ *Meret*, pro meretur. Plautus Menæch. Item hic vltro fit, vt meret, potissimus nostræ domi vt sit. Idem eodem: Adibo, atque hominem accipiam dictis, quibus meret. Turpil. Philopatro: Vtinam possim tibi referre gratias, vt de me meres. Idem Hetera: Meres, merito vt diligare.

5 ¶ *Auspicaui*, pro auspiciatus sum. Plaut. Persa: Lucro faciendo ego auspicaui. Idem Stichus: Eam ego auspicaui in re capitali

mea. Atta Lucubratione: Cum primò luci hodie vt exornata sit, atque vt auspiceris cras est communis dies. Cæcilius Plotio: Infanum hospitium aliter histriionum est, atque vt magistratus cum publicè auspiciant. Næuius belli Pœnici libro tertio: Virum prætor aduenier, auspiciat auspiciam [prosperum.]

6 ¶ *Eluctant*, pro eluctatus sum. Plautus Trinūmo: Cum hisce ærumnis eluctauit. Idem Vidul. Quid multa verba? plurimum lu- ctauimus. Terentius Hecyra: Dicitque illi anulum sese, dum luctat, detraxisse.

6 ¶ *Scruto*. Plautus Aulularia: Postremò hunc iam perscrutauit.

7 ¶ *Auguro*. Accius Oenomaos: Atque ea coniectura auguro. Idem Amph. Si satis rectè aut vera ratione augurent. Ennius Menalippo: Certò hic est nulla quin monstrum fiet, Hoc ego tibi dico, & coniectura auguro. Pacuuius Chryse: Propemodum animus coniectura de errore eius augurat. Cicero ad Caluam: Præsentit animus, & augurat quodammodo, quæ futura sit suauitas. Virgil. libro septimo: Et siquid veri mens augurat, opto. M. Tul. de Repub. libro quarto: Cui quidam vtinam verè fideliter abundante augurauerim.

8 ¶ *Assensit*, est & passiuum. Accius Neoptolemo: Vbi nihil, cõtra rationem, & quam habuit assensit silens. Idem Erigona: Assentio, age nunc tu tuam progeniem & ordine. Pompon. Sponsa: Papæ pol magis vbi cognorit, omnes vnà assentiant.

9 ¶ *Cunctant*, pro cunctantur. Accius Alpheisibœa: Ita territa Mēbra animo ægròto cunctant sufferre laborem. Ennius Ambra- cia: Bene mones, tute ipse cunctato, vide fortem virum. Idem Hectoris Lytris: Qui cupiant darè arma Achilli, vt ipsi cunctent.

10 ¶ *Accinge*, pro accingere. Pomponius Maccis geminis: Iam ego mihi adero, dum ego reuortor, age antè accinge ad molas.

11 ¶ *Contempla*. Accius Philocteta: Contēpla hanc sedem, in qua ego nouem hyemes saxo stratus pertuli. Næuius Danaë: Cõtēplo placidè formā, & faciem virginis. Titinnius Fullonia: Adspecta formam, atque os contēpla meum. Ennius Medea: Asta atque Athenas

Athenas antiquum opulentum oppidum Cō
tēpla. Plaut. A sin. Meum caput contemples.

12 ¶ *Altercata*, est, passuum. Pacuu. Iliona:
Cur illa hic mecum altercata est?

13 ¶ *Arbitrabunt*. Plautus Stichus: Probio-
res verò arbitrabunt, si probis narraueris.

14 ¶ *Amplexa*, pro amplexare. Acc. Alc-
mæone: Postremò amplexa, fructum quem
dij dant cape.

15 ¶ *Amplexari*, pro amplecti. Cicero de
Orat. lib. iij. Nec voluptatem tuentur, quam
amplexari possunt.

16 ¶ *Criminat*. Ennius Satyr. libro tertio:
Nam is non bene vult tibi, qui falsò crimi-
nat apud te.

17 ¶ *Dignari*, pro dignatus sum, vel dig-
num duxi. Accius Melagro: Remanet glo-
ria apud me, exuuias dignaui Atalantæ da-
re. Pacuuus Hermiona: Cùm neque me as-
picere æquales dignarent meæ.

18 ¶ *Miserarent*, pro miserarentur. Accius
Athamante: Atque ira de illis merui, vt iure
hæc nunquam miserarent mala.

19 ¶ *Largi*, pro largire. Lucilius libr. xiiij.
Quod viscus dederas tu quidem, hoc est vis-
cera largi. Accius Diomede: Benignè, & pro
beneficio largito atque ampliter. Cato lege
Bæbia: Pecuniam inlargibo tibi.

20 ¶ *Intui*, & *Contui* pro contueri. Turp.
Pedio: Tamen oculis longa intercapedine
appetunt cupidè intui. Pomponius Maccis
geminis: Incoepi contui, conspicio coleatam
cuspidem:

21 ¶ *Proficisceret*, pro proficisceretur. Tur-
pilius Hætera: Hortatur hominem, quàm pri-
mum proficisceret.

22 ¶ *Sortirent*, pro sortirentur. Varro Re-
rum humanarum lib. xx. Cùm venerint cen-
sores, inter se sortiant.

23 ¶ *Moderant*, pro moderantur. Pacuu. 40
Peribœa: Neque tuum te ingenium mode-
rat, neque fraternum ira exilium leuat.

24 ¶ *Sortiunt*. Ennius Cresphonte: An in-
ter se sortiunt vibem, atque agros?

25 ¶ *Polliceres*, pro polliceris. Varro A-
noputio πολιτικῆς διακῆς. Nam in omnibus
legi πολιτικῆς πρὸς τῶν. Ne dares, ne pollice-
res quid datum est.

26 ¶ *Populat*, & passuum *populatur*. Virg.
Geor. lib. j. Populatque ingentem farris acer-
uum Curculio. Cæcilius Afoto: Iandudum 50
depopulat macellum. Ennius Ambracia: A-
gros audaces depopulant serui dominorum
domini. Quadrigarius: Agrum Nolanū po-
pulare cœperūt. Accius Astyanacte: Qui no-
stra per vim patria populauit bona. Sifen.
Hist. libro quarto: Protinus agros populabū-
das ad Numeriam conuertit.

27 ¶ *Punitur* aliquem, pro punit. M. Tull.
de offic. li. j. Neque ad eius, qui punitur ali-

quem, aut verbis fatigat; sed ad Reipub. vti-
litate referri. Et Tusc. li. j. Quo multi ini-
micos etiam mortuos puniuntur.

28 ¶ *Ruminat*. Vir. Bucol. Illice sub nigra
pallenteis ruminat herbas.

29 ¶ *Fabricatur*. M. Tul. de offi. li. j. Vt enim
pictores, & ij, qui signa fabricantur. Plautus
A sin. Fabricare, quid vis comminiscere. Cic.
de orat. lib. iij. Capitolij fastigium illud, & cæ-
terarum ædium non venustas, sed necessitas
ipsa fabricata est.

30 ¶ *Palpator*, pro palpat. Lucil. lib. xxix.
Hic me vbi videt, subblanditur, palpatur, ca-
put scabit.

31 ¶ *Luçantur*, pro luçantur. Ennius li. ix.
Viri validis viribus luçant.

32 ¶ *Bellantur*, pro bellant. Virg. li. x. Et pi-
ctis bellantur Amazones armis.

33 ¶ *Partiret*, pro partiretur. Lucil. li. xxix.

20 Quid quas partiret? ipse pro doctrina boni?
Plaut. A sinaria: Hanc quidem, quam nactus
prædam, cum illis partiam.

34 ¶ *Impertit*. Lucil. lib. xxviii. Sospitat, Im-
pertit salutem plurimam, & plenissimam.

35 ¶ *Cohortarent*. Quadrigarius Annal. lib.
v. Et dicerent castra facta esse, atque hos co-
hortarent, vt maturarent.

36 ¶ *Moderant*, pro moderantur. Acc. E-
pigonis: Viden' vt te impietas stimulat? nec
moderat metus? Pacuuus Peribœa: Neque
tuum te ingenium moderat, neque frater-
num ira exilium leuat.

37 ¶ *Commiserescimus*. Vir. Æneid. lib. ij.
His lacrymis vitam damus, & miserescimus
vltro. Ennius Hectoris Lytris: Seruos & no-
strum imperium, & fidem Myrmidonum vi-
giles commiserescite.

38 ¶ *Præliant*. Ennius Achille Aristarchi:
Ita mortales inter sese pugnant, præliant.

39 ¶ *Complectite*. Pomponius Fullonibus:
Quin ergo, quando conuenit, complectite.
Mi frater salue, ð soror salue mea.

40 ¶ *Expergiseret*, pro expergiseretur.
Pompon. Agamemnone supposito: Nequis
miraretur, cùm tam clarè tonuerit, vt si quis
dormitaret, expergiseret.

41 ¶ *Labasfor*, pro labor. Accius: Nullum
est ingenium tantum, neque cor tam ferum,
quod non labascatur lingua, mitescat malo.
Varro Rerum diuinarum lib. vij. Postquam
vidit misericordia labasci mētem infirmam
populi:

42 ¶ *Congredias*. Plau. Epid. Quid si adeā?
haud scio an congedias, si hæc ea est.

43 ¶ *Certatur*, pro certat. Pacu. Armorum
iudicio: An quis est, qui te esse dignum, qui-
cum certetur, putet?

44 ¶ *Frustror*, pro frustror. Pomp. Maiali:
Miseret me eorum, qui sine frustis ventrem
frustrarent suum.

45. ¶ *Exsecrarent.* Afran. Incendio: Experi-
 urabant, exsecrabant se, ac suos.
 46. ¶ *Imitat.* Varro Epistola Latina lib. ij.
 Tuum opus nemo imitare potest. Litius A-
 chille: Si malos imitabo, tum tu pretiū pro
 noxa dabis.
 47. ¶ *Progredi,* pro progredere. Nouius
 Vindemitoribus: Quid stas, age, moue te i-
 nanem prius, progredi.
 48. ¶ *Mutuet,* mutuū sumat. Cæcil. A. loto: 10
 Ad amici curret mutuatiū, mutucemea causa
 49. ¶ *Suauies.* Pomponius Munda: Ego il-
 lam non amplectar, non suauem? Nouius
 Quæstione: Manynas teneas, pedes extollas,
 suauies cum gemit.
 50. ¶ *Consolare.* Varro Oedipotheste: Per
 idem tempus Oedipus Athenas exsul venire
 dicebatur, qui consolaret.
 51. ¶ *Minitas,* pro minaris. Næuius Danaë:
 Etiam minitas: mitte ea, quæ tua sunt mag-
 nis, quam mea. Plautus Amph. Quid minita-
 bas te facturum, si istas pepulisses fores?
 52. ¶ *Pereunt.* Næuius Maleuolis: Si per-
 contassem, malum hoc me præterisset. Næ-
 uius Belli Punici lib. ij. Blandè, & doctè per-
 contat Ennius: quo pacto Troiam urbem re-
 liquisset.
 53. ¶ *Ominas.* Pomponius Cretula: Nil pe-
 tituræ bene eueniat. Ita sit, & tibi bene sit,
 qui rectè ominas.
 54. ¶ *Paciscunt.* Næuius belli Punici libro
 septimo: Id quoque paciscunt mœnia sine,
 quæ Luctatiū recõciliant captiuos plurimos.
 Idem: Sicilienses paciscit, obsides ut reddant.
 55. ¶ *Conuiuant,* pro conuiuantur. Pompo-
 nius Munda: Si calendis conuiuent, idibus
 cenant foris. Ennius Satyr. lib. j. Malo hercle
 suo magno conuiuat, sine modo.
 56. ¶ *Mirabis.* Pomponius Patruo: Mirum
 facies fatuæ si studium mirabis diu.
 57. ¶ *Vrinantur.* Cicero Academicis lib. ij.
 Si quando enim nos demersimus, ut qui vri-
 nantur, aut nihil superum, aut obscure ad-
 modum cernimus.
 58. ¶ *Miserere.* Ennius Hecuba: Miserece
 manus, date ferrum, qui me anima priuem.
 59. ¶ *Opino,* pro opinor. Plaut. Bacchi Præ-
 nestinum opino esse, ita erat gloriosus. Pacu.
 Chryse: Inueni, opino esse optimum, Orestes
 ut heres sit, sed tamen. Enn. Eumenid. Tace-
 re opino esse optimum, & pro viribus sape-
 re, atque fabulari tute noueris. Cæcilius A. loto:
 Nihil fore opino inter me, atque illum.
 60. ¶ *Promeres,* pro promeretur. Plaut. Tri-
 nummo: Nam retinere nequeo, quin dicam
 ea, quæ promeres.
 61. ¶ *Opitula.* Liuius Equo Troiano: Da
 mihi hæc opes, quas peto, quas precor, cor-
 tige, opitula.
 62. ¶ *Fuë,* imperatiuo modo: Cato de præda

militum diuidenda: Tu diues sit. Crassus li-
 xvi. Iliados: O locij nunc sit viii. Liuius O-
 dyssæa: sit quoque, situm est.
 63. ¶ *Pœnitebāt.* Pac. Arm. iud. prologo. Nūc
 pœnitebunt, libant liberi grato ex loco.
 64. ¶ *Partiret,* pro partiretur. Afran. Diuor-
 tio: Cum testamēto patria partisset bona. Lu-
 cil. lib. iij. Tu partem laudis caperes, tu gau-
 dia mecum Partisses. Accius Chryssippo: Æ-
 ternabilem diuitiam partissent. Ennius Te-
 lamone: Eandem me in suspicionem sceleris
 partiuit pater.
 65. ¶ *Recordauit.* Quadrigarius Anna. li. v. Is,
 ubi Daciū cognouit, & patria eū recordauit.
 66. ¶ *Poti,* pro potiri. Pac. Iliona: Ut si onere
 credo adhuc septum patienter poti.
 67. ¶ *Præstolat,* pro præstolatur. Turpilius
 Pedio: Ego præstolabo illi, eo citante opiciū.
 Liuius Tereo: Nimis pol imprudenter suis
 20 præstolaras.
 68. ¶ *Reuertit.* Pomponius Maiali: Cenam
 quæritat. si eum nemo vocat, reuertit mœ-
 stus ad me, nam miser.
 69. ¶ *Rhetoricasti,* pro rhetoricatus es. Noui-
 Asinio: Age nunc, quando rhetoricasti, res-
 ponde, quod te rogo.
 70. ¶ *Tutant.* Plaut. Mercatore: Inuoco vos
 Lares diales, ut me tutetis. Næuius Lycurgo:
 Tuos qui cellos terminos tutant. Pomp. Pa-
 30 truo: Non erat Quod corpus tremulum fa-
 mula tutaret toga. Pacu. Peribœa: Tu mulier
 tege te, & tuta templa Liberi.
 71. ¶ *Patitor,* pro patere. Plaut. Asi. Patitor
 tu item, cum ego te referiam.
 72. ¶ *Copulantur,* pro copulant, passiuum
 pro actiuo. Plaut. Aulul. Adeunt, consistunt,
 copulantur dextras.
 73. ¶ *Præfagitur* pro præfagit. Plau. Bacch. Oc-
 cidi. anim. iā isto dicto plus præfagitur mali.
 74. ¶ *Expalpabitur,* pro expalpabit, quod
 40 est extorquetur. Plaut. Vidul. Seruus à patre
 argentum expalpabitur.
 75. ¶ *Reddibo,* pro reddam. Plaut. Casina:
 Ruri reddibo. Idem Menæchmis: Saluum ti-
 bi ita, ut mihi dedisti, reddibo.
 76. ¶ *Ludipicata* ero hominē, pro, ludifica-
 ta lepidē ero, culpā omnem in me imponit.
 77. ¶ *Osculau.* Titinnius Ilarubra: Laudor,
 quod osculau priuignæ caput.
 78. ¶ *Expedibo,* pro expediam. Plau. Truc.
 50 Ego expedibo, rem perdidit apud vos. Pacu.
 Peribœa: Mane, expedibo factū, mihi quod
 contrā rogo, respondeas.
 79. ¶ *Manducatur,* pro manducat. Pomp. Pap-
 po agricola: Nescio qui sellā viget, quasi a-
 nus vxorē tuā, ita apertis oculis simul mādu-
 catur, ac molit. Lucill. Satyr. libro quarto:
 60 Assquitur neque opinantem, in caput in-
 silit, ipsum Commanducatur totum. I-
 dem libro xiiij. Cū illud quid faciat,
 quod

quod manducamur in ore. Afranius Fratriis: Facile manducari qui potest.

80 *Miseretur*, pro miseret. Turpil. Epicleto: Quam matris, nunc patris me miseretur magis. Pacuuius: At accepisti me isto cū verbo, miseretur tui.

81 *Munerat*, pro muneratur. Turpil. Thrafileone: Dat vltro, ac munerat, quod ab illo abstulit.

82 *Rixat*, pro rixatur. Varro Armorum iudicio: Ille viros hortari, vt rixarent, præclari philosophi. Idem Serrano, *sed ἀρχαίους*: Dormit alius, nimirum vigilant, clamant, calent, rixant. Idem de rerum natura lib. j. Ne familiarē rixent cum vicinis.

83 *Adiutatur*, pro adiutat. Pacu. Duloreste: Illum quero, qui adiutatur. Afranius Inimicis: Hæc obsecro igitur agite, & me adiutamini. Lucill. lib. xxvij. Nec si paulo minus vsuras, & magna adiutatus diu.

84 *Pigneraretur*, pro pigneraret. M. Tull. de Rep. lib. j. Sed vt plurimas, & maximas nostri animi, ingenij, consilij partes ipsa sibi ad vtilitatem suam pigneraretur.

85 *Murmurari*, pro murmurare. Varro *ἐὺν τῷ ἀλάτῳ, τῷ πόντῳ, ἀλλ' οὐκ ἐν ἡλασσάνῳ*: Ita vt soliti eramus, Romæ in balneis plodere cœpimus, & murmurari. Quadrigarius Annal. lib. viij. In eo loco populus murmurari cœpit. Varr. *πατὴρ πατῆρα, ἀλλ' ἐχρημάτισεν*: Hoc Græcis renuntiatio, vt facile intelligeres, nos ab his amari, commuturatur. Auctor idem Virgula diuina: Præsertim, cūm ventrē meū coëceam, nec murmurari patiar.

86 *Excalceatur*, pro excalceat. Varro Pseudolo Apolline, *ἀλλ' ἐπὶ τῶν μυστηρίων*: Quod in eius Dei templa calceati introeunt. Nam in oppido, quæ est ædes Apollinis, & qui ibi ad Herculis introeat, nemo se excalceat.

87 *Nutritur*, & nutricatur pro nutrit, & nutritur. Varr. Testamento, *ἀλλ' ἐπὶ τῶν μυστηρίων, κατὰ τὸν νόμον*: Natis quos Menippe hæresis nutrita, & tutores do, Qui rem Romanam, Latiumque adfiscere vultis. M. Tul. de Deorū natura lib. ij. Omnium autem rerum, quæ natura administratur, seminatur, & fatur, & patrens (vt ita dicam) atque educator, atque alitor est mundus, omniæque sicut membra, suas & partes nutritur, & cōtinet. Afranius Vopisco: Nā nutritur oliua. Lucil. lib. xxx. Sentiu nutritum sanè, caput opprimit ipse.

88 *Volam*, pro velim. Lucil. lib. xxvij. Atque dolo attonitos vincere Epicuri volam. Plaut. Afin. Meo modo loquar quæ volam, quoniam intus non licitum est mihi.

89 *Commanducatur*. Lucil. Saryr. lib. iij. Asequitur nec opinantem, in caput insilit, insum Commanducatur totum complexa, comestque. Idem libro xxv. Villicum Aristocratem mediastinum, atque bubulcum Cō-

manducatus corrumpit, ad incita adegit.

90 *Esuribo*, pro esuriam. Pompo. Augure: Immo mane non esuribis diutius, quare roga. Nouius Mortis & vitæ iudicio: Ita vobis otiosus sum: mihi algebo, & mihi esuribo.

91 *Fatiscuntur*, pro fatiscūt. Accius *ἐν τῷ μύχῳ*: Tamen haud fatiscar quin tuam implorem fidem. Varro Antiquitate humana libro xiiij. Altera ira, altera vulneribus fatiscuntur. Pacuuius Duloreste: Vereor si vnquā fatiscar facere quidquam, quod quibo, boni.

92 *Consecrabor*, pro consecrabo. Plautus Persa: Sed quis hic anstus ambulat magnificè consecrabor.

93 *Fruticari*, pro fruticare. Cicero ad Atticum lib. xv. Excisa enim est arbor, nō euulsa, itaque quàm fruticetur, vides.

94 *Exsugebo*. Plautus Epidico: Iam ego me vortam in hitudinem, Atque eorum exsugebo sanguinem.

95 *Copulantur*, pro coniungunt. Plaut. Aulul. Adeunt, consistunt, copulantur dextras.

96 *Inuenibo*, pro inueniā. Pōponius Buccone adoptato: Saepè annuit, inuenibit saepè.

97 *Puniuntur*, pro puniūt. M. Tull. Tusc. lib. j. Tenendum est igitur, nihil curandum esse post mortē, cūm multi inimicos, & mortuos puniuntur.

98 *Sacrificantur*, pro sacrificant. Varro antiquitatum rerum diuinarum libro xiiij. Viris nuptis sacrificabantur in cubiculo viduæ. Sacrificari. Varro Manio: Non maledicere, pe dem in focum non imponere, non maledicere, sacrificari. Idem Varro de libris educandis: Cūm primores cibo, & portione initiarēt pueros, sacrificabantur ab Idibus Edulæ, & Poti næ.

99 *Discrepuit*, pro discrepauit. Cicer. de orat. libro tertio: Nihil sanè ad rem pertinet, si qua in te discrepuit ab Antonij diuisione.

100 *Spolior*, pro spolio. Afranius Crimine: Quos impunè depopulatur, & dispoliatur dedecus. Quadrigarius Annal. Ita per sexennium lugatiā polā, atque agrū Campanū, quod his per militē licebat, exspoliabantur.

101 *Verecundantur*. Marc. Tull. Hortensio: Hi nostri amici verecūdantur capti splendore virtutis.

102 *Conuertitur*, pro cōuertit. Plaut. Amph. Sed fugam in se tamen nemo conuertitur.

103 *Ruminatur*. Varro Sexagesi: Erras, inquit, Marce, accusare nos ruminatis antiquitates. Idem Bimargo: Odyssæam enim Homeri ruminari incipies.

104 *Precantur*. Varro Eumenid. Ego medicina Serapi vtor, quotidie precantur. intelligo rectè scriptum esse Delphis Theo hera.

105 *Miras*, pro miratis. Varro Eumenidibus: Hospes quid miras animo curare Seraphim. Quid quasi nō curat tantidem Aristo-

teles. Idem eisdem: Aut ambos mira, aut noli mirare de eodem.

106 ¶ *Nolite*, pro nolite. Sifen. Hist. lib. iij. Nolite mirari, quàm desperata volūtate ad vnam belli faciendi viam.

107 ¶ *Gliscitur*, pro gliscit. Sempronius Asellio Hist. lib. iij. Vt maior inuidia Lepido glisceretur.

108 ¶ *Ignescitur*, pro ignescit. Laberius Collice: Figura humana inimici ardore ignescitur.

109 ¶ *Luxuriabat*, pro luxuriabatur. Tubero Hist. lib. xiiij. Pars omnis luxuriabat. Virg. lib. ij. Luxuriatque toris animosum pectus.

110 ¶ *Focillatur*, pro fouet. Varro de vita pop. Rom. lib. ij. Propter secundas sublato metu, non in communi spectant; sed suum quisque diuersi commodum focillantur.

111 ¶ *Emungerentur*. Varro de liberis educandis: Eam sunt consecuti corporis siccitatem, vt neque spuerent, neque emungerentur.

112 ¶ *Libertatem vti*, pro, vt libertate. Titinnius lib. v. Item vt cum oportet libertatē,

qui sapit. Nouius Zona: Atq; facilitatem videris vulgariam. Lucil. Satyr. libro xiiij. Quem metuas saepe, interdū quem vtare libenter. Sic potior illam rem, pro, illa re potior. Terent. Adelph. Mille potior gaudia. Lucret. lib. iij. Adde Heliconiadū comites, quorum vnus Homerus Scepra potitur. Næuius Lycurg. Dic quo pacto eum potiti, pugna, an dolis? Accius Phœnissis: Narus virtute septrum potiretur patris. Pacuuius Atalanta: Regi vt memorabis, nunc regnum potitur transmissu patris.

113 ¶ *Opus* est illam rem pro, opus est illa re. Plautus Cistellaria: Malum aufer, bonum mihi opus est. Et Captiuus: Omnes maritimi milites iam opus sunt tibi. Lucretius li. ij. Scire licet nil principis opus esse colores. Turpilius Lindia: Me vis potiri? Fac ergo potiar quod volo. Sic & callet illam rem pro, illa re. Pomponius Pistoribus: Mirum ni hæc Marfa est, in colubras callet canticulam. Afran. Epistola: Quaquam isthæc malitiosa non tam calleo, tamen non sefelli.

DE MUTATA DECLINATIONE.

C A P. VIII.

1 ¶ *Apricatio*, pro apricitas. M. Tul. de senectute: Vbi enim potest illa ætas ant calefcere apricatione melius, vel igni?

2 ¶ *Itiner*, dictum pro iter. Varro Pranso parato: Luna expectante Adria se itiner longum sermone leuare. Plaut. Mercatore: Quin tu ergo itiner exsequi meum me fines: Equidem mutata declinatio non est ab eo, quod est iter iteris, sed est ab eo, quod est iter itineris. Lucretius lib. vj. Obuia discutiatur gladiis, itinerque sequatur. Accius Oenomaos: Cōiugium Tisis pater eat te itiner tendere. Idem Meleagro: Labore aut minuat itiner ingressū via. Turpilius Thrasiteone. Age, age, egredere: atque vtinā istuc perpetuū itiner sit tibi.

3 ¶ *Festinem*, pro festinantem. Titinn. lib. v. Nunc hoc vror, nūc hæc res me facit festinē.

4 ¶ *Lacte*, nominatiuo casu, ab eo, quod est lac. Ennius lib. xj. Etsi mulier erubuit, ceu lacte, & purpura mista. Hemina Annalium lib. iij. Ex tiberi lacte haurire. Cæcilius Tirthe: Præsertim, quæ nō peperit, lacte nō habet. Var. Andabatis: Candidū lacte papilla cum fuit.

5 ¶ *Mansuete*, & *Mansues*, pro mansuetus, vt sit nominatiuus mansues. Plaut. Asin. Reddam ego te ex fera fame mansuetem. Accius Meleagro: Nunc si me matrem mansues misericordia capsit. Varro *ὄνο; λύρα;* Non vidisti simulacrum leonis ad Idam è loco, vbi quoddam subito eum cum vidissent, quadrupedē galli tympanis aded ferunt manuem, vt tractarent manibus?

6 ¶ *Quæsti*, vel *Quæstus*, dictum pro quæstus.

Titinnius Fullonibus: Ni nos texamus, nihil est fullones nobis quæsti. Plautus Aulul. Nam hic apud nos nihil est quæsti furibus. Nouius: Per deam sanctam Lauernam, quæ cultrix quæstus sit. Terent. Hecyra: Nunquam animum quæsti gratia ad malas inducam parreis. Pomp. Pistore: Nam plus quæsti facerem, quàm quadrinas si haberē molas. Turpilius Demiurgo: Mulier meretrix, quæ me quæsti causa cognouit sui. Idem Hetera: Simulauit me à se amari quæsti gratia: Cæcilius Venatore: Satisne huic ordiui, & si nihil egi quæsti, quia sunt æmuli? Var. de liberis educandis: Nō in suarum manuum opificio: quibus almo lino quid faciunt aut palma, Nam lib. ij. Quæstus causa deridebant suas res pueris.

7 ¶ *Tumultu*, pro tumultus. Plautus Casina: Quid intus tumulti fui? Ter. Andr. Nihil ornati, nihil tumulti. Pomponius Piscatoribus: Quid hoc est tumulti? Acc. Æneadis, vel Decio: Nihil neque periculi, neque tumulti est, quod scia. Idē Nyctegressa: Cuius vos tumulti causa acie timeo quid parum aduorti.

8 ¶ *Victi*, pro victus. Plautus Captiuus: pro victi quotidiani ventrem ad me afferas.

9 ¶ *Æsti*, pro æstus. Pacuuius Chryse: Æsti forte ex arido.

10 ¶ *Senatus*, vel *Senatus*, pro senatus. Plaut. Epidico: Senati qui columē cluēt. Sallu. Catilina bello: Igitur senati decreto, Q. Martius Rex Fefulus, Metel. Creticus in Apuliam, circumq; ea loco missi. Sifen. Hist. lib. iij. Lucius Calpurni? Piso ex senati cōsulto duas, nouas tribus.

tribus. Idem: simul & senatis consultis clarissimis amplificati. Varr. de vita p. Ro. li. j. Posteaquam Q. Fabio Maximo dictatore.

11 ¶ *Vas*, pro vades. M. Tul. de offic. lib. j. Vas factus est alter eius sistendi, vt si ille non reuertisset, moriendum esset ipsi.

12 ¶ *Sumpti*, pro sumptus. Plaut. Trinūmo: Quod ebibit, quod comest, quod facit sumpti. Turpilii Philopatro: Ecce autē tuo more, vti soles videre mihi ægrē id patis; q̄a hos dies cōplurculos intercedo sumpti faciūdi fuit. Lucil. lib. xxx. Quid dare, quid sumpti facere, ac præbere potisset. Cæcilius Plocio: Quid hoc futurum obsonio, & vbi tantum sumpti factum? Varro Bimargo: Cū nouissimē mitteret, quantum sumpti fecerit.

13 ¶ *Iteris*, positū pro itineris. & quidem rectē ab eo, quod est iter iteris, facit iter itineris. Nouius Lycurgo: Ignori iteris sumus, tute scis. Acc. Oenomaio: Præstō etiā adsum, exprome quid fers, nā te longo itere cerno vadere. Idem Telepho: Studiūmque iteris respice. Varro *de rei rusticæ*: Tua templa ad alta phani properans citus itere.

14 ¶ *Exerciti*, vel *exercitus*, pro exercitus. Acc. Armoreum iudicio: In quo salutis spes summas sibi habet exerciti. Idē *de vauōi uā*: Cōtrā quantū obferis, si victus sis, cōsidera; & quō reuoces summā exerciti. Var. de vita pop. Rom. lib. ij. Quibus cum turpe fecerant fœdus sine publico consilio dederunt hosti quotquot Decius imperator pro exerciti salute se diis manibus deuouit.

15 ¶ *Aspecti*, pro aspectus. Accius Astyanacte: Abducite intro. nam mihi Misericordie commouit animum excelsa aspecti dignitas. Idem Alphesibœa: Odiorum hostificūmque diem obuium turbam, aspecti atque horribilem.

16 ¶ *Scriptio*, pro scriptura. Cicero de Orat. libro secundo: Illud autem est huius instituti, scriptiois, ac temporis.

17 ¶ *Lucti*, pro luctus. Accius Pelopidis: Cesso hinc ire, & rapere lucti vestem in lecto coniugis. Idem Nyctegresia: Tunc quod superest, locium mittis leto, an lucti ponitet.

18 ¶ *Salti*, pro saltus. Acc. Menalippo: Hi Menalippum interea traiectus nemorum in salti faucibus.

19 ¶ *Parti*, & *partus*, pro partus. Pacu. A. talanta: Vbi me grauidam sentio aggrauescere Propinquitate pari. Varro Andabatis: Candidum lacte papilla cūm fluit, signū putant partus: quōd hic sequatur mulierem e partu liquor.

20 ¶ *Frons*, pro fronde, vt Virgil. Georg. lib. ij. Præterea cūm frons tenera, imprudēti- que laborum. Varro Parmenone: Creditur lucos alta frons decidit platanos remis.

21 ¶ *Ibus*, pro iis minūs Latinum putat

consuetudo, cūm veterum auctoritate plurimum valeat. Titinnius Gemina: Eux Castor si moratæ sitis ambæ, ibus, vt pro ego maioribus. Plaut. Milite: Latrones ibus denumerē stipendiū. Pomponius Pappo agricola: Nunc quādo voluisti facere, fac voluptati sies ibus.

22 ¶ *Excelsitas*. M. Tul. de offi. lib. iij. Etenim magis est secundum naturam excelsitas animi & magnitudo.

23 ¶ *Campanis*, pro campanum. Plaut. Trinūmo: Credo ego istuc Stasime ita esse, sed cāpās genus multo Syrorū iā antecit patietia.

24 ¶ *Pernici*, pro pernicii. M. Tul. pro Sexto Roscio: Quorum nihil pernici causa diuino consilio, & vi ipsa ac magnitudine rerum factum putemus. Sisenna Hist. lib. vj. Romanos in re cerne pernici causa venisse.

25 ¶ *Hærem*, pro hæredem. Næuius Gymnastico: Atque meis bonis omnibus ego te hærem faciam.

26 ¶ *Gelu*, ars monoproton esse vult, contrā sentit auctoritas. Lucretius lib. v. Assidūsq̄ geli casus mortalibus aufert. Idē li. vj. Deniq; sæpe geli multo fragor, atq; ruina.

27 ¶ *Vapos*, & vapor, & timos, & labos & labor ita sunt, vt color & colos. Lucretius li. v. Peruolitans permanat odos frigidusque, vaporsque. Næuius Lycurgo: Iam vbi nos duplicant aduenientis timos, vaporsque. Accius Andromeda: Qui neque terræ est datus, nec cineris causa vñquam euasit vapos. Var. Manio: Sternitur iuuecus, quē labos mollē facit.

28 ¶ *Peruico*, pro peruicaci. Accius Armoreum iudicio: Sed peruico Ajax animo atque morabilioni. Plau. Aulul. Hic quidam peruicus custodem addidit.

29 ¶ *Antistitam*. Accius Astyanacte: Vtinā vnicā mihi antistitā acquitenens suā turetur.

30 ¶ *Gemiti*. Plautus Aulul. Tantum gemiti mali, mœstitiæq; hic dies mihi obtulit.

31 ¶ *Specis* pro specubus. Accius Alcmæone: Quod dii interdum inferam penitus depressum altis claufere specis?

32 ¶ *Gallum*, pro gallorum. Varro Eumenidibus: Pediratem, an pudorem gallūm cepit mihi videri.

33 ¶ *Generibus*, pro generis. Accius Alcmæone: Qui ducat, cūm te viderit focerum, generibus tantam esse impietatem?

34 ¶ *Argus*, pro Argiuis. Plautus Amph. Amphitrio natus Argus ex Argo patre. Virgil. Aeneid. lib. iij. Hauriat hunc oculis ignē crudelis ab alto Dardanus.

35 ¶ *Augura*, pro Auguria. Accius Telepho: Pro certo arbitror sortis oracula adytus augura.

36 ¶ *Humu*, pro humo. Varro Pranso parato: Contrā coactus seruis latratu canum. Fertur bisulcis vngulis, ne se humu videant. Varro *de re rusticæ*: In patuimento non audes

facere lacrimam; at in humu calceos facis elixos.

37 ¶ *Flucti*, pro fluctus. Accius Telepho: Flucti cruoris voluerent mihi. Idem Clytemnestra: Flucti inuimiferordes iacere, & terra ad saxa allidere. Pacuuius Chryse: Interea loca flucti flacciscunt, filefcunt venti, molli-tur mare.

38 ¶ *Piscati*, pro piscatus. Pomponius Pisca toribus: Quid habes in scirpculis calue? omne piscati genus. Turpilius Demetrio: Antehac sufflabat aquilo, aut aufter, inopia tum erat Piscati.

39 ¶ *Poematis*. M. Tul. libro iij. Quod idem in poematis, in picturis vsu venit.

40 ¶ *Cultia*, pro cultura. M. Tul. de senectute: Num igitur horum senectus miserabilis, qui se agriculture oblectabantur.

41 ¶ *Vulgariam*, pro vulgarem. Neuius Zona: Atque facilitatem video vti vulgariã. Turpilius Thrasyleone: Non est mediocri res, neque vulgaria fallacia hæc. Afranius Prigino: Dehinc temeritatẽ repudio vulgariã.

42 ¶ *Pannibus*, pro pannis. Pomponius Maccis Geminis: Bono animo es video, eripisti primitus de pannibus.

43 ¶ *Indecoris*, pro indecora. Acc. Athamãte: Cuius sit vita indecoris, mortem fugere turpem conuenit. Virgil. lib. xij. Nec genus indecoris.

44 ¶ *Fœtis*, pro fœtibus. Accius Bacchis: Vbi sanctus Cytheron frondet viridantibus fœtis.

45 ¶ *Sublima*, pro sublimis. Accius Phœnissis: Aut sæpe ex humili sede sublima euolat. Sallust. Hist. lib. iij. Nam terna tunc erat, & sublima nebula cælum obscurabat.

46 ¶ *Ab eo*, quod est labos, *Labosum* facit, non laboriosum. Lucil. Satyr. lib. iij. Præterea omne iter hoc est labosum. Idem: Tatalus labosas pœnas.

47 ¶ *Nefantia*, pro nefanda. Lucil. Satyr. lib. iij. Tantalus, qui pœnas ob facta nefantia pendit. Idem libro xxi. Dissociat atque omnia ac nefantia. Varro *επιμνησθησθε, πειρα το φου*: Ego, inquit, eam suppetias, quæ tunc mihi nec res, nec ratio est dissociat atque omnia nefantia?

48 ¶ *Gracila* est pro gracilis. Lucil. Satyr. lib. viij. Quod gracila est, petnix, quod pectore puro, Quod puero similis.

49 ¶ *Bacchanaliorum*, pro bacchanalium, vt vethigaliorum, compitaliorum, & noualiorum, Vulcanaliorum. Sallustius: Exaudiri- que sonus Bacchanaliorum. Idem Hist. li. 4. Curio Vulcanaliorum die ibidem moratus.

50 ¶ *Tumulti*, pro tumultus. Ennius Hectoris Lytris: Qui hoc hic clamoris, quid tumulti est? nomen qui vsurpat meum? Turpil- ius Pædio: Progredior foras visere, quid hinc

tumulti ante fores. Sallust. Catilinæ bello: Ille cohorteis veteranas, quas tumulti causa conscripserat in frontem positas, ceterum exercitum in subsidio locat. Afranius Vopisco: Hem quid hoc, perij, pertimui, quid tumulti exaudij?

51 ¶ *Progenij*, pro progenici. Pacu. Paulo: Pater supremæ nostræ progenij patris.

52 ¶ *Strepiti*, pro strepitus. Ennius Hectoris Lytris: Quid in castris strepiti est?

53 ¶ *Mirabilitas*, pro admiratio. Tul. de officio lib. ij. Ergo & hæc animi despicientia admirabilitatem magnam facit.

54 ¶ *Itiner*, pro iter. Enn. Telepho: Deumque de consilio hoc iter credo conatum modo. Pacuuius Atalanta: Dolet pigetque magis, magisque me conatum hoc nequicquam itiner. Idem Duloreste: Delphos venum pecus secundæ abstabula, ac itiner contuli.

55 ¶ *Ferocia*, pro ferocitate. Pacuuius Teucro: Nisi citia ferocitate, atque ferocia. M. Tul. de Repub. li. quinto: Qui comperit eius vim, & effrenatam illam ferociam.

56 ¶ *Deliratus*, pro deliratio. Laberius: Quanam mens, quæ deliratus vos suppilatores facit, cum cano cugio velitari?

57 ¶ *Holerorum*, pro holerum. Lucil. Satyr. lib. xv. Tintinnabulum abest hinc, surpiculique holerorum.

58 ¶ *Mistura*, pro moderatura. Varro de vita pop. Rom. lib. j. Sed quod ea & propter- talem misturam immoderatam ex aquis cunctis, quod temperata moderatur in Romuli vita triplicis ciuitates.

59 ¶ *Guberna*, pro gubernacula. Lucil. Satyr. lib. xx. Proas despoliare, & detundite guberna.

60 ¶ *Singularia*, pro singulari. Turpil. Demetrio: Homo vnica est natura, & singularia.

61 ¶ *Lubidinitas*, pro lubidine. Laberius Scyllace: Lubidinitate labitur.

62 ¶ *Fructi*, vel fructus pro fructus. Turpil. Canephoro: Satis fructi reddunt. Idẽ Heterata: Hæc si impetro abs te, vt faciat, satis fructi cepero ex te. Varro de re rustica lib. j. Eius enim saluam esse fructus venenum.

63 ¶ *Mensioem*, pro mensura. Cic. de oratore. Aures enim, vel animus aurium nuntio naturalem quãdam in se continet omnium vocum mensioem.

64 ¶ *Volubundus*, pro volutans. M. Tul. de Repub. libro ij. Cupido autem & expetenti, & lubidinoso, & volubundo in voluptatibus.

65 ¶ *Porti*, pro portus. Turpilius Demurga: Neque nauæ cum essent circumuenti ventis, incerto itinere, porti indigentes.

66 ¶ *Domus*, pro domus. Varro *τῶν ὀπίσθιων*. Perrexit in interiores partes domus.

67 ¶ *Soni*, & sonus pro sonitus, & sonu. Pacu.

Pacu. Duloreste: Quidnā autē hoc soniti est, quod stridūt fores? Cæcilius Calcis: Nā quidnam fores facere soniti? Sisenna Hist. libr. iij. Postquam in sonu signorum prælium magno cum clamore virorum commissum est.

68 ¶ *Glutino*, pro glutine. Lucil. lib. xxvj. Præterito tepido glutinator glutino.

69 ¶ *Cautio*, p. cautela. Cic. de orat. li. ij. Neque illa mihi cautio, & timiditas in causis, propter præstantem prudētiā Crassi negligēda est. Terent. Andria: Puerum autem ne reseiscat mihi esse ex illa cautio est.

70 ¶ *Gelo*, pro gelu. Var. Sesiuiul. Pueri dū comitēsq; tenēt cara gelo putri mōtiū laxa.

71 ¶ *Cestis*, pro cestibus. Varr. Væ victis, *cesti* *oveni*: Pugilis spectantis, qui miserū putatis vinci, quero a vobis, si aduersarius supercilia micestis discobinarit, numquis vestrum suam mihi est daturus?

72 ¶ *Fructus*, pro fructus. Varr. Meleagris: 20 Queo utrū fructus, an delectationis causa, fructus vt vendatis. Idē *μαγνὸν ἐπιτροπὸν*: Aliquot Romæ sunt, qui cellas vinarias fructus parant, vt vendant.

73 ¶ *Questi*, pro quest. Var. Prometheus: Æmulum illius artis, atq; obstrigilatorem, qui per aliquot annos questi nihil fecerit.

74 ¶ *Senectā*, pro senectute. Virg. li. vj. Vires ultra, sortēmq; senectæ. Lucil. li. xxvij. Prospiciendū ergo in senectā, nunc adolescentia est.

75 ¶ *Inermis*, pro inermibus. Sallu. Iugurthæ bello: Neq; quēquā decere, qui man⁹ armauerat, ab inermis pedibus auxiliū petere. Sisen. Hist. li. iij. Pleriq; inermi in castra per fugiūt.

76 ¶ *Gallia*, pro Gallicæ. Sallust. Hist. li. iij. Cū interim lumine etiam tum incerto, dūq; Gallia mulieres conuictum vitantes ad mēstrua soluenda montem adscendunt.

77 ¶ *Effigia*, p. effigies. Afran. Vopisco: Cui⁹ te fulcit imago? cui⁹ effigia cognat⁹ patre?

78 ¶ *Intemperia*, pro intemperantia apud veterem auctoritatis obscurā: Has eius intemperias in maritum.

79 ¶ *Poematorum*, pro poematū. Afran. Prigtino: Poematorū non bonorū. Plaut. A sin. Nam neque fictum vnquam est, neque pictum, neque scriptum in poematis.

80 ¶ *Acritas*. Accius Neoptolemo: Vis veritatis, atque acritas.

81 ¶ *Largitas*, p. largitio: Ter. Adolph. Quod 30 prolium? quæ isthæc subita est largitas?

82 ¶ *Dextrabus*, pro dexteris. Liuius Odysea: Deque manibus dextrabus.

83 ¶ *Curatura*, & *Curatio*, pro cura. Ter. Eun. Tamest bona est natura, reddūt curatura iuceas. Cic. Tusc. li. iij. Nā vt medici causa morborum curationem esse inuentam putant.

84 ¶ *Imberbi*, pro imberbis. Lucil. lib. xxx. Maximus si argēto in verbo androgyni barbari mæcho cinædi. Varro Epist. ad Fabium: 10 Quod facis Saturnorum similes sunt, quod maxima fiunt, idēque in verbi.

85 ¶ *Sexcentum*, pro sexcentorum. Lucil. lib. xxx. Maximus si argenti sexcentū, ac mille reliquit. Idem lib. xxx. Quid verò est, centum, ac ducentum possideas si Millium?

86 ¶ *Pauperies*, pro paupertate. Enn. Hecuba: Senex sum, vinā mortē oppetā. Priusquā eueniat, quod in pauperie mea senex grauter gemam.

87 ¶ *Aedis* nominatiuo singulari. Varr. de vita pop. Rom. lib. j. Hæc ædis, quæ nunc est, multis annis post facta sit, in qua omnia regis temporibus delubra parua facta.

88 ¶ *Victus*, pro victus. Varro de vita pop. Rom. l. j. Primum de re familiari ab patribus, secundo de victus cōsuetudine primigenia, tertio de disciplinis priscais necessariis vitæ.

89 ¶ *Gradus*, pro gradus. Varr. de vita pop. Rom. li. ij. Multo præditi pudore, & pudicitia adolescentēs, dixerunt cū maiore patre eius gradus, & [ætate] ad te stipendia facerent.

90 ¶ *Puerilitas*, pro pueritia. Varro de liberis educandis: Velim me hercules, inquit, ipse vsu magno puerilitatis formulam audire.

91 ¶ *Anus*, pro anus. Var. Cato, vel de liberis educandis: Eā nutrice oportet esse adolescentē. Anus enim vt sanguis deterior, sic lac. Lac enim vt qdā dicūt physici, sanguinis spuma est.

92 ¶ *Præcantrix*. Varr. de liberis educandis: Vt faciunt pleræque vt adhibeant præcantrices, nec medico ostendunt.

93 ¶ *Ritus*, pro ritus. Var. Cato, vel de liberis educandis: Itaque domi ritus nostri, qui per Deum fidium iurare vult, prodire solet in compluuium.

94 ¶ *Pronis*, positū pro prona. Varr. Parmone: Alia trabs pronis in humum accedens proximē frangit ramos cadens.

95 ¶ *Teneritas*, teneritudo. Cic. de finibus bonorum & malorum lib. v. In primo enim ortu inest teneritas, ac mollitia quædam.

DE NUMERIS, ET CASIBVS.

CAPIT. IX.

1 **A**ccusatiuus, numeri singularis positus pro genitiuo plurali. Sisen. Hist. libr. quarto: Qui tamen, quibus litibus federa maiorum summo dissoluta. Titinius Veli-

terna: Omnium vitium expertem, consilij plenum prohibui. Idem Gemina: Non exlecratis parasitum, nec virum aspellit domo. Lucretius lib. vj. Flammea tempestas Siciliam

dominata per agros. Plautus Persa: Pol Deum
virtutem dicam & maiorum meum. Terent.
Hecyra: Propè iam remotum ab iniuria ad-
versarium. Accius Euryface: Reprimè parum-
per citatum quadrupèdem. Nouius Euryfa-
ce: Millia sex nummum in arcam dimisi num-
mariam. Accius *Eni vavet uaxi*: Ab classe ad
urbem tendunt, neque quisquam potest Ful-
gèrium armum armatus ardorem obtui. Tur-
pilius Epiclero: In Caliphonis nunc te mise-
re liberum. Pacuuius Atalanta: Parentum,
incertum inuestigandum gratia. Idem Peri-
bœa: Regnum imperator æternum morum
fator. Varro *namq. nãm q. celi è xupium*: O mi
opranti ministerio inuidium tabes. Idem de
vita populi Romani libro quarto: Horten-
sius supra decem millia cadum hæredi reli-
quit, medimum vini mille cadum. Sallust.
Histor. libro nono: Cuius duas insulas propin-
quas inter se, & decem stadium procul à
Gadibus satis constabat suo per ingenio ali-
menta mortalibus gignere. Afranius Vopif-
co: Antiquitas petenda in principio est mi-
hi maiores nostri incupidiore liberum fuere.
M. Tul. de offic. li. iij. An emat denario, quod
fit mille denarium?

2 ¶ *Accusatiuus*, positus pro datiuo: *Ignos-
scamus illam rem*, pro, illi rei ignoscant. Plau-
tus Amphit. Velatis manibus orant, *ignosca-
mus peccatum suum*. Terentius Eunuchus: An,
ne comparandus hic quidem ad illum est.

3 ¶ *Genitiuus* casus positus pro accusati-
uo. Titinnius Pſaltria: Dicis tu quæso, quò
te auortisti? *mei fastidus*? meæ delitiæ. Plau-
tus Aulul. Abiit, neque certiore fecit. *Fasti-
dit mei*, pro, me fastidit. Lucillius Satyra libro
septimo: Tristes difficiles sumus, *fastidimus
honorum*. Turpilius Leucadia: Vide nunc, *fa-
stidit mei*. Lucillius libro xxviii. Cui sæpe mil-
le imposui plagatum in diem. Idem: *Si argen-
ti indiges*. Plautus Aulul. Deinde egomet me-
cum cogitare interdum œcepi. Sic *veretur
illam rem*, sicuti & confuciendo, & Terentius
Phor. auctor est dicens: Non simultatem
meam veteri saltem. ¶ *Veteribus genitiuū
pro accusatiuo poni placet*. Afranius Com-
pitilibus: Si non verear, nemo *veretur tui*.
Idem Simulante: *Tui veretur*, me ad te misit
oratum peteret. Idem Emancipato: Optan-
dum uxorem, quæ non *veretur viri*. Pacu-
uius Hermiona: Tyndareo fieri contume-
liam; cuius à te *veretur* maximè acta gratu-
latione. Nihil ne te *populi veretur*, qui vocife-
rare in via? Varro Sardis Venabibus: Non
te tui saltem pudet, si nihil *mei reueratur*?
Accius Alpheubœa: *Situi veretur* progenito-
ris, cedo.

4 ¶ *Accusatiuus*, positus pro ablatiuo.
Titinnius Gemina: Ædepol hominis igna-
vi sunt hæ officium. Plautus Menæchus: Nam

parasitus octo hominum munia facile *fungi-
tur*. Idem Trinummus: Sequere hac me, gna-
ta, *et munus fungaris tuum*. Lucillius Satyra. li-
bro primo: *Munus* tamen *fungi*, & muros ser-
uare potissent. Idem libro quinto: Liuius
pauperem ait se ingentia *munera fungi*. Tur-
pilius Epiclero: Sed vola, Vt familia nostra
officia fungatur sua. Idem Pedio: Nuptias ab-
ieci, *amicos vtor primores viros*. Pacuuius
10 Duloreste: Nonne *officium fungar* vulgi, atque
agrè madefactum feram?

5 ¶ *Accusatiuus*, vel nominatiuus positus
pro ablatiuo. Turpilius Demetrio: Meos pa-
rentes careo. Marcus Tullius de Republ. libro
quinto: Sed tamen vt bono patrifamiliâs, co-
lendi, ædificandi, ratiocinandi quidam *usus
opus est*. Varro *xuxoe, cœi raxoe*: Denique si
vestimenta ei opus sunt, quæ fers? Idem Pro-
metheo lib. primo: Id vt scias, audi hoc, quod
fallum dicis esse, nemini *oculos opus esse*, si ha-
bet. Sallust. Histor. libro secundo: Ruina quæ
pars magna, suis met, aut proxumorum telis
cæteri vice pecorum obruncabantur. Afran.
Vopifco: Tandem vt possimus nostra *fungi
munera*. Idem Fratrius: Id aurum me cõdonat
litteris. Lucil. lib. xxvj. Tu si voles, per aureis
pectus irrigarier.

6 ¶ *Genitiuus*, positus pro ablatiuo, vel ad-
uerbio loci. Plautus Trinummus: Nõ ego sum
dignus salutis? Cicero Tusc. libro quarto: A-
liquod malum meruit exanimatum, *pendet æ-
nimi*. Plautus Amph. Vt salui potiremur *domi*.
Pompon. Pappo agricola: Domus hæc fuerit
placiti. Accius Epigonis: Locorum latè viri-
dia, & frugum vbera. Lucillius Satyra libro
sexto: Hortare illorum quæ si possim capi sortiri.
Idem libro octauo: Quarum & *abudemus re-
rum*, & quarum *indigemus*. Idem libro nono:
Si nihil ad faciem, & à olim lupa prostibulū
quæ Numini opus, atq; absit. Pacu. Peribœa:
Postquam est *honoratus frugum, et floris Liberi*.
Marcus Tullius de Republ. lib. tertio: Noster
autem populus sociis defendendis terrarum
in omnium potitus est. Afranius Excepto: Quod
vitæ studium, aut quod præsidium in posterū
mihî supponebas, mecum *primis tuis*? Varro de
vita populi Romani libro secundo: Vt noster
exercitus ita sit fugatus, vt Galli Roma: *Cap-
itolij sint potiti*, neque inde ante sex menses
50 gesserint. Significata ad genitiuum in pote-
statem venit. Plautus Capt. Ille alter *potitus
hostis est*. Sallust. Jugurthæ bello: Vt prius-
quam legatos conueniret, *Adherbalis potire-
tur*. Idem eodem: Ager autem aridus, & *fru-
gum vacuus*. Marcus Tullius de officiis libro
primo: Hæc sunt opera magni animi, & ex-
cellentis, & prudentiæ æquæ, consilioque fidentis.
Idem: Omnium autem rerum, ex quibus ali-
quid acquiritur, nihil est agricultura melius.
60 Virgilius Æneidos libro primo: *Impulerat
veteris*

veteris Bacchi, pinguisque ferine. Marcus Tullius Hortensio: Et qui expectat, pendet animi: quia semper quid futurum sit, incertum est. Varro Eumenidibus: Ego autem qui essem plenus vini, & Veneris. Sic despiciebam mentis, pro mente. Plaut. Epidico: Despiciebam mentis, cum illa scripta mitterem. Sic mille annorum viuunt, pro mille annis viuunt. Plautus Milite: Qui mille annorum perpetuo viuunt.

7 § *Datiuus*, pro accusatiuo. Titin. Barath. Vbi ambitionem virtuti videas antecedere, pro virtutem antecedere. Plaut. Truculento: Quia tu vestimento, & cibo alienis rebus curas. Acc. Meleag. Cuius exuias, & coronam huic numerant virgines [legendum munerant]. M. Tul. de repub. li. iij. Hic verò mulieribus præfatis reponatur, qui apud Græcos creati solent: sed sit censor, qui viros doceat moderari uxoribus. Sallustius Catilinæ bello: Breui spacio legiones numero hominum expleuerat, cum initio non amplius duobus millibus habuisset. Lucillius libro vigesimo sexto: Si miserantur se ipsi, vide ne illorum causa superiore loco collocauerit. Teren. Facite ita ut vobis decet. Teren. Andr. Interea mulier quædam ab hinc triennium Ex. Andro commigravit huic vicinie. Varro de vita populi Romani libro iij. Tanta porro inuasit cupiditas honorum plebisque, ut vel cælum ruere, dummodo magistratum adipiscantur, exoptent.

8 § *Accusatiuus*, pro genitiuo. M. Tul. de offi. lib. ij. Dum homines cruenti hastam illam cruentam meminerint, & sperabunt. Virg. Bucol. Alternos, Musæ meminisse volebant Plan. Cistellaria: Meminere officium suum. Et Menæchmis: Propterea illius nomen meminisse facilius. Accius Euryface: Heu me miserum, cum hæc recorder, cum illos reminiscor dies. Idem in iuui. iij. Eos mortalis scænis libro x. Misereor sæpe studiosos volo. Et Athamante: Veritus sum arbitrator, atque vtinam memet possum obliuiscer. Et Nyctegresia: An ego Vlysses obliuiscar vnquam, aut quenquam proponi velim? Turpilii Pedio: Iam desine meminisse illius formam. M. Tul. de Repub. lib. iij. Atque ipsa mens, quæ futura videt, præterita meminit. Varro va victis, & inuencias: Libet me epigrammata facere: & quoniam nomina non memini, quod insolui mihi venerit ponam.

9 § *Inuidit illam rem*, pro illa re. Accius Menalippo: Vnde, aut quis mortalis florem liberum inuidit meum? Priuatur illam rem, pro, illa re. Næuius Pedio: Quod res vis hanc priuari pulcras, quas vti solet?

10 § *Ablatiuus*, pro genitiuo. Plaut. Pseudolo: In modo cupidi estis. Lucil. Satyr. lib. j. Porro quæcunque, & cuiusque, ut diximus antè. Obstitit primo hoc minuendi refert res. Idem libro vj. Et id solum aduersa fortune rei quæ resistit. Turpil. Pedio, Neque virtus

educta, ut par est, expers malitiis. Virg. Georg. lib. j. Illa ferax olco est.

11 § *Accusatiuus*, pro nominatiuo. Pomp. Præcone posteriore: Quod letitias in sperata modo mihi irrepere in sinum. Virg. Æneid. lib. j. Vrbem quam statuo, v. stra est.

12 § *Nominatiuus*, pro datiuo. Nouius Agricola: Lernete duo verbis etiam primo, & postremo. Plautus Aulul. Credo ego illum iam inaudiuisse mihi esse thesaurum domi. id in hia. Cicero Tusc. libro j. Multaque secula post reuiguit Pythagoreorum nomen. Varro de re rustica libro j. Centum iugeribus vinearum opus esse quindecim mancipia.

13 § *Genitiuus*, pro datiuo. Accius Neoptolemo: Quid si ex Græcia omne nomen Ilium par uenio reperiri potest: Turpilii Pedio: Neque mirum educta, ut par est, expers malitiis, metuens sui. Virg. Æneid. libro j. Diues opum, studiisque asperrima belli. Plaut. Afin. Volo amori obsecutum illius, volo amet me patrem. Idem Pseudolo: Duorum labori ego hominem parvissem lubens, Me interrogandi, & tui respondendi mihi. Cic. de orat. li. ij. Bonorum virorum plenum forum. Varro de vita pop. Ro. lib. iij. Ipsa Italiæ oppida sunt vastata, quæ prius fuerunt hominum referta.

14 § *Nominatiuus*, pro genitiuo. Turp. Epiel. At enim scies ea, quæ fuisse inscius. Teren. Phorm. Ita plerique ingenio sumus omnes, nostri nosmet pœnitent. Sic & potior illam re. Pacu. Peribœa: Regnum potior, coniugem maesto inferis.

15 § *Ablatiuus*, pro datiuo. Lucil. Quod sumptum, atque epulas dictis preponis honesto. Virgil. lib. vj. Teque ad aspectu, ne subtrahat nostro.

16 § *Genitiuus*, pro nominatiuo. M. Tul. de Repub. libro vj. Ut quemadmodum scribit ille, quotidiano in forum mille hominum cum palliis conchylio tinctis discederent.

17 § *Ablatiuus*, pro accusatiuo. Virg. lib. v. Grator & pulcro veniens in corpore virtus Adiuuat.

18 § *Accusatiuus*, pro genitiuo. Acc. Myrmidonibus: Mea fata in acie obliuiscer. Sallu. Hist. lib. iij. Sed Pompeius à prima adolescentia sermone fautorum similem fore se credens Alexandro regi. Virg. Æneid. lib. viij. Et vocem Anchisæ magni, vultumque recorder.

19 § *Accusatiuus*, pro datiuo. Lucil. li. xxvj. Suspendat ne se, an in gladium inuemat, ne cælum videat. Plaut. Amph. Velatis manibus orant, ignoscamus peccatum suum. Afran. Vopisco: Male merentur de nobis heri, qui nos tantoperè indigent in pueritia. Cæcil. Plocio: Dum ego eius mortem inibo. Virg. Æneid. lib. iij. Tres adeo incertos cæca caligine soles Erramus pelago, toridem sine fide noctes. Cicero de Orat. lib. iij. Locutus esse dicitur homo

copiosus aliquot horas.

20 ¶ *Datinus*, pro ablatiuo. Sisenia Histor. libro iij. *Alij saltus, ac velocitati certare.* Var. de re rust. lib. j. A quo quod *indigent potius*, poma dicta esse possunt. Idem Varro de liberis educandis: Non solum qui primus in al-

terutra re *praestet alios*, sed etiam qui sit secundus, & tertius.

21 ¶ *Nominatiuus*, pro ablatiuo. Sifen. Histor. lib. iij. Omnia, quae diximus *loca*, statim *potius*. Idem: *Hortus loca superiora potius*. Virg. Aeneid. li. x. Saxumq; vndis immane minatur.

DE MUTATIONIBVS CONIVGATIONIBVS.

CAP. X.

Feruit, pro feruet. Lucillius lib. nono: Feruit nunc, feruit ad annum. Acc. Nyctegresia: Classis adit, clauditur, feruit. Titinnius Setina: Sapiencia gubernator torquet nauem non valentia. Cocas magnum alienum quando feruit, paulla confutat trua Accius Meleagro: Heu cor ira feruit caecum, amentia rapit ferocique. Pomponius Agricola: Domus haec feruit flagitiis. Afranius Priuigno: Hoc potius hoc nunc feruit minus. haec volo. Varro Sexagesi: Quod leges iubent, non faciunt, faciant doscelave feruit omnino. Ab eo quod est feruit breuiato accentu feruere facit, vt spernit spernere. Afranius Epistola: Ego miso Claustrorum pietor fere matera menstrua feruere. Lucil. Satyr. lib. viij. Feruere ne longum verò hoc litoribus tradam. Virg. Aeneid. lib. iij. Iam Litora feruere flammis. Lucret. lib. ij. Feruere cum videas classem lateque vagari. Nauis Lycurgo: Late, longaque trans nostros feruere. Accius Telepho: Aere, atque ferro feruere igni, insignibus florere. Varro Desultorio: *ἄλλοι τρυφή*: Feruere piratis, vastarique omnia circum.

2. ¶ *Lauit*, pro lauat. Virg. Georg. lib. iij. uit improba teter Ora cruor. Plaut. Pseud. lacrymis lauit. Lucret. lib. ij. Litoris in curibulam lauit aquor arenam. Acc. Phoenissis: Salis cruorem guttis lacrymarum lauit. Var. Cosmolorina: *ἄλλοι τρυφή*: Atque Aegeus fluctus, quam lauit ante aquilo Saeuus vbi posuit Neptuni filius urbem. Salust. Hist. lib. ij. Dubium an insula sit, quod euri, atq; austri superactis fluctibus circum lauit. Neuius Danae: Animi iubeo fonte lauere memini manum. Lauere inde tractum est. Ennius Telamone: Strata terra, lauere lacrymis vestem squalam, & sordidam. Idem Hecuba: Heu me miserum, interij, pergunt lauere sanguinem. Lucret. lib. v. Lubrica proluvie larga lauere humida saxa. Accius Medea: Lauere salis vultum lacrymis. Var. *αὐδύου*: Et Hymeneus, qui primo lauere alium marsupio solet. Idem *ἄλλοι τρυφή*: Pater, vt cruore laueret ararum aggerem. Afran. Suspecta: Vident lauere

lacrymis me tuum collum, pater. Lauere etiam inde manauit. Enn. Andromeda: Nam vbi introducta est, puerumque vt lauerent, locant in clypeo. Afran. Fratr. Aquam ex coeno haurire, qui lauerent manus. Plaut. Amphitr. Postquam peperit, pueros lauere iussit nos. Inde imperatiuo modo lauire facit. Titinn. Pfallia: Manus lauire mulieris, & capita velate. Laui etiam positum pro lauari. Pompon. Petitore haere: Ita velim facias, iam pridem volo latrinam laui.

3. ¶ *Feruat*, pro ferueat. Pomp. Fullone: Facite, vt ignis feruat, ligna instipite, far concidite. Acc. Achil. Ne tum cum feruat pectus iracundia.

30 4. ¶ *Sonit*, pro sonat. Acc. Aeneadis, aut Decio: Clamore, & gemitu templum resonit caeliturum. Idem Phoenis. Ac vbi curuo litore lauratu vnda sub vndis labunda sonit. Enn. Hectoris Lytris: Et sonit, Franguntur haeste, terra sudit sanguine. Pacuu. Dulorest. Hymenarum fremunt aequales, aura resonit crepitu musico. Sonere inde tractum est. Lucr. li. j. Ca ligare oculos, sonere aureis, succidere artus. Accius Neopr. Atque adeo valuas sonere sensu regias. Idem Atreo: Sed quid tonitru turbida toruo Concussa repente aquora caeli sensimus sonere? Soniuit etiam inde manauit. Ennius Andromach. & Hermaphrodito: Na neque irati, neque blandi quicquam syncere sonunt. Acc. Iliona: Ibo ad eam, vt sciscam quid velint: value sonunt.

5. ¶ *Expedibo*, pro expediam. Pacuu. Atalant. Nam quod conabar, cum interuentum est, dicere. Nunc expedibo. Acc. Nycteg. Cuncta pedibo id modo insurandum date. Pompon. Vernion. Sed qui vtroque error vos agitat, expedibo. Enn. Eumenid. Id ego equi aptius fecisse expedibo, atque eloquar.

6. ¶ *Nolito*, pro noli. Lucil. lib. trigesimo, Nolito, tibi me maledicere posse, putare.

7. ¶ *Axim*, pro egerim. Pacuu. Perib. Vt quae egi, ago, vel axim verruncent bene.

8. ¶ *Feruitur*, pro feruit. Afran. Vopisc. Quanta vociferatione feruitur? Hei miserarum mei.

9. ¶ *Mantat*.

9 *¶ Mantat*, pro manet. Cæcilius Hypolimæo, Rastri. In vultu eodem, in eadem mantat militia.

10 *¶ Artiuuit*, pro artauit. Nou. Dotata: Artiuuit linguam in palatum, cepit labia sugere. Idem Hec. Conatus artiuuit matri inter femina fortiter.

11 *¶ Audibo*, pro audiam. Ennius Telamone: More antiquo audibo, neque aureis tibi contrâ vtendas dabo. Idem Pancratiaft. Quò nunc me ducis? vbi molarum strepitum audibis maximum? Cæcil. Naucler. Num ab eo audibis præterea, si dicis, filia redeat Pergamo.

12 *¶ Fulgit*, pro fulget. Lucil. Satyr. lib. vij. Primum fulgit vti caldum, & fornacem ferum. Pomponius Matco sequest. Simile est, quasi cum in celo fulgit propter lunam lucifer. Lucretius vj. Fulgit item nubes ignis cum semina multa Excussere. Idem: Fulgit item cum rarefcit quoque nebula cæli. Fulgere correptè pro fulgère. Lucret. lib. v. Multa videmus enim caelestibus incita flammis Fulgere, cum cæli donauit plaga vapores. Pacuuius Medo: Linguae bifulcis actu crispo fulgere. Accius Bacchis: Lætum in Parnasso inter pinos tripudiantem, in circulis ludo, atque tedis fulgere. Lucillius Satyrarū lib. xi. Conuentus pulcer bracæ saga fulgere torques Magni.

13 *¶ Es*, pro esto. Lucillius lib. xxviii. Coniice te intro, ac bono animo es. Pomponius Maccis geminis: Beno animo es, video, deripis tibi primiter de pannibus.

14 *¶ Amplant*, pro amplificant. Pacuuius Teucro: Vbi poætæ pro sua parte falsa conficta que canant, Qui causam humilem dictis amplant.

15 *¶ Aperibo*, pro aperiam. Pomponius Vernion. Aperibo, non possum ciuem pati. Orcus est, quem amare cæpi, pinguis non pulcer puer.

16 *¶ Cupiret*, pro cuperet. Lucret. lib. j. Perfingere vt arcta Naturæ primus portarum claustra cuperet.

17 *¶ Dicebo*, pro dicam. Næuius Pathicis: Primum quod dicebo rectè, secundum, quod dicebo eo meliùs.

18 *¶ Edim*, pro edam. Cæcil. A sot. Nihilne tibi esse, quod edim? Nou. Buccula: Quod edis nihil est, si vultis, quod cacetis, copia est. Pompon. Condition. Vix nunc quod edim inuenio; quid nam fiet, si quam duxero: Plaut. Pæcaulo: Est domi quod edimus, ue nos tam contemptim conteras.

19 *¶ Facitur*, pro fit. Nigid. Commentatione grammatices lib. xix. Id quod dico, est huiusmodi: *mihi* facit, *mihi* facitur. Titinius: Quanta stultitia cupidinis! petunt consilium bona gratia, vt paruifaciatur.

20 *¶ Euenat*, pro eueniat. Ennius Hecub. Senex sum, vtinam mortem oppetam, Priùs quam euenat, quod in pauperie mea Senex grauiter gemam.

21 *¶ Faxim*, pro fecerim. Ennius Phœnice: Plus miser sum, si scelestum faxim, quod dicam fore.

22 *¶ Moneris*, pro monueris. Pacuuius Armor. iudic. Dic quid faciam. quod me moneris effectum da. Item Chryse: Dij monerint meliora.

23 *¶ Niuit*, pro ningit. Pacuuius Paulo: Saggittis, plumbo, & saxis grandinat, niuit.

24 *¶ Obedibo*, pro obediam. Afranius Maritis: Meo vt obsequar amori, obedibo tibi.

25 *¶ Operibo*, pro operiam. Pompon. Præfect. Morum pater at est negato esse, hic me operibo caput.

26 *¶ Paribit*, pro pariet. Pompon. Buccone auctorato: Si prægnans non es, paribis nunquam.

27 *¶ Peruenibunt*. Pomponius Pithone gorgonio: Hominem beatum, quò illa peruenibunt diuitia.

28 *¶ Redibo*. Plautus Vidular. Ego seruabo, quasi sequestri detis, neutri reddibo.

29 *¶ Reperibitur*, pro reperietur. Pompon. Anulo posteriore: Id credo, metuis, ne inuidia desit tibi, Cum nemo, qui à te recipiat, reperibitur. Plautus Epidico: Quid illa fiet fidicina igitur? aliqua res reperibitur. Cæcilius Obol. Nunc enim uero est, cum mea morti remedium reperibit nemo.

30 *¶ Possetur*, pro posset. Quadrigarius Annalium lib. j. Cum non possetur decerni vtrius putaretur victoria esse.

31 *¶ Sapiui*, pro sapui. Nouius Virgine prægnante: Quando ego plus sapiui, qui fulionem compressi quinquatribus.

32 *¶ Venibo*, pro veniam. Pomponius Maccis geminis: Serò est, sexta, si tibi placet, venibo.

33 *¶ Poteratur*, pro poterat. Cælius Annal. lib. j. Cum iure sine periculo bello geri poteratur.

34 *¶ Potestur*, pro potest. Pacuuius Chryse: Si qua potestur inuestigari via. Quadrigarius Annalium libro tertio: Adeò memorari vix potestur, vt omnes simul suum quisque negotium adorti essent.

35 *¶ Soluerit*, pro solitus sit. Cælius Annalium libro vij. Duos & septuaginta lictores domum ante deportauisse facis, qui ductoribus hostium soluerint ferri.

36 *¶ Fidebo*. Næu. De pathicis: Tibi cum fidebo, fidelis ero.

37 *¶ Deplorabundus*, pro deplorans. Plautus Aulularia: Homo ad prætorem venit deplorabundus.

38 ¶ *Coctum*, pro ad coquendum. Plautus
Aulularia: Soler ire coctum.
39 ¶ *Macet*, pro macilentus est. Plautus

Aulularia: Qui ossa, ac pellis totus est: ita
cura macet.

DE INDISCRETIS

ADVERBII S.

CAP. XI.

H*umaniter*. Tul. ad Panfam lib. j. De ani-
mo fecisti humaniter, quem quidem e-
go semper dilexi, meque ab eo diligi sensi.
Ad Atticum lib. ij. Inuitus litteras tuas scin-
derem: ita sunt humaniter scriptæ.

2 ¶ *Disertè*, & consuetudine dicitur, & A-
fran. auctore in Diuort. Quod vult disertè
factum, aut dictum.

3 ¶ *Disertim*, dicere planè, palam Titinnio
auctore possumus Veliterna: Habui rectè
disertim. Plautus Stich. Fuit disertim, verùm
id vsu perdidit. Accius Euryf. Disertim id v-
num in commodis desit meis. Linius: Tùm-
que mihi narrato omnia disertim.

4 ¶ *Insaniter*, Pompon. auctore: Metuo il-
lum, iocari nescit, ludit nimium insaniter.

5 ¶ *Seueriter*, pro seuerè dici auctoritas ve-
terum iubet. Titinnius Proelia: Seueriter Ho-
die sermonem amica mecum contulit.

6 ¶ *Communiter*, pro communiter. Varro
Rerum diuinar. Etenim vt Deos colere de-
bet communiter ciuitas, sic singulæ familiae
debenus.

7 ¶ *Blanditer*, pro blandè. Titin. Gemin. In
eunda primùm blanditer comparamus col-
loquia.

8 ¶ *Celere*, pro celeriter. Næu. Paul. Nunc
te obtestor, celere factò subueni censori. Ea-
nius Satyr. lib. j. Dum quicquid des celere.

9 ¶ *Benigniter*, pro benignè. Titinnius Ge-
min. Nimium te patrocinari cenfeo beni-
gniter.

10 ¶ *Festiuite*, pro festiuè. Næu. Gemin. O
domus parata pulcræ familiæ festiuite.

11 ¶ *Auariter*, pro auarè. Plaut. Curcul. Hoc
vide, vt ingurgitat impura in se merum aua-
riter. Quadrig. Annal. lib. xxi. Crudeliter ille,
nos misericorditer: auariter illi, nos largi-
mur. Cat. de præda militum diuidenda: Frau-
dulenter atque auariter.

12 ¶ *Amiciter*, pro amicè. Plautus Persa:
Quàm meo amico amiciter hæc commodi-
tatis copiam danunt. Pacu. Dulorest. Nunc ne
illū expectes, quando amico amiciter fecisti.

13 ¶ *Probitè*, pro probè. Varro Octogesi:
Postquam auida libido rapere, ac concidere
cœpit, seque opificè non probiter strepere.

14 ¶ *Munditer*, pro mundè. Plaut. Pœnulo:
Nam cum sedulò munditer nos habemus,

vix, ægrèque amatorculos inuenimus.

15 ¶ *Seuiter*, pro seuè. Plaut. Pœnulo: Aha
tam seuiter. Idem Trinummus: Ah nimium,
Stafime, seuiter. Accius Aftyan. Ferum feroci
contundendum seuiter.

16 ¶ *Seueriter*, pro seuiter. Ennius Phœni-
ce: Seueriter suspèctionem ferre falsam, futi-
lium est. Afran. Simulante: Seueriter ferre
hæc, te simul ac gnatum ab illo abducere.
Ennius Hæctoris Lytris: Seueriter fortuna
ferri cernunt de victoria.

17 ¶ *Mœstiter*, pro mœstè. Plaut. Rudente:
Sed vnde vos ire cum vuida veste dicam ob-
secro, tam mœstiter vestitas?

18 ¶ *Propritim*, pro propriè. Lucret. lib. ij.
Quid genus humanum propritim de quibus
actum est.

19 ¶ *Ampliter*. Lucil. lib. iij. Nam sumpti-
bus magnis, Et structam ampliter, atq; cum
accumbimus mensam. Pompon. Hærede pe-
titore: Heus aptate pueri nunc mundè, atq;
ampliter conuiuium. Plaut. Stich. Sat est ser-
uo homini modestè melius facere sumptum,
quàm ampliter. Accius Diomed. Benignè, &
pro beneficio largi, atque ampliter.

20 ¶ *Aliquantisper*. Quadrigarius Annaliū
lib. vj. Aliquantisper pugnatè, nihil promo-
uet pœnus. Cæcil. Fallac. Nam si illi, postquã
rem paternam amiserant, Egessate aliquan-
tisper iactati forent. Idem Fallac. Velim pau-
lisper experiri te, quantisper non plus tri-
duū. Pomp. Dotat. Possum exorare te, vt re-
cedas à me paulisper modò. Quantisper sat
habes.

21 ¶ *Duriter*, pro durè. Terent. Andr. Pri-
mò hæc publicè vitam parcè, ac duriter A-
gebat. Noui. Zona: Duriter me habere, vigi-
lassè: Afran. Priuig. Viuax vetus quàm duri-
ter nunc consulito tergo meo. Enn. Phœnic.
Quam tibi ex ore orationem duriter dictis
dedit. Cæcil. Fallac. Nam quàm duriter vos
educauit, atque asperè, non negat.

22 ¶ *Cautim*, pro cautè. Acc. Alphesib. Sed
tibi cautim est adeundum ad virum. Idem
Philosc. Contra est eundum cautim, & cap-
tandum mihi.

23 ¶ *Strictim*. Cic. de Orat. lib. j. Quasi per
transennam prætereuntes strictim adspexi-
mus. Sallust. Strictum, vt quæque memoria
digna

digna videbantur, præscriberem.

24 ¶ *Firmiter*, pro firmé. Lucill. Sat. lib. x. Fluctibus, à ventisque aduersis firmiter essent. Idē libro duodecimo: Firmiter hoc pariterque tuo sit peccatore fixum. Afran. Augur. Hic hæret vt clamor oritur, sed spiritu firmiter instat. M. Tul. de republic. lib. vj. Firmiter enim maiores nostri stabilita matrimonia esse voluerunt.

25 ¶ *Fidèle*, pro fideliter. Plau. Captiu. Fac fidèle. caue fidem fluxam feras.

26 ¶ *Aequiter*, pro æquē. Paciu. Atalanta: Concertare ac dissentire partim da cursim æquiter. Accius Antenorid. Ad populū intelligo referendū, quoniam horū æquiter sententiæ fuerunt. Lilius Ægist. Nā vt pergam accensa, & prædam per participes æquiter partita est.

27 ¶ *Publicitus*, pro publicé. Lucil. Satyr. lib. xij. Huic homini quæstione aliquæ esse opus, atque chorago Publicitus, qui mihi atque Episcopo præbeat aurum. Idem libro xvi. Publicitus vendis tamen, atque extrema liguris. Plau. Amphit. Ita peregrè veniens hospitio publicitus accipiar. Cæcil. Ploc. Ibo domū, ad plebem pergitur, publicitus defendendū est. Pomp. Campanis: Dat ordo senio, & fullonibus publicitus cibaria.

28 ¶ *Proteruiter*. Ennius Paneratiast. Quis est, qui nostris foribus tam proteruiter.

29 ¶ *Ignauiter*, pro ignaué. Lucill. Satyr. lib. xvj. Cur tam ignauiter hoc præsertim tempore queris? Quadrigarius Annalium libro ij. Et qui tibi erant, non ignauiter putando, eum diem pro meliore habuerunt.

30 ¶ *Mutuiter*, pro mutuo. Varr. Octogest. *ἄλλοις τοῖς ἑαυτῶν*: Viue, meq; ama mutuiter.

31 ¶ *Perspicacē*, pro perspicaciter. Afranius Dituort. Quam perspicacē, quam benignē, quam citō, quam blandē, quam miti est peccatore.

32 ¶ *Asperiter*, Navius Pullis: Vbi tu nequaquam cubares asperiter.

33 ¶ *Celeranter*, pro celeriter. Acc. Anten. Sed quis hic est, qui matutinum cursum huc celeranter rapit?

34 ¶ *Dapsile*. Pomp. Rustico: Quid nūc vis fieri? verrem sume dapsile ac dilucidē.

35 ¶ *Exquisitum*. Varro Aiace stramentitio acre ager medicos exquisitum conuocabas, vt conualesceret.

36 ¶ *Hilarē*. Tul. de Orat. Quis vnquam res præter hunc tragicas penē comicē, tristeis remisse, serias hilarē. Afran. Priuig. Et propter patrualem tuam Constituit hilarē anhelans, deiecta coma.

37 ¶ *Festinatim*, pro festinanter. Pomp. Asin. Exsilii de nocte ad molam fullone festinatim. Sisen. Hist. li. iij. Prætor festinatim de castellis ad castra maxima pedites eoduxit

38 ¶ *Pugnitus*, pro pugnīs. Cæcil. Fallacia: Nisi quidam qui se malit pugnitus pessundari.

39 ¶ *Futile*, futiliter. Ennius Phœnice: Vt quod factum est futile, amici nos feramus fortiter.

40 ¶ *Humanitus*, pro humaniter. Turpil. Pedio: Quare esse dicat quisquam illum hominem, haud quicquam facere humanitus? Cassius Hemin. Hist. lib. iij. Quare si omnes artes atque humanitus aguntur. Afran. Repud. Quantō facilius ego, qui ex equo venio, adducor ferre humana humanitus?

41 ¶ *Inimiciter*. Acc. *ἰδιώτης* lib. j. Placare hostem ferocē, inimiciterque accessum.

42 ¶ *Memore*, pro memoriter. Pomp. Philosoph. Sed ne cū ista hæc memore meministi, indica, qui illud aurum abstulerit, non didici hariolari gratis.

43 ¶ *Immortalitus*. Turp. Hetera: Sat me, vt meū cor voluptatibus dat, immortalitus se obtulit mihi hæc facultas.

44 ¶ *Largitus*, pro largē. Afranius Materis: Quid istuc est? quid fles? quid lacrymas? largitus proloquere.

45 ¶ *Iracunditer*. Cæcil. Subditiuo: Quæso ne temerē hanc rem agas, & ne iracunditer.

46 ¶ *Minutim*, pro minutē. Lucil. lib. v. Dic quam cogitat vis ire minutim Per commissuras rimarum noctis nigrore.

47 ¶ *Parciter*, pro parcē. Pomp. Verre: Salbeolo parciter tanquam frater mihi sis, medium abdomen cū diuidam.

48 ¶ *Superbiter*. Afran. Purgamento: Illa superbiter imperat. Nau. belli Pœnici libro vj. Superbiter contēprim conterit legiones.

49 ¶ *Longinquē*, & *longiter*, pro longē. Acc. Andromache: Hæc malos annos multos longinquē à domo Belli gerentes summū summa industria. Lucil. lib. tertio: Non (vt opinor) id à lecto iam longiter rati.

50 ¶ *Perplexim*, pro perplexē. Plau. Stich. Vtrum ego perplexim lacellam orationē ad hunc modum. Hemin. Hist. lib. j. Prudens perplexim scotino scribit.

51 ¶ *Saniter*. Afran. Megalensibus: Adesto, assentio te amare, me adorare saniter.

52 ¶ *Parenter*. Cæcil. Pausimach. Ædepol voluntas homini rarenter venit. Nau. Exodius: Multum ames, paulum des crebrō, venias rarenter. Ennius Androm. Sed quasi ferum, aut lapis durat rarenter gemitū conatur trabem ergastulo: Longē ab vbe villicarier, quō herus rarenter venit. Liu. Terco: Rarenter venio.

53 ¶ *Contemptim*, pro contemner. Navius belli Pœnici lib. vj. Superbiter, contemptim conterit legiones.

54 ¶ *Temeriter*. Accius Amphitryon. Hoc in re est, quod tu tam temeriter meam be-

neuolementiam interiisse es ratus.

55 ¶ *Restrictim*, pro restricté. Afran. Thaide: Eaque firmè sedere melius cōsultoribus, quàm restrictim cogitata, atque omnibus rationibus.

56 ¶ *Præclariter*. Quadrigarius Annalium libro iij. Et ita rebus præclariter gestis Romanam reuerterunt.

57 ¶ *Torniter*. Pomp. Auctorato: Occidit taurum torniter me amores amauit. Ennius Lupiast. Quem nunc tu tam torniter increpuisti.

58 ¶ *Puriter*. Pomponius Haruspice: Fac puriter, bucco, vel pectore rustico Vti tractes, laui iam dudum manus. Nou. Virgine præ-

gnante: Sequere me, puriter volo facias, igni atque aqua volo hunc accipere.

59 ¶ *Verecunditer*. Pomp. Macco: Virgine præteriens vidit duos sensim in ludo, verecunditer non docentem discipulum, verum scalpentem nateis.

60 ¶ *Certatim*. Virg. Æneid. lib. iij. Certatim socij feriunt mare, & æquora verrunt.

61 ¶ *Abundè*. Sifen. Histor. lib. iij. Perfuse atque abundè sparsi vñ magnum pondus auri argentique.

62 ¶ *Miseriter*, pro miseré. Laberius Macco: Mens incorrupta miseriter corrumpitur.

63 ¶ *Properiter*. Catullus: Animula miserula properiter abit.

DE DOCTORVM INDAGINE

CAP. XII.

OMnes artem secuti negant aduerbiis præpositionem addi oportere, sed auctoritas veterum præponi iubet. *Desubito*. Titin. Prælia: Sed amabò, quid desubito tam repente ad me venisti? Ennius: Panerat. Cùm desubitò me orat mulier, lacrymansque ad genua accidit. Afran. Emancip. Quàm beatæ scenicæ videntur mihi mulieres, quæ iurgio, & beneuolentia terrent desupito viros. *Cæcil. Aforo*: Nam ego duabus vigiliis transactis duco desubito domum. *Quadrigar. Annal. libro ij.* His desubito vtrisque nuntiatur ipsorum copias adesse. *Næu. Tripartita*: Postquam se vidit hæredem, desubito diuortium fecerunt. *Lucrer. lib. ij.* Vim cupidâ tam desubito, quàm mens habet ipsa. *Lucil. Satyrar. libro x.* Quâuis desubito trinis deducere scallis. *Tullius de republica lib. vj.* In his, vt meministis, concursu leuissimæ multitudinis, & ære congesto funus desubito esset ornatum. *Acc. Euryl. Tor tropæa* tam desubito summam gloriam eurous fines? *Pomp. Pappo agricola*: Volo scire ex te, eur vrbanas res tam desubito deseris. *Idem Pistore*: Fit desubito hilarus, tristis saltat, ridens ringitur. *Næuius Danaë*: Desubito famam tollunt, si quam solam videre in via.

2 ¶ *Derepente*. Turp. Boethunt. Eum derepente vxorem audio ducere. *Enn. Phœnic.* Ibi tum derepente ex alto in altum despexit mare. *Afran. Incen.* Non vsquequaque idoneum inuenias locum, vbi derepente, cùm velis, facias lutum. *Idem Homin.* Atque ille derepente in iumentum exsilit, contendit oculos, derepente abit cælo. *Enn. Hæctoris lytris*: Ecce autem caligo oborta est, omnem prospectum abstulit, derepente contulit sese in pedes. *Varro Sefquiulyse*: In Thespiadum ore derepente. *Acc. Aftyanactæ*: Hic per ma-

tutinum lumen, tardo properantem gradu Derepente adspicio ex nemore pauidum, & properantem egredi. *Nouius Macco*: Scalpis dentes derepente, in cenam si peccaueris. *Tarent. Hecyr.* Ita corripuit derepente tacitus se ad filiam. *Pomp. Pracone posteriore*: Vis facere, vt nouerca vetulû derepente deserat?

3 ¶ *Picumnus*, est auis Marti dicata, quam picum, vel picam vocant. & Deus, qui sacris Romanis adhibetur. *Æmil. Macer Theog. lib. j.* Et nunc agresteis inter picumnus habetur. *Higinius*: Picumnus est parua veste picus Martis. *Fabius pictor rerum naturalium lib. j.* Et simul videbant picum Martium. *Idem iuris pontificij lib. iij.* *Pilumno, & Picūno*. Varro de vita populi Romani lib. iij. *Pedius Pærus* cùm esset prætor vrbanus, & sedens in sella curuli ius diceret populo, picus Martius aduolauit, atque in capite eius asfedit.

4 ¶ *Veterum memorabilis scientia Paucorum* numerum pro bonis ponebat, *Multos*, contrâ malos appellabat. *Tarent. Eunuch.* Si quisquam est qui placere se studeat bonis, quàm plurimis. *Acc. Tereo*: Video ego te mulier more multarum vtier, Vt vim contēdas tuam ad maiestatem viri. *Idem vñ iavri vñ xii*: Probis probatum potius quàm multis forem. *Lucil. Satyr. lib. xiiij.* Non paucis malè, sed sapientibus esse probatum, *vñ iavri vñ xiiij* vñ iavri vñ xiiij. *Idem libro xiiij.* Vnus modò de multis, qui ingenio sit. *M. Tul. de Repub. lib. quarto*: Nec in hac disensione suscepi populi causam, sed bonorû. *Idem de Repub. libro sexto*: Enimuerò in disensione ciuili, cùm boni plus quàm multi valent, expendendos ab his, non numerandos puto. *Afran. Suspecta*: Noli ex stulticia multarum credere esse animum meum.

5 **Censere, & arbitrari**, veteres cognatione quadam sociata, ac familia esse verba voluerunt. Varro de Repub. lib. xx: Quod verbum cenſeo & arbitror idem poterat ac valebat. Plautus Rudente: Non vidiſſe vndas maiores cenſeo. Idem Menachmis: Demam hanc coronam, atq; abiiciam ad laeuam manum, Vt ſi ſequetur me hãc abiſſe cenſeat. Varro de vita pop. Rom. lib. ij. Itaq; quod hos arbitros inſtituerunt, populi cenſores appellarũt. Idem enim valet cenſere, & arbitrari.

6 **Affici**, malis tantũ conſuetudo preſumpſit, cum ſit poſitum & bonis. M. Tul. de offi. libro j. Si quos aliquo honore, aut imperio affectos obſeruarẽ, & colere debemus. Varro Eumenidibus: Coronam ex auro, & gemmis fulgentem gerit, Luce locum afficiens.

7 **Decuriones, & Centuriones**, à numero, cui in militia præerant, dicebantur.

8 **Accenſi**, qui his accenſebantur, id eſt attribuebantur. Varro de vita populi Romani libro iij. Quid ea ſcripti viſ. Cum erant attributi decurionibus, & centurionibus, qui eorum habent numerum, accenſi vocabantur. Eoſdem etiam quidam vocabant ferentarios, qui depugnabant pugnis & lapidibus, his armis, quæ ferrentur, non quæ tenerentur.

9 **Lateres**, apud quosdam, vt ſerobes, cuius generis habeantur, incertum eſt. ſunt autem generis maſculini. Varro de vita populi Rom. lib. iij. Nam lateres argentei, atque aurei primũ conſtati, atque in ararium conditi. Alio loco idem: Later quod conquadrauit regius.

10 **Modestia**, moderatio, modus, modicum, mediocritas, hunc habent ordinem, quod **Modestia**, fundamentum, ſoliditas, baſis ipſa virtutis eſt, è qua gignitur **Moderatio**, quæ temperat, auriq; atque **modos**, qui ex ſuprà memoratis diſciplinis in factis, & in dictis, & in cæteris talibus, quæ agendi officia ſunt, iunguntur.

11 **Modicum**, verò moderatum eſt: **Mediocre** quod medium. Ita ſæpe poſitum in magnis auctoribus aucupauimus. Varro Cato, vel de liberis educandis: Omnia, inquam, in docendis pueris, quæ damna non prohibent verum bonum fieri, mediocritia modica ſunt.

12 **Prouentum**, etiam malarum rerum dici veteres voluerunt. Lucil. lib. xxvj. Deſtineque ad eò malè me accipiunt decimè, & proueniunt malè.

13 **Imbuere**, conſuetudo inducere, vel inſicere exiſtimat, cum ſit propriè maculare, vel pollucere, vel inſicere. Accius Armorum iudicio: Inter quos ſæpe & multo imbutos ſanguine. Idem Menalippo: Credite me a-

mici morte imbuturũ manus. Pacuius Peſtibcea: Nam ſi te regetur pudor, ſiue ad eò cor ſapientia imbutum foret. M. Tullius de Repub. lib. v. Quæ cum Scipio dixiſſet, admodũ probans, nimis enim erat odio rhetorum imbutus. Varro *ἐκ τὸ μύχ, ἀπὸ βυσσίν*: At regis enſis ſanguine imbutus nigro. Salluſtius Catilinæ bello: Ea quaſi venenis malis imbuta, corpus, animũque virilem effeminar.

10 Virgilius vj. Quæ fors prima dedit, ſanguis nouus imbuat arma. M. Tullius Hortenſio: Vti qui combibi purpuram volunt, ſufficiunt priũ lanam medicamentis quibusdam; ſic litteris, talibusque doctrinis antè excoli animos, & ad ſapientiam concipiendam imbui, & præparari decet. Varro Agath. Ideo quod maioris noſtri virginis acerbæ anreis Veneris vocabulis imbui noluerunt.

14 **Comptem**, bonæ rei ſolum dici exiſtimatur, cum etiam mala re poſitum ſit. Accius Clytemnæſtra: Cur me miſeram irridet magis comptem & multis malis?

15 **Mira, & Miracula**, veteres pro monſtris, vel horrendis ponebant. Lucil Satyrarum libro i. Miracula ciet thelephantas. Plautus Amphit. Nimia memoras mira; ſed vidistiñ' vxorem meam? Virgil. Georg. lib. iij. Omnia commutat ſeſe in miracula rerum.

16 **Diem** volunt cum feminino genere dicimus, tempus ſignificare; maſculino diem ipſum. Nos contra inuenimus. Turpil. Pedio: Quando equidem amorem intercapedine ipſe leniuit dies. id eſt, ipſum tẽpus. Pacuius Duloreſte: Gnatam deſpondit nuptiis, hanc dat diem. Virg. Æneid. li. ij. Ergo dies infanda aderat, mihi ſacra parari.

17 **Victorem**, altæ rei ſuperatorem dici voluit Virgilius Georg. ſecundo: Inde ſecurus Per montes victor, atque altæ cacumina regnat.

18 **Verſacrum**, quidam dictum putant, vt plerunque vitabile, & exſecrandum. Sed Siſenna religioſum dicit Hiſtoriarum libro quarto: Quondam Sabini feruntur vouiſſe, ſi res communis melioribus locis conſtituſet, ſe ver ſacrum facturos.

19 **Apud**, ad. Lucillius libro xxx. Aut cum iter eſt aliquò, & cauſam commentauit, vt apud aurificem, ad matrem, cognatam, ad amicam. Error conſuetudinis apud pro in vitur. Itaque vitioſè dicimus, cum nos in foro fuiſſe dicamus, apud forum fuiſſe, cum apud *intra* ſignificet. Accius Euryl. Apud ipſum addiſcas. Turpilius Leucadia: Vtinam nunc apud ignem aliquem magnũ aſſidam. M. Tullius de republic. libro tertio: Cuius etiam focũ Cato ille noſter, cum venerat ad ſe in Sabinos, vt ex ipſo audiebamus, viſere ſolebat, apud quem ſedens Samnitum quondam hoſtium, tum iam chen-

tium suorum dona relegauerat. Accius Diomede: Adsum apud te, genitor. Sallustius Iugurthino bello: Caterum apud aquam Syllam cum equitibus nocte agitari iubet. Apud pro in etiam dictum inuenimus. vt Terentius Andria: Apud forum modò è Dauo audiui. M. Tul. de signis: Cenam isti dabat apud villam in Tyndaritano.

20 ¶ Pro, etiam ante significat. vt Virgilius libro octauo: Stabat pro templo & capitolia cella tenebat.

21 ¶ Operari, est deos religiosè, & cum summa veneratione sacrificiis litare, vel cõuiuari. Pomponius Præc. posteriore: Ad Veneris profectus est manè vetulus, votum vt solueret: ibi nunc operatus est. Afran. Excepto: Proficiscor. res, tempus, locus, simul otium hortabatur, vt operatum illum Dianæ degerem sanctum diem. Idem eadem: lubeo hominem tolli, & collocari, & confoueri, soluo operam Dianæ. Virgilius Georg. lib. primo: Lætis operatus in herbis. Lucil. libr. xxx. Aut opratu aliquo in celebri cū equalibus fano.

22 ¶ Sexagenarios, per pontem mittendos malè diu popularitas intellexit, cum Varro de vita populi Rom. libro secundo honestã causam, religiosamque patefecerit. Cùm in quintum gradum peruenerant, atque habebant sexaginta annos, tum denique erant à publicis negotiis liberi, atque otiosi. Ideo in prouerbium quidam putant venisse, vt diceretur sexagenarios de ponte deici oportere, id est, quòd suffragium non ferant, quod per pontem ferebant.

23 ¶ Strictura, propriè dictæ sunt scintillæ, quæ de ferro feruenti micant, cum malle malleis cuditur: vnde & incus est appellata. dictæ autem quòd aut strictius emittantur, aut quòd oculos fulgore perstringat. Virgilius libro octauo: Stricturæ chalybum, & fornacibus ignis anhelat.

24 ¶ Proximum, dicebant veteres non solum adhærens, & adiunctum, verum etiam longè remotum, si tamen inter duo discreta nihil medium extitisset. Virg. Æneid. lib. v. Proximus huic, longo sed proximus interuallo Insequitur Salius. Ita & Sallustius in situ Ponti, de promontoriis Paphlagoni, & quod νεχου παραπον appellauit, posuit.

25 ¶ Memini illam rem, difficilius dictu putant plurimi. Virgil. Bucol. Numeros memini, si verba tenerem. Et, Alternos Musæ meminisse volebant. Cicero de Orat. libro iij. Quod fuit in Graccho, quem tu meliùs, Catule, meministi, quòd me puero tantopere ferretur.

26 ¶ Turbam, & Turbas, diuersam volunt habere significationē, vt sit turba populi cõuentus, turbæ turbationes. Nos contra lectū

inuenimus & indiscretè positum, & pro turbis turbã. Acc. Athamãre: Ah dubito, ah quid agis? caue ne in turbã te implices. Idem σκασαί, vel Trophæo: Non vides, Quantam turbam, quantòlve fluctus concites? Turpil. Thrasyleone: Nemo vnquam vidit ebrium ire interdium, Neque turbam facere, neque fores exurere? Terent. Eunucho: Ne quam ille hodie insanus turbam faciat, aut vim Thaidi. M. Tul. de senectute: Cùm in illud diuinorum animorum conciliū, cõrtumque proficiscar, cùmque ex hac turba, & colluione discedam. Plaut. Aulul. Redeo intro, nequid hic turbæ fiat. Cæcilius Vmbris: Mirū adeò, nisi frater domi ebrius turbã aliquam dedit.

27 ¶ Demensum. Terent. Phorm. quasi deminutum posuit: Quod ille vnciatim vix demenso suo Suum defrudans Genium comperit miser. Cicero de Orat. Æstimatum, vel aquatum dicit, quæ non ex insidiis, sed appetè palàm elaborat, vt verba verbis quasi demens, & paria respondeant.

28 ¶ Superuacuum, non putat oportere dici Varro de vita populi Romani libr. iij. sed superuacaneum, in quo est superuacuum pro superuacaneo.

29 ¶ Cecum, veteres pro improuido dixerunt. Varro de vita populi Romani libr. iij. Neque id cæci consules fecissent, quæ mandata arcana tam pio sedissent, aut diuidi cētum GN. magnum.

30 ¶ Quoties per Accusatiuū casum annos vel dies loquimur, iuges annos, vel dies significamus: quoties per Ablatiuū, per interuallum interiectis aliquibus annis, vel diebus. Itaque qui optantes multis annis dicunt, multos annos meliùs dixerint. Virgilius Georgic. lib. ij. Ergo non hyemes illam, non flabra, neque imbres Conuellunt, immota manet, multosque per annos, Multa virtim voluens, durando secula vincit. Plaut. Trinum. Quia ruri dum sum ego, vno sex dies Me absente, atque insciente inconsultu meo Ædes venales hisce inscribit litteris. Turpilius Philopat. Ecce autem tuo more, vt soles videre mihi Ægrè id pati, quia hos dies complusculos Intercapedo sumpti faciundi fuit. Idem Hæter. Rus ad illas commigrat. Habitamus hyemè totam cum mulierculis. Virg. Geor. lib. iij. Septem illos totos perhibent ex ordine menses Fleuisse. Cicero de repub. libr. j. Nec tantum Carthago habuisset opum sexcentos ferè annos sine consiliis, & disciplina. Idem de repub. lib. ij. Itaque illa præclara institutio Romuli, cùm ducentos annos & triginta ferè firma mansisset. Sallustius Hist. lib. j. Et ponere validam urbem multos dies restantem pugnando vicit. Lucil. lib. xxvj. Qui sex menses vitam ducunt, Orco spondent septimū.

31 ¶ Inuenimus & indiscretè positum, & pro turbis turbã. Acc. Athamãre: Ah dubito, ah quid agis? caue ne in turbã te implices. Idem σκασαί, vel Trophæo: Non vides, Quantam turbam, quantòlve fluctus concites? Turpil. Thrasyleone: Nemo vnquam vidit ebrium ire interdium, Neque turbam facere, neque fores exurere? Terent. Eunucho: Ne quam ille hodie insanus turbam faciat, aut vim Thaidi. M. Tul. de senectute: Cùm in illud diuinorum animorum conciliū, cõrtumque proficiscar, cùmque ex hac turba, & colluione discedam. Plaut. Aulul. Redeo intro, nequid hic turbæ fiat. Cæcilius Vmbris: Mirū adeò, nisi frater domi ebrius turbã aliquam dedit.

32 ¶ Demensum. Terent. Phorm. quasi deminutum posuit: Quod ille vnciatim vix demenso suo Suum defrudans Genium comperit miser. Cicero de Orat. Æstimatum, vel aquatum dicit, quæ non ex insidiis, sed appetè palàm elaborat, vt verba verbis quasi demens, & paria respondeant.

33 ¶ Superuacuum, non putat oportere dici Varro de vita populi Romani libr. iij. sed superuacaneum, in quo est superuacuum pro superuacaneo.

34 ¶ Cecum, veteres pro improuido dixerunt. Varro de vita populi Romani libr. iij. Neque id cæci consules fecissent, quæ mandata arcana tam pio sedissent, aut diuidi cētum GN. magnum.

35 ¶ Quoties per Accusatiuū casum annos vel dies loquimur, iuges annos, vel dies significamus: quoties per Ablatiuū, per interuallum interiectis aliquibus annis, vel diebus. Itaque qui optantes multis annis dicunt, multos annos meliùs dixerint. Virgilius Georgic. lib. ij. Ergo non hyemes illam, non flabra, neque imbres Conuellunt, immota manet, multosque per annos, Multa virtim voluens, durando secula vincit. Plaut. Trinum. Quia ruri dum sum ego, vno sex dies Me absente, atque insciente inconsultu meo Ædes venales hisce inscribit litteris. Turpilius Philopat. Ecce autem tuo more, vt soles videre mihi Ægrè id pati, quia hos dies complusculos Intercapedo sumpti faciundi fuit. Idem Hæter. Rus ad illas commigrat. Habitamus hyemè totam cum mulierculis. Virg. Geor. lib. iij. Septem illos totos perhibent ex ordine menses Fleuisse. Cicero de repub. libr. j. Nec tantum Carthago habuisset opum sexcentos ferè annos sine consiliis, & disciplina. Idem de repub. lib. ij. Itaque illa præclara institutio Romuli, cùm ducentos annos & triginta ferè firma mansisset. Sallustius Hist. lib. j. Et ponere validam urbem multos dies restantem pugnando vicit. Lucil. lib. xxvj. Qui sex menses vitam ducunt, Orco spondent septimū.

in Varrone multis annis continuis dici, *καὶ ἄλλοι πολλοί*. Cuius ubi annis multis masculini vestigium inuentum est. Dubio potius, quam difficili intellectū vates posuit Mantuanus: Sed misera ante diem, subitoque accensa furore. cū huic sententiæ obuerfetur versus eius cum opinione sentiens plurimorum: Fortuna omnipotens, & ineluctabile fatum. Verū sensibilitatis eius non leuis ratio est, quæ prima sententiæ philosophica accipit intellectum, quæ ait, sui cuique mores fortunam fingunt, omnipotens fortuna esse definit. quod Sallustius mirè: Fortuna simul cū moribus immutatur. ac per hoc ex ea similitudine iam fatum ineluctabile esse non poterit, quod ex vna causā fortuna fieri videatur & fatum. Potest etiam fatum morum mutabilitate conuerti, vt ex his aut celere, aut tardum, aut bonum fiat, aut pessimum. Accensa enim furore Dido amoris iniqua violentia, quia, vt ipse ait: Omnia vincit amor, ante diem meritò videretur occidere, quod etiam Homeri eiusmodi est, quæ Virg. noster omni æmulatione sectatur, *οὐκ ἔστιν ἀπαράσιτον ἄρ' ἔστι μὲν ἀλγεῖ ἔχουσι*. quod est *ἄρ' ἔστι μὲν*, vltra decretum. quod si admittitur vt vltcrius protendatur, quoniam id ex moribus factum est, quod significat *οὐκ ἔστιν ἀπαράσιτον*, admittere poteritis de moribus properatam etiam fati celeritatem, vt intra diem possit admitti, quoniam recepit (vt Homerus ait) magnitudinem vltra vim fati.

31 ¶ *Impotentiam* enim potentiam auctoritas dedit. Sisenna Histor. libro iij. Sublatus læticia nimia, atque impotentia commotus animi.

32 ¶ *Dona*, consuetudine hæc habentur, quæ aut propitiandis diis dantur, aut hominibus pro benefactis redduntur. sed auctoritate pro vltione positum manifestum est. Virgilius Bucolicis: Aut vt mutatos Tereï narxauerit artus, Quas illi Philomela dapes, quæ dona pararit.

33 ¶ *Quando*, pro quoniam dici potest. Virg. libro vi. Vnum oro quando hic inferni ianua ditis Dicitur. Et rur sus idem: Hic tibi labor enim, quando hæc te cura remordet.

34 ¶ *Vel* pro etiam est. M. Tul. Epist. ad Brutū libro viij. Et quod te tantum amat, vt vel me audeat prouocare. Lucilius lib. xxix. Hoc inuenisset vnū ad morbum illū homini vel bellissimū. M. Tullius de officiis libro secundo: Contrā quæ benevolentia fidelis, vel ad perpetuitatem. Idē Hortensio: Vidi in dolore podagræ nihilo ipsum vel omnium maximum Stoicorum Possidonium, quam Nichomachū Tyrium hospitem meū fortiorem. Virgil. Georg. libro tertio: Belgica vel molli melius feret esseda collo. Varro Eumenid. Ex his, atque eiusmodi institutis;

ac vita vel ad Herculis athletæ facti erant. Idē Virgilius: Carmina vel celo possunt deducere Iunam? Terent. Eunuch. Vel rex semper maxumas mihi agebat.

35 ¶ *De*, pro ab. Lucil. lib. xxv. Solus iam vim de classe prohibuit Vulcaniam.

36 ¶ *Pilumnus*, & *Picumnus* dii præfides aut spiciis coniugalibus deputantur. Varro de vita pop. Ro. libro ij. Natus si erat vitalis, ac *sublatus* ab obstetrice, *statuebatur in terra*, aut auspicaretur rectus esse, diis coniugalibus Pilumno & Picumno in ædibus lectus sternebatur.

37 ¶ *Caduceus*, pacis signum Varro pronuntiat de vita populi Romani libro secundo: Verbenarius ferebat verbenā. id erat caduceus pacis signum. nam Mercurij virgam possumus existimare.

38 ¶ *Qui Liberi* fiebant ea causā calui erant, quod tempestatem seruitutis videbantur effugere, vt naufragio liberati solēt. Plautus Amphit. Vt ego hodie raso capite caluus capiam pileum.

39 ¶ *Luces*, numero plurali sunt, quod dies. Varro Hebdomad. sub imagine Demetrii: Hic Demetrius est natus quod luces habet annus absolutus.

40 ¶ *Quoties*, genere neutro plurali numero *Opera* legerimus, significantur fabrica. Virg. Æneid. libro iij. Pendent opera interrupta, minaque Murorū ingentes. Cum genere feminino numero singulari, intelligendū est opus, vel labor pro mercede sumpta. Plautus Aſinaria: Par pari Datum hostimentū est opera pro pecunia. Vel occasio & facultas, aut opportunitas. Plaut. Aulular. Da mihi operam parum, si opera est, Euclio, id quod te volo. Aſta. Vopisco: Deinde id quod dedita opera controuersia concinno.

41 ¶ *Vile*, positum legimus pro frequenti. Varro Virgula diuina: Arabos cū volucres venit, apud illos vsque ad limina indica vilis. Virg. Georg. lib. j. Vilēque faselum.

42 ¶ *Præter*, pro ante, vel per. Varro Eumenid. En domū præter matris deſtū adē exaudio cymbalorū sonitum. Cic. Verr. lib. ij. Præter loculos soli ferebant.

43 ¶ *Fœciales*, apud veteres Romanos erant, qui sancto legatorū officio ab iis, qui aduersum populū Ro. qui aut rapinis, aut iniuriis hostili mente cōmouerant, pignora factō fœdere iure repetebant: nec bella indicebantur, quæ tamen pia vocabant, priusquam fuisset quid fœcialibus denunciātū. Varro de vita populi Ro. libro ij. Itaque bella, & tardē & nulla licentia suscipiebant, quod bellum nullum, nisi pium putabant geri oportere, & prius quam indicerent bellum iis, a quibus iniurias factas sciebant, fœciales legatos res repetitum mittebant quatuor, quos ora-

tores vocabant. Idem libro iij. Si cuius legati violati essent, qui id fecissent, quantum nobiles essent, ut dederentur civitati, statuerunt, forcialesque viginti, qui de his rebus cognoscerent, iudicarent, & statuerent, & constituerent.

44 ¶ *Atque* particula, si diligentius intelligitur, multam habet significantiam, ut vel illud est Ennii: *Atque atque adscendit muros Romana inuentus*. quod est festinè, & intrepidanter ascendit. Significat etiam celeriter, & statim, ut Virg. Georg. j. Si brachia fortè remisit, *Atque illum in præceps prono rapit alveus amni*. Habet etiam huiusmodi intellectum, ut dicas, aliter ego feci, & locutus sum atque tu. hoc est, aliter ego ac tu, vel quam tu.

45 ¶ *Intra*, non solum id significat, quod consuetudine persuasum est, ut intra modum, hoc est, à modo minus, sed etiam in ipso modo, ut intra calendas dies etiam ipsæ Calendæ accipi debeant: ut intra oppidum, etiam intra cubiculum cum dicitur, in oppido, & in cubiculo dictum esse videatur. Idque ita positum in multis veteribus, sed non tam claris scriptoribus inuenitur.

46 ¶ *Negatiuas duas* negatiuam nouè significantiam habere. Varro Bim. *negatiua negatiua*: Quæ non modo ignorasse me clamat, sed omnino omneis heroas negat nescisse.

47 ¶ *Ludius*, quod ludis pueri præfules essent glabri, ac depiles propter ætatem, quos antiqui Romani Lydios appellabant, ut est in libro j. Varronis de vita populi Romani. Ideo Plaut. Aulul. Tu istum gallum si sapias, Glabriorem reddes mihi, quam vultus Ludius.

48 ¶ *Deinsuper*. Sallust. Hist. lib. j. Sertorius Parthis turbam orantibus, & nullo (ut in terrore solet) generis, aut imperij discrimine per calorum corpora ad medium, quasi in deinsuper stantium manibus, in murum, atcollitur.

49 ¶ *Sifilare*, quod nos vilitatem verbi vitantes sibilare dicimus. & est maledica vocis significatio, vel contumeliosa popularium, cum sifilationibus quis exploditur, à Græco ducere originem inuenimus. Huius rei auctor est venerabilis Hom. Iliad. xiiij. *Αἰὲρ δὲ σφίλλει* & *σφίλλει*, *σφίλλει δὲ σφίλλει*.

50 ¶ *Nubentes*, veteri lege Romana asses

treis ad maritum venientes solebant ferre, atque vinum, quem in manu tenerent, tantam emendi causam, marito dare: alium quæ in pede haberent, in foco Latiū familiarium ponere: tertium in facciperione cum condidissent compito vicinali solere resonare. Inde Virg. Georg. j. Teque sibi generum Teuthys emat omnibus vndis. quos ritus Varro libro j. de vita populi Romani diligentissime percurrit.

51 ¶ *Secundum*, non solum numeri, & ordinis, vel prosperum, quod plerumque positum legimus, sed etiam iuxta. Varro de vita populi Romani lib. j. Tullum Hostilium in velis, ubi nunc est ædes deum Penatium: Ancum in palatio ad portam Mugionis secundum viam sub sinistra. Vir. Geor. iij. Pascuntur verò sylvas, & plena secundum Flumina.

52 ¶ *Fornum & Fornaces* dicuntur à forno, quod est calido. inde *Forcipes*, quod candentes teneant ferrum, ut Virg. lib. viij. Versantque tenaci forcipe massam. Varro de vita populi Romani lib. j. Cocula quæ coquebat panem, primum sub cinere, postea in forno: scuius Itriusque vocabulum à forno ductum, id est, à calore.

53 ¶ *Arediruti*, appellabantur milites, quibus propter ignominiam stipendium, id est, merces menstrualis, aut annua, quæ esset in numis areis, subtrahebatur. Var. de vita populi Ro. lib. ij. Stipendium appellabatur, quod æs militi semestre, aut annuum dabatur: cui datum non sit propter ignominiam, & redirutus esset.

54 ¶ *Negatiuas duas* pro negatiua vna accipiendas Varro monstravit de vita populi Ro. lib. ij. Qua abstinentia viri, mulierisque Romanæ fuerint, quod à rege munera eorum noluerit nemo accipere.

55 ¶ *Tabernas*, non vinarias solum, ut nunc dicimus, sed omnes, quæ sunt popularis usus, auctoritas Romana patefecit. Var. de vita populi Ro. lib. ij. Hoc interuallo primum forensis dignitas creuit, atque ex tabernis lineis argentariæ factæ.

56 ¶ *Statilinum, & Statanum, & Fabulinum*, præfides Deos Varro Cato, vel de liberis educandis puerilitatis affirmat. Ali Statano, & Statilino, quorum nomina habent scripta Pontifices. Sic cum primò dari incipiebant, sacrificabant diuo Fabulino.

DE GENERE NAVIGIORVM.

CAPVT XIII.

Celox, est nauigium breue, dictum à celeritudine. Plautus Asinaria: Vnde su-

ma? quem interuortam? quod hanc celocem conferam? Idem Captiuus: Vidi in publica celocem,

celocem, ibidem illum adolescentulum. Idē Pœnulo: Obsecro hercle operam celocē hāc mihi, ne corbitam date. Turpil. Lemniis: Remulus sensim celox ab oppido processerat. Varr. Hercules: Tuam fidem procella frigida arte obruat celocem. Idem Bimarg. Nautæ remiagam mouent celocem.

2 § *Corbita*, est genus nauigij tardum, & grande. Plaut. Pœnulo: Tardiores, quā corbitæ sunt in tranquillo mari. Idem eadem: Obsecro hercle operam celocem hanc mihi, ne corbitam date. Lucillius Satyrarum libro xv. Multa homines portēta in Homero verificata Monstra putant, quorum in primis Polyphemus ducentos Cyclopes coclites, & porrō huic maius bacillū, Quā malus nauis in corbita maximus villa.

3 § *Horia*, dicitur nauicula piscatoria. Plautus Rudente: Saluete horia mari fluctuoso. Idem eadem: Mea opera laboratur, & rate, & horia.

4 § *Cercurus*, nauis est Asiā pergrandis. Plautus Stichus: Cūm percontor portitores, eequæ nauis venerit ex Asia: negant venisse, conspicatus sum interim cercurum, quo ego me maiorem aon vidisse cenſeo. Lucil. Satyr. libro octauo: Rerum flumen, atque vti ipso diuortio ligneis pedibus cercurum concurreret aquis. Idem libro xiiij. Ad regem legatus Rhodum, Ecbatanam, ac Babylonem ibo, cercurum sumam. Plaut. Mercatore: Edificat nauem cercurum, & merces emit.

5 § *Lembus*, nauicula breuis piscatoria. Accius Deiphobo: Eo autem, nocte extrema retia vt prouherem, & stauerem, Fortē aliquāto quā solitus lembo sum progressus longiūs. Turpil. Leucadia: Hortari nostros cepi ilico vt celerarent lembum. Idem Lemniis: Lembi redeuntes domum duo ad nos certam accelerarunt ratem. Virgil. Georgic. libro primo: Quam qui aduerso vix flumine lembū Remigius subigit. Sisen. Histor. libro tertio: Oraculum legatum cum scaphis, ac lembis. Plaut. Mercatore: Dum hæc aguntur, lembo aduehitur tuus pater pauxillulo.

6 § *Myoparo*, est nauicula piratarum. Marcus Tullius de Repub. libro tertio: Nam cūm quæreretur ex eo, quo scelere impulsus mare haberet infestum vno myoparone, eodē inquit, quo tu orbem terræ. Sallust. Hist. libro tertio: Et fortē in nauigando cohors vna grādi faselo vecta à cæteris deerrauit, marique placido à duobus prædonum myoparonibus circumuenta. Sisen. Histor. libro quarto: Nauēque triginta biremes, totidem myoparones.

7 § *Faselus*, nauigium Campanum. Varro Desultorio, *ἄρα ἡραπύρα*: In aliis domini delicias faselo nactum tonsili remo vilem si-

etiam soluit. Sallust. Hist. libro tertio: Et fortē in nauigando cohors vna grādi faselo vecta à cæteris deerrauit. Sisen. Histor. libro quarto: Proræ actuariæ trahi grandes, ac faseli primo.

8 § *Lenunculus*, nauigium piscatoriū. Sallust. Hist. lib. ij. Primo indicit fortē super noctem in lenunculo piscantis.

9 § *Actuaria*, nauicula celeres, dictæ quod citò agi possent. Sallust. Hist. libro secundo: Adhoc pauca piratica actuariæ nauigia. Sisen. Histor. libro iij. Quibus occisis actuarias ad viginti, naues item complures onerarias incendunt.

10 § *Lintres*, naues fluminales. Vir. Georg. lib. ij. Cauat arbore lintres.

11 § *Scapha*, sunt nauicule, quæ maiores naues consequuntur. Sallust. Hist. libro quarto: Eum atque Metro: hanen senatus magna industria perquirebat, cūm per totas scaphas, quas ad ostia cum paucis fidis percontatum miserant.

12 § *Codicaria*, naues etiam nunc consuetudo appellat, eo quod in fluminibus sint vsui. Sallust. Hist. lib. iij. Quā maximis itinibus per regnum Ariobarzani contendit ad flumem Euphratem, qua in parte Cappadocia ab Armenia disingitur. & quanquam ad id naues codicariæ occultè per hyemen fabricatæ aderant. Varro de vita populi Romani libro tertio: Quod antiqui plures tabulas coniunctas codices dicebant, à quo in Tyberi naues codicarias appellamus.

13 § *Pristis*, nauigij genus à forma pristū marinarum, quæ longi corporis sunt, sed angusti. Claudius rerum Romanarum lib. xij. Quinque pristis, nauigium ea forma à marina bellua dictum est. Virgilius libro quinto: Velocem Mnestheus agit acri remige pristim. Et: Frons hominem præfert, in pristim desinit alius.

14 § *Cymba*. Afranius Excepto: Tum conscendo cymbam interibi lucis piscatoriam, venio, iacitur ancora, inhihent leuiter. Marcus Tullius de officiis libro tertio: Cymbarū ante pedes multitudo, pro se quisque quod ceperat afferebat.

15 § *Onerarias*, de oneribus tardas. Sisen. Histor. libro iij. Quibus occisis actuarias ad viginti, naues item complures onerarias incendunt.

16 § *Ancora*, vincula, quibus antennæ tenentur. Lucillius: Armamenta tamen vel omnia seruo. Funis enim præcisus citò, atque ancora soluta.

17 § *Prosumia*, nauigij genus. Cæcil. Mercatrice: Qui pro gubernator propè euertit prosumiā. Idem Amphitryone: De nocte ad portum sum prouectus prosumia.

DE GENERE VESTIMENTORVM.

CAP. XI III.

Tunica, est vestimentum sine manicis. Titinnius Veliterna: Tunica & cingula obuncula adimetur, pannos possidebit foetidos. Cicero in Cati. Manicatis ac talaribus tunicis. Virgilius: Et tunicae manicas, & habent redimicula mitrae. Titinnius: Quin togis cum candidis, tunicis sordidis sint, & dicis. Plautus Pseudulo: Manuleatam tunicam habere hominem addecer. Et iccirco manuleatam addidit, ne improprie vteretur. Lucil. Satyr. lib. primo: Praeterea, ac tunicae Lydorū opus sordidum id omne. Idem libro xv. Scit poeticon esse, videt tunica, & toga quid sit. Varro Meleagris: Cum etiam alis Menandri tunicam demissam habeat ad talos. Ennius probro Carthaginensium tunicatam iuuentutem voluit dicere. Varro Modio: Quam istorum quorundam vitreae togae ostentant tunicae clauos.

2 Calantica, est tegmen muliebre, quod capiti innectitur. M. Tul. in Clodium: Tūne, oim vincerentur pedes fasceis, cum calanticam capiti accommodares?

3 Penula, est vestis, quam supra tunicam accipimus. Pomp. Pannuceatis: Penulam in caput induce, ne te noscat. Lucil. Satyr. lib. xv. Penula si quæris, canterius, seruus, segestre Vitior mihi quam sapiens. Varro Virgula diuina: Non quaerenda est homini, qui habet virtutem, penula in imbro.

4 Aulea, genus vestis peregrinū. Varr. de vita populi Romani lib. iij. Quod ex hereditate Attalica aulea, chlamydes, pallae aureae. Virg. Georg. iij. Purpurea in textu tollant aulea Britanni & est tanquam paludamentū Barbarici habitus militaris.

5 Plaga, grande linteum tegmen, quod nunc torale, vel lectuariae sindonem dicimus, quarum diminutiuum est plagula. Varr. de vita populi Rom. lib. iij. Chlamydes, plagae, vela aurea.

6 Stola, veteres non honestam vestem solam, sed etiam omnem, quae corpus tegeterent. Enn. Tel. ph. Cedo, & caueo vestitus squalida septus stola. Idem eadem: Regnum reliqui septus medici stola. Varr. Cosmot. *ἑστὴν ἑστὴν*: Mulieres, aliam cerneret cum stola holoserica. Idem Eumen. Partū venusta muliebri ornat stola.

7 Pallia, est honestae mulieris vestimentum, hoc est, tunicae pallium. Plautus Menæchmis: Pallam ad phrygionem ferit confecto prandio. Lucillius Saryrarum libro xv. Cū in rectum est quiduis: saeis est visuri alieni sint homines, spiram, pallas, redimicula promit: Virgilius Aeneidos j. Pallam signis, aurōque

rigentem.

8 Strophium, est fascia breuis, quae virginalem tumorem cohibet papillarum. Turpil. Philop. Me miseram, quid agam? inter vias epistola excidit mihi: Infelix inter tuniculam, ac strophium quam collocaueram. Tullius in Clod. Cum strophio accuratè praecingere. Plautus Avulul. Pro illis crocotis strophis, sūptu vxorio. Varr. Sefquiul. Suspedit Laribus marinas molles pilas, reticula, ac strophia.

9 Abolla, vestis militaris. Varr. Cosmотор. *ἄβωλα*: Toga tracta est, & abolla data est ad turbam, ubi sera militia in munera velli vr praestarem.

10 Sagum, vestimentum militare. Sallust. Hist. libro ij. Occurrere duci & praelium accendere, adeo vti Metello in sagum, Herculeio in brachium tela venient. Virgil. libro viij. Virgatis lucent sagulis. M. Tul. ad Caesarem iuniorē libro primo: Pridie nonas Februarias, cum ad te literas manē dedissem, descendi ad forum togatus, cum reliqui consulares sagari vellent descendere. Varr. Virgula diuina: Cum neque aptam mollis humeris fibulam sagus ferret. Silenn. Hist. lib. iij. Senatus auctoritate sagaria nunc.

11 Paludamentum, est vestis, quae nunc chlamys dicitur. Sallust. Hist. libro iij. Eodem tempore Lentulus duplici acie locum editum multo sanguine suorum defensus, postquam ex sarcinis paludamenta adstari, & delectae cohortes intelligi coepere. Tul. ad Caesarem iuniorē lib. ij. Antonius demens ante lucem paludatus.

12 Chlamys, Virg. Aeneidos libro quarto: Sidoniam pacto chlamydem circumdata limbo. Varr. Hercule Socrat. Cubo in Sardinia ista pedibus chlamyda, sed purpurea amiculā.

13 Regilla, vestis diminutiue à regia dicta, ut & basilica. Plaut. Epid. An regillam tuniculam induam, an mendiculam? Varr. *ῥεγίλλα*: Collum procerum fictū leui marmore Regillā tunicā distinguitur purpura:

14 Ralla, vestis dicta à raritate. Plautus Epidico: Tunicam rallam, tunicam spissam.

15 Ricā, est quod nunc sudariū dicimus. Plaut. Epidico: Ricā, basilicū, aut exoticū. Sereenus opusculo lib. j. Aut zonulam, aut acum, aut ricam. Nouius Pedio: Mollicinā, erocotā, chiridoram, ricam.

16 Ricinum. Lucil. Satyr. lib. ij. Ricini aurati cicæ, & oraria mitræ. Turp. Veliterna: Dicit me secū: postquā ad eadē venimus, veneratur deos. interea adspexit virginē gestantē in capite riculā indutā ostrinā. Varr. Prometheo lib. j. Alię mitrā ricinā, aut mitrā melitensem.

17 *§ Casticum*, linteolum dicitur purum, & candidum à cædendo, quod ita ad candorem perueniat, vel quod oras circuncisas habeat. Plaut. Epidico: Linteolum casticum.

18 *§ Indusium*, est vestimentum, quod corpori intra plurimas vestes adheret, quasi intusium. Plautus Epidico: Indusiatam, patagiata, calulam, aut crocotulam.

19 *§ Patagium*, aurea chlamys, quæ pretiosis vestibus immitti solet. Plaut. Epidico: Indusiatam, patagiata. Navius Lycurgo: Pallis patagiis, crocotis, manicis mortalibus.

20 *§ Supparum*, est linteum femorale usque ad talos pendens, dictum quod subtus appareat. Plautus Epidico: Supparum autem subnimum est ricam, Basilicum, aut exoticum. Nouius Pedio: Supparum purum, bellicensem interim escam meram. Afranius Epistola: Tace, puella non sum, supparo si induta sum. Varro Eumenidibus: Hic indutus supparum, Coronam ex auro, & gemmis fulgentem gerit.

21 *§ Exoticum*, dicitur peregrinum. Plaut. Epidico: Basilicum, aut exoticum.

22 *§ Plumatile*, aut clauatum, aut ex plumis factum. Plaut. Epidico: Cumatile, aut plumatile.

23 *§ Mollicina* vestis à mollicie dicta. Nouius Pedio: Mollicinam, crocotam, chiridotam, ricam, ricinium.

24 *§ Amphitapa*, vestes dicuntur utrinque habentes villos. Lucil. libr. j. Psila atque amphitapa, villis ingentibus molles. Idem libr. vj. Pluma atque amphitapa, etsi aliud quid deliciarum. Varro Manio: Alterum bene acceptum dormire super amphitapa bene molli.

25 *§ Toga*, non solum viri, sed etiam feminae utebantur. Agra. Fratriis: Equidem prandere stantem nobiscum incinctam togam. Varro de vita pop. Ro. lib. j. Præterea quod intellectu togas ante habebant. antè enim olim fuit commune vestimentum, & diurnum, & nocturnum, & muliebre, & virile.

26 *§ Lana*, vestimentum militare, quod supra omnia vestimenta sumitur. Virg. Æneid. lib. iij. Tyrioque ardebat murice lana.

27 *§ Meretricies*, apud veteres succinctiore veste utebantur. Afranius Excepto: Meretricum cum veste longa, peregrino in loco Soller tutandi causa sese fumere.

28 *§ Carbasus*, pallium, quo stuuij amictum, vel opulentiæ causa; vt sericum, aut lino tenui. Virg. lib. vij. Eum tenuis glauco velabit amictu Carbasus. Idem lib. xj. Tunc croceam

chlamidemque, sinusque crepantis Carbasos fuluo in nodum collegerat auro. M. T. in Verrem de suppliciis: Tabernacula carbasos intenta velis collocabat. Varro de vita populi Romani lib. iij. Eadem postea carbasina magis, vt pellibus tegeantur togæ.

29 *§ Prætexta*, insigne Romanum, quod supra tunicas honorati quique sumunt. M. Tul. de suppliciis: Sententiæ dicendæ loco togam prætextam, fellam curulem, ius imaginis ad memoriam, posteritatemque proferendam.

30 *§ Limbus*, vt annotatum inuenimus, muliebre vestimentum, quod purpuram in imo habet. Plautus Aulul. Textores limbotarij, arcularij.

31 *§ Flammeus*, vestis, vel tegmen, quo capita matronæ tegunt. Plautus Aulul. Flammearij, violarij, carinarij.

32 *§ Reticulum*, tegmen capitis muliebre. Varro Sesiulyf. Suspendit Laribus marinas molles pilas, reticula, ac strophia.

33 *§ Ricinium*, quod nunc mafurtium dicitur, palliolum femineum breue. Varro *περίανθου*: Nihil magis dicere muliebre, quàm de muliebri ricinio palliolum simplex. Idem de vita pop. Romani libro j. Et quo mulieres in aduersis rebus, ac luctibus cum omnem vestitum delicatiorem, ac luxuriosum postea institutum ponunt, ricinia sumunt.

34 *§ Tapete*, tegmen vnice pictum de coloribus variis. Var. Hercule Socratico: In omnibus rebus bonis quotidianis cubo in Sardinianis aperibus. Virg. lib. ix. Qui forte taperibus altis Extructus toto proflabat pectore somnum. Turpilij: Glabrum tapete.

35 *§ Culcita*. Cic. Tuscul. lib. iij. Eripiamus huic ægritudinem. quomodo? collocemus in culcita plumea: psaltriam adducamus.

36 *§ Subucula*. Varro de vita pop. Rom. li. j. Postea quàm binas tunicas habere cœperunt, instituerunt vocare subuculam, & indusium.

37 *§ Capitia*, capitem tegmina. Varro de vita populi Rom. lib. iij. Tunicas, neque capitia, neque zonas. Idem eodem: Neque id ab orbita matrum familiâs instituti, quod ea pectore, ac lacertis erant apertis, nec capitia habebant hæc & capitula appellauit.

38 *§ Encombomata, & Parnacides*, genera vestium puellarum. Varro de liberis educandis: Vt puellæ habeant potius in vestitu chlamydas, encombomata, ac parnacidas, quàm togas.

DE GENERIBVS VASORVM
ET POCVLORVM.
CAP. XV.

Alla, vel olla, quod nos ollam dicimus, sed est capacissimum vas. Plaut. Amph. Optimo iure infringatur aula cineris in caput. Varro *κευνοδιδακμολογ.* Sed simul manibus trahere lanam, nec non simul oculis obseruare ollam pulsus ne aduratur. Idem Bimargo: Vulcanum, nec cum nouæ lagenæ ollarum frangantur, ter precatur.

2 **Matella**, aquareium vas. Plautus Amphitru. Ne tu postules matellam vnam tibi aquæ infundi in caput. Varro Endymionibus: Diuitum Aphocascchias ad communem reuocat matellam. Idem Manio: Lecto strato, matellam, lucernam, ceteras res huius vbiq; præ se portant.

3 **Mortarium**, in quo teruntur quæ soluenda sunt. Plautus Aulul. Cultrum, securim, pistillum, mortarium.

4 **Peluis**, sinus aquareius, in quo varia perluntur, vnde ei nomen est. Laberius Virgine: Amore cecidi, tanquam blatta in peluim. Cæli? Fœneratore: Peluim sibi poposcit.

5 **Fidelia**, Samium vas ad vsus plurimos. Plaut. Aulul. Multa congialem, plenam faciã tibi fideliam.

6 **Patella**. Varro Eumenid. Patella esuriienti posita, prouocat Neapolitanas piscinas. Idem Manio: Quocirca oportet bonum ciuem legibus parere, & deos colere, in patellam dare *μυνησι κηλας*.

7 **Cupas, & Tinas**. Varro de vita pop. Rom. lib. j. Antiquissimi in conuiujs vres vini primò, postea tinas ponebant. Idem: Mori longicum operculo ad cupas, tertio amphoras.

8 **Vrnula**, est vas aquareium. Varr. de vita pop. Rom. lib. j. Item ex are, vt urnulæ aquales, matulæ, sic ceteras.

9 **Cadis**, vasa quibus vina condantur. Lucil. lib. xvij. Millia ducentum frumenti tolle medimnium, Vini mille cadum. Virg. Æneid. lib. j. Vina bonus, quæ deinde cadis onerarat Aestes. Var. de vita pop. Rom. libro iij. Hortensio supra decem millia cadum heredi reliquit.

10 **Vrnarium**. Varro *ταρα υδριππο*: Sed quæ necessitas te iuuet aquam effundere domi tuæ, si vasa habes pertusa, plumbum non habent? ad quam rem nobis est confluuium, ad quam rem urnarium?

11 **Polubrum**, quod Græci *χρημα*, nos trulleum vocamus. Lilius: Argenteo polubro, & aureo gutto. Fabius Pictor lib. xvj. Aquam manibus pedibusq; dato, polubrum sinistra manu tenero, dextera vasum cum aqua.

12 **Simpuium**, est vas ligneum. Var. Est modus matulæ, *αει μιδης*: Non vides ipsos deos, si quando volunt gustare vinum, deripere ad hominum fana, & tamen tum ipsi illi libero simpuiio vinitari?

13 **Lenis**, vasis genus. Afran. Fratriis: Labella lenis. Laberius Cophino: Cum prouincias dispoliauit, columnas monolithas, labella lenis.

14 **Obba**, poculi genus, vel ligneum, vel ex sparto. Varro Est modus matulæ, *αει μιδης*: Dolia, atque apothecas triclinares, melicas, calenas obbas, & Cumanos calices. Idem, epistola ad Marullium: Vtrum meridie, an vesperi libentius ad obbam accedas, locus, actus, aduentus declarabit.

15 **Cantharus**. Virgil. Bucolicis: Et grauis attrita pendebat cantharus ansa.

16 **Dolia**, vasa grandia, quibus vinum reconditur. Varro Est modus matulæ, *αει μιδης*: Dolia atque apothecas triclinares, melicas, Calenas. Idem Manio: Hæc aduentoribus accedunt cellæ, claues, claustra, carnaria, dolia.

17 **Alabastrer**. Cicero Academicorum libro ij. Quibus etiam alabastrer plenus vnguenti putere videatur.

18 **Scyphus**. Virg. Et sacer impleuit dextram scyphus.

19 **Batiola**. Plautus Colace: Batiolam auream octo pondo habebat, accipere voluit.

20 **Calices**. Varro Est modus matulæ, *αει μιδης*: Apothecas triclinares, melicas, calenas, obbas, & Cumanos calices. Cic. Tuscul. lib. iij. Quid huic calix multum impingendus est, vt plorare desinat?

21 **Cymbia**. Virgilius libro v. Cymbiaque argento perfecta, atque aspera signis. Varro de vita populi Rom. lib. j. Item erant vasa vinararia, fini, cymbia, aquilinae patera, gutti, sextarij, simpuium.

22 **Crateræ**, vasa vini. Virg. Æneid. lib. j. Crateras læti statuunt, & vina coronant.

23 **Crateres**, vasa olearia. Virgil. Bucolicis: Crateresque statuam tibi pinguis oliui. Idem Æneid. lib. vj. Fuso crateres oliui.

24 **Orcæ**. Varro de re rust. lib. j. Sæpe vbi conditum vinum nouum, orcæ in Hispania feruore musti ruptæ.

25 **Nasiterma**, vas aquareium. Var. de re rust. lib. j. Vt ex are ahena, yccos, & nasitermam, item alia.

26 **Catinus**. Varro de re rust. lib. j. Promendum enim frumentum, quod curculiones exesse incipiunt. Id enim cum promptum est in

est, in sole ponere oportet aquæ catinos, quod eò conueniunt, vt ipsi se necent. Idem de vita populi Rom. lib. j. Dicuntur enim patellæ, salini, acetabula, catini, patenæ.

27 ¶ *Calamistrum*, fistula breuis, qua citri continentur. Cicero Oratore: Remouebitur omnis insignis ornatus, quasi margaritarū, nec calamistrū quidem adhibebuntur.

28 ¶ *Carchesia*, genera poculorum. Virgil. *Æneidos* libro primo: Hic duo rite mero libans carchesia Baccho; Et Georg. lib. quarto: Mater cape Mæonij carchesia Bacchi. Aliās summa pars mali, id est, foramina, quæ summo mali funes recipiunt. Lucilius: Tertius hic mali superat carchesia summa. Catullus Veronensis: Lucida qua splendent summi carchesia mali.

29 ¶ *Cyrneæ*, vas vinarium. Plautus Amph. Cadus erat vini, inde impleui cyrneam.

30 ¶ *Mistarium*, quo miscemus. Lucil. lib. v. Vreus, aut longa geminus mistarius anfa.

31 ¶ *Calpar*, nomine antiquo dolium. Varro de vita populi Rom. libro j. Quod antè, quàm nomen dolij prolaturū esset, cum id genus vasorum calpar diceretur, id vinum calpar appellatum.

32 ¶ *Trulleum*, quo manus perluuntur. Varro de vita populi Romani libro j. Itaque ea sibi modo ponere, ac suspendere, quæ utilitas postularet, trulleum, matellionè, peluim, natifernam: non quæ luxuriæ causa esse parata

eius vrcolum aquæ manalè vocamus, quòd ea aqua in trulleum effundatur. Vnde *Manalis* lapis appellatur in pōtificialibus sacris, qui tunc mouetur, cum pluuia exoptantur. ita apud antiquissimos manalem sacrum vocati quis non nouerit, vnde nomen illius?

33 ¶ *Armillum*, vrcoli genus vinarij. Varro de vita populi Romani lib. j. Etiam nunc pocula, quæ vocant capulas, ac capides, quod est poculi genus. item armillum, quod est vrcoli genus vinarij.

34 ¶ *Sinum*, & *Galeola*, vasa sinuosa. Virgil. Buc. Sinum lactis, & hæc tibi liba Priape quotannis Expectare sar est Varr. de vita populi Romani libro j. Vbi erat vinum in mēsa positum, aut galeola, aut sinum.

35 ¶ *Lepista*, Varr. de vita populi Romani libro j. Vt ferè habent æneum aliqui venditant oleum. lepistæ etiam nunc Sabinorum fanis pauperioribus plerisq; aut fictiles sunt, aut æneæ.

36 ¶ *Craterra*, est quam nunc situlam vocant. Nau. Lycurg. Nam vt ludere lætanteis inter se vidimus propter amnem crateris sumere aquam ex ponte. Varro de vita populi Romani libro tertio: Ad Sybaritanam prædam, in qua sunt tripodes, crateræ, anaucea populo nobilium Tarentinarum. Cicero de Deorum natura libro secundo: In mediòque sinu fulgens cratera relucet.

DE GENERE VEL COLORE VESTIMENTORVM.

CAPVT XVI.

1 *Cumatilis*, aut marinus, aut cœruleus à Græco tractum, quasi fluctuū similis. Fluctus enim Græcè κούρηται dicuntur. Titin. Serina: Et quæ colos cumatilis deceat. Plaut. Epidico: Cumatile, & plumatile.

2 ¶ *Molochinum*, à Græco color est flori similis maluæ. Cæcil. Pausimach. Carbasina, molochina, ampelina. Plaut. Aulul. Infectores molochini coloris, molochinarios appellauit.

3 ¶ *Impluuiatus*, color quasi fumato stillicidio impletus, qui est Mutinensis, quem nunc dicimus. Plaut. Epidic. Impluuiatas vt iste faciunt vestimentis nomina.

4 ¶ *Calculam*, & *Crocotulam*, vtrunque à generibus florum translatum à calta, & à croco. Virgil Bucol. Mollia luteola pingit vacinia calta. Plaut. Epidico: Indufiatam, patagiatā, calculam, aut crocotulam. Nou. Pedio: Mollicinam, crocotam, chiridotam, ricam, riciniū. Neuius Lycurg. Pallis, patagiis, crocotis, matatiis, mortualibus. Sed calculam Var. de vita

pop. Rom. li. j. palliolū breue voluit haberi.

5 ¶ *Castula*, est palliolum præcinctui, quod nudæ infra papillas præcinguntur, quo mulieres nunc & eò magis vtuntur, postquā subuculis desierunt.

6 ¶ *Cerinum*, à ceræ colore. Plaut. Epidico: Plumatile, aut cumatile cærinū, aut melinū.

7 ¶ *Ferrugineum*, colorem ferri similem esse volunt. Verè autem ferrugineus color cœruleus est. Virg. Georg. lib. iij. Et ferrugineos hyacinthos. Plaut. Milite: Palliolum habeas ferrugineum: nam is colos thalassicus est.

8 ¶ *Ostrinam*, ab ostro colore, qui est subruheus. Turpil. Veliterna: Interea adspexit virginem gestantem in capite riculam indutam ostrinam. Varro Eumenidibus: Aurora ostrinam hic indutus supparum.

9 ¶ *Murex*, color purpureus. Virgil Bucol. Ipse sed in pratis aries iā suaue rubenti Murrice. Et *Æneid.* lib. iij. Tyriòque ardebat murrice læna.

10 ¶ *Luteus*, color propriè croceus est. Virg.

Bucolicis: Iam croceo mutabit vellera luto. Et *Aeneid.* libr. vij. Aurora in roseis fulgebat lutea bigis. Varr. Eumen. Nani vt aruaris & veterosis lutea quæ non sunt, æquæ & lutea videntur, sic infanis sani, & furiosis esse videtur infani. Idem Mod. Sed cynicis inuolucrum, & pallium luteum non est.

11 ¶ *Crocota*, crocei coloris vestis. Plautus Aul. Cùm incedunt infectores crocotarij.

12 ¶ *Violaria*, à violæ colore. Plaut. Aulul. Flammearij, violarij, coriarij.

13 ¶ *Pullus*, color est, quem nunc Hispani, vel natiuum dicimus. Varr. de vita populi Romani libr. iij. Vt dum supra terram essent, rucinis lugerent funere ipso, vt pullis pallis amicta.

14 ¶ *Anthracinus*, niger à Græco. *ανθρακινος* enim Græcè, carbones Latine appellantur; & est lugentium vestis. Var. de vita populi Rom. lib. iij. Propinquæ adulescentulæ etiam anthracinis proximo amiculo nigello, capillo demisso sequerentur luctum.

DE GENERE CIBORVM ET POTVVM.

CAPVT XVII.

1 ¶ *Paragos*. Varr. Virgul. diuin. Oleum in stucubrationem seruauimus, quodin paragos torum legitime vertamus.

2 ¶ *Blitum*, est holus lene. Var. Eumen. Empedocles natos homines ex terra ait, vt blitum.

3 ¶ *Lapathium*. Varro Mod. Hanc eandem voluptatem tacitulus taxim, consequi lapathio, & prisana possum.

4 ¶ *Mena*. Tul. de finib. bonor. & mal. lib. ij. Qui enim voluptates ipsas cõtenuunt, eis licet dicere, se acipenserem mense nõ antepone.

5 ¶ *Acipenser*, pisces genus. Cic. Tuscul. lib. j. Et si quem tuorum affectum mœrore vederis, huic acipenserem potius, quam aliquem Socraticum libellum dabis.

6 ¶ *Nasturtium*. Cicer. Tuscul. lib. v. Quos negat ad panem adhibere quicquam, præter nasturtium.

7 ¶ *Marisca*. Varr. de re rustica lib. j. Vt nucis Græcæ, ac mariscæ fici.

8 ¶ *Ocymum*, quod ocymum dicimus. Var. de re rust. lib. j. Primum ocymum, farraginem, vicium nouissimè scœnum vocari. Ocymum dictum à Græco verbo *αὐδω*, quod venit citò, similiter quod ocymum in horto.

9 ¶ *Lopades*, genus conchæ marinæ. Plaut. Parasito medico: Addite lopades echinos, ostreas.

10 ¶ *Murrhina*, potio confecta. Varr. Anthropol. Non modò vinam dare, sed etiã (vt Plautus ait) murrhina, passum, defrutum.

Var. de vita populi Romani lib. j. Tum autè Murrhina.

11 ¶ *Loram*, dicebãt in vindemia, cùm expressissent acinis mustum, & folliculos in doliolum coniecissent.

12 ¶ *Portulaca*. Varr. Disciplinæ libro viij. Manducata portulaca citò tollit.

13 ¶ *Lora*, confecta portionis genus grande aptum. Var. de vita populi Rom. lib. j. Antiquæ mulieres maiores nam bibebãt loram, aut sapam, aut defrutum, aut passum, quã murrhinam quidam Plautum appellare putant.

14 ¶ *Sapa*, quod nunc mellaceum dicimus, mustum ad mediam partem decoctum. Var. de vita populi Rom. lib. j. Sapa appellabãt, quod de musto ad mediam partem decoxerant.

15 ¶ *Defrutum*, si ex duabus partibus ad tertiam redegerant, defrutum faciendò.

16 ¶ *Passum*. Varr. de vita populi Romani lib. j. Passum nominabant, si in vindemia uia diutius coctam legerent, eamque passi essent in sole aduri.

17 ¶ *Moriolam*. Varr. de vita populi Romani lib. j. Vino addito lorã passi vo care cœperunt: moriolam nominabant, quod ex uuis expressum erat passum ad folliculos rei, quos & vinacea ea dicebant sapam.

18 ¶ *Furunda*, vt libum sacrum quoddam, & farre genus panificij. Varr. Cato vel de liberis educandis: Alij afferunt libum, ac turundam.

DE GENERE ARMORVM.

CAPVT XVIII.

1 ¶ *Catapulta*, iaculum celer, vel sagitta. Plautus Curcul. Atque ita te neruo torquebo, vt catapulta solent. Titin. Scitina: Quem procul adspexit, immittere voluit, reuertit, quoniam catapulta volat. Plautus Captiuis: Nam meus est balista pugnus, abitus catapulta est mihi. Næuius Paccuo:

Vt sole horrescit cera, castra crebro catapulta impulit. Luc. Sat. li. v. Custodè classis catapulta instila sanissas. Silen. Hist. lib. iij. Præterea catapultas xvi. iij. balistas, xx. plaustra coriis, ac minoribus sagittis onusta. Var. de vita populi Rom. li. iij. Nã postea C. Lutatio cõsul ad Ægades insulas, cùm ipse catapulta ictus esset.

2 ¶ *Veles*,

2 ¶ *Veles*, leuis armatura. Titin. Barbato: Ita Spurius animatur in prælium, veles equis recepit se, nec ferit quemquam hostem. Sallustius Iugurthæ bello: Cumque his permisti velites. Varro ἀμυον ματρηίς, ἢ φιλαρρηθίας: Quem sequuntur cum rotundis velites leues parmæ.

3 ¶ *Rorarij*, appellabantur milites, qui antè, quam congressæ essent acies, primò non multis iaculis inibant prælium: tractû, quòd antè maximas pluias cælum rorare incipiat. Lucil. Satyr. lib. vij. Quinque hastæ aureolo cinctu rorarius velox. Idem lib. x. Ponè paludatus stabat rorarius velox. Varro de vita populi Rom. lib. iij. Rorarij appellati, quòd imbribus ferè primùm rorare incipiat.

4 ¶ *Antesignanorum*, proprietates aperta est Varro ἀμυον ματρηίς, ἢ φιλαρρηθίας. Quem sequuntur cum rotundis velites leues parmæ, antesignani quadratis multis insignibus tecti.

5 ¶ *Funditores* sunt, qui fundis magnis dimicant. Sallust. Iugurthæ bello: Ipse cum expeditis cohortibus, dehinc funditorum & sagittariorum delecta manu apud primos erat. Sifen. Hist. li. iij. Ac post armatos funditores, & sagittarios ponit.

6 ¶ *Glandis*, est plumbum in modum glandis informatum: Sallust. Iugurthæ bello: Pars eminus glande, aut lapidibus pugnare. Virg. lib. vij. Pars maxima glandes Liuentis plumbi spargit.

7 ¶ *Scorpio*, est genus teli. Sallust. Histor. lib. iij. Quatum vna epistola fortè cum seruo nacti prædatores Valeriani scorpione in castra misere. Sifenna Hist. lib. iij. Longius scorpios catapultas concitat.

8 ¶ *Tragulæ*, est hasta. Sallust. Histor. lib. iij. Auidissimis, atque promptis ducibus, vt Metellus ictu tragulæ fauciaretur. Var. Meleag. 40 Aut ille seruum, qui volabile currens, sparo secutus, tragulæ traicit.

9 ¶ *Pugio*, est gladius breuis. Sallust. Hist. lib. iij. At Oppius, postquam orans nihil proficiebat, timide veste tectum pugionem expedire conatus, à Corta, Vulciòque impeditur.

10 ¶ *Achides*, iacula breuia. Virg. lib. vij. Teretes sunt achides illi Tela, sed hæc lento mos est aptare flagello.

11 ¶ *Ancyle*, scutum grande: vnde etiam nunc arma & ancyle appellatur. Virg. lib. vij. Lauaque ancyle gerebat.

12 ¶ *Sparos*, lanceæ tela sunt non bellica, Sallust. Catilinæ bello: Sed ex omni copia cititer pars quarta erat militaribus armis instructa: ceteri, vt quosque casus armauerat, sparos, aut lanceas, alij præcutas sudas portabant.

13 ¶ *Phalera*, sunt belli ornamenta. Sallu. 60

Iugurthæ bello: Ac sibi restitui, & hastas, vexillum, phaleras, alia militaria dona. Virgil. viij. Eurnalus phaleras Rânetis, & aurea bullis Cingula.

14 ¶ *Parma*, est scutum breue. Sallust. Histor. lib. iij. Hi locorum perignari, & soliti neçtere ex viminibus vasa agrestia, ibi tum, quod inopia scutorum fuerat, ad ea arte se quisque in formam parmæ equestris armabat. Virg. lib. vij. Ense leui nudo, parmæque inglorius alba.

15 ¶ *Ferentarij*, leuis armatura, quod quicquid opus esset, auxilio ferrent excursu leui, armis grauibus non impediti. Cato de re militari: Lade partem equitatus, atque ferentarios prædatum misit. Sallust. Catilinæ bello: Postquam eò ventum est, vnde à ferentariis prælia committi possent.

16 ¶ *Ferutum*, est telum breue, & acutum. Sallust. Hist. lib. iij. Saxaque ingentia, & axæ iunctæ trabes per pronum incitabantur, axibusque eminebant in modum ericij militaris veruta binum pedum. Varro ὄνος λέγεσσι: Acerbus, qui tibi nihil mali fecit veritus ob artem præclaram.

17 ¶ *Cetra*, scutum breue. Virg. lib. vij. Læuas cetra regit.

18 ¶ *Pelta*, scuta Amazonica. Virg. Æneid. lib. j. Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis.

19 ¶ *Gesa*, tela Galliarum. Vir. lib. ix. Alpina coruscant Gesa manu. Varro de vita populi Rom. lib. iij. Qui gladii cincti sine scuto cū binis gesis essent.

20 ¶ *Falarica*, telum maximum. Virgil. Æneid. lib. ix. Sed magnum stridens contorta falarica venit Fulminis acta modo. Enn. Quæ validè veniunt falarica missa. & dictum hoc genus teli à falis, id est, turribus ligneis.

21 ¶ *Sparus*, telum agreste. Virg. lib. xj. Agresteisque manus armat sparus. Varro Meleagris: Aut ille ceruum, qui volabile currès, sparo secutus tragulæ traicit. Sifenna Histor. lib. iij. Sparis, ac lanceis eminus peterent hosteis.

22 ¶ *Balista*, saxa maiora & grauiora quibus iaciuntur. Lucillius lib. xxvij. Quid sit balistas iactas centenarias. Sifenna. Hist. libro iij. Balistas quatuor talentarias.

23 ¶ *Venabulum*, venantium telum latissimum à cæteris aciei longissimæ. Virg. lib. ix. Supra venabula fertur. Varro ὄνος λέγεσσι: Nempe sues syluaticos in montibus sectaris venabulo, aut ceruos.

24 ¶ *Contis*, hastæ longiores, & robustæ. Virg. lib. ix. Ac duris detrudere contis.

25 ¶ *Manipuli*, sunt manus militum, vel collecti viri. Sifenna Hist. lib. iij. Conuictus tamen & tempora singula constituit, & sicut steterat, manipulos obuerti iussit. Idem li. iij.

Matereta graua bellica manipulorum.

26 ¶ *Lancea*. Sifen. Histor. libro iij. Gallia materibus, Sueni lanceis configunt. Idem li. iij. Alij materibus, aut lanceis tamen mediū perturbant agmen.

27 ¶ *Malleoli*, manipuli spartei pice coniecti, qui incensi aut in muros, aut in testudines iaciuntur. Sifenna Hist. lib. iij. De quibus partim malleolos, partim falces farmentorum incensos supra vallum frequentes.

28 ¶ *Cataphrati*. Sifen. Histor. libro iij.

Custodiae in muro statuuntur cataphratorū. Sallust. Hist. lib. iij. Qui praegrediebantur equites cataphrati ferrea omni specie.

29 ¶ *Falces*, & harpagae armorum genera murorum oppugnationi apta. Sifenna Hist. lib. iij. Falces iniectas comminuunt puteos, propius collocatis harpagis, deiiciunt.

30 ¶ *Anfata*, iaculamenta cum ansis. Ennius lib. v. Anfatas mittunt è turribus.

31 ¶ *Corisci*, leue missile in modū sagittarū. Vir. Corisciq; leues humeris, & letifer arcus.

DE PROPINQVITATE.

CAP. XIX.

Caesares dicti, qui cesa matre nascuntur.
2 ¶ *Agrippa*, qui cum labore matris eduntur, hoc est, per pedes contra naturam, non per caput, quasi ab ægro partu.

3 ¶ *Vopiscus*, qui ex duobus conceptis, vno abortu excluso, ad partum legitimum deducitur.

4 ¶ *Glos*, appellatur mariti foror, atque eadem fratris vxor.

5 ¶ *Lenir*, dicitur frater mariti, quasi le-

uus vir.

6 ¶ *Fratria*, appellantur fratrum inter se vxores.

7 ¶ *Amitini*, fratrum maris, & foeminae filij.

8 ¶ *Patruales*, marium fratrum filij.

9 ¶ *Consobrini*, ex duabus editi fororibus, quasi confororini: de quibus exempla multa sunt in antiquis auctoribus, & maxime in Afranio, & iuris vetustissimis scriptoribus.

FINIS.

